
3 1761 09622340 9

Strap

Ankauf - 3.18
Einband . . - 24
3.42.

GEORGII LVDOVICI BOEHMERI

QVONDAM POTENT. M. BRIT. REGI. A CONSIL. IVSTITIAE INTIMIS ET IVRIS ANTECESSORIS PRIMARII IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA.

PRINCIPIA IVRIS CANONICI

SPECIATIM IVRIS ECCLESIASTICI PVBLICI ET PRIVATI QVOD PER GERMANIAM OBTINET.

EDITIONEM SEPTIMAM

CVRAVIT

D. CAR. TRAVG. GOTTLOB SCHOENEMANN,

PROFESSOR GOTTINGENSIS.



GOTTINGAE

APVD VANDENHOEK ET RVPRECHT.

MDCCCII.

ILLVSTRISSIMIS

ATQVE

EXCELLENTISSIMIS

DOMINIS

POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE
REGIS

PRINCIPIS ELECTORIS BBVNSVICO-
LVNEBVRGICI,

STATVS ADMINISTRIS

ET

CONSILIARIIS INTIMIS

DOMINO

GERLACO ADOLPHO

L. B. DE MVNCHHAVSEN

DYNASTAE IN STRAVSFVRTH REL.
POTENTISSIMI M. BRITANNIAE REGIS
ELECTORIS BRVNSVICO - LVNEBVRGICI
PRIMARIO STATVS ADMINISTRO
REGIAE ELECTORALIS CAMERAE PRAESIDI
VNIVERSITATIS GEORGIAE AVGVSTAE
CVRATORI

DOMINO

CAROLO DIEDE

L. B. DE FVRSTENSTEIN

DYNASTAE IN MADELVNGEN, FVRSTENSTEIN
WELLIGERODE ET IMMICHENHEIM REL.
REGIS STATVS ADMINISTRO
ET MAGNO PER DVCATVM CELLENSEM
ADVOCATO

DOMINO
LEVINO ADOLPHO
L. B. DE HAKE
OHRAE DIDERSENII BVCHHAGENII
ET DASSELII TOPARCHAE, REL.
REGIS STATVS ADMINISTRO
ET CONSISTORII REGII ELECTORALIS
PRAESIDI

DOMINO
BVRCHARDO CHRISTIANO
L. B. DE BEHR
DYNASTAE IN STELLICHTE REL.
DVCATVS LVNEBVRGICI PINCERNAE
ET DAPIFERO
AC
PRINCIPATVS VERDENSIS MARESCHALLO
HEREDITARIO
REGIS STATVS ADMINISTRO

DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO
L. B. DE HARDENBERG

DYNASTAE IN SCHLOEBEN REL.
REGIS STATVS ADMINISTRO

DOMINO
ALBERTO FRIDERICO
L. B. DE LENTHE

DYNASTAE IN LENTHE
REGIS STATVS ADMINISTRO
PRAESIDI CAMERAE REGIAE
ELECTORALIS
VNIVERSITATIS GEORGIAE AVGVSTAE
CVRATORI

DOMINIS SVIS
INDVLGENTISSIMIS

ILLVSTRISSIMI DOMINI
MAECENATES INDVLGENTISSIMI

Quod in Academia, quae patrocinio et tutela VESTRA *laetatur, natum eſt qualecunque iurisprudentiae eccleſiaſticae ſpecimen, ſub* VESTRA *tutela in lucem prodire, veſtrisque ſacrum eſſe cupio nominibus, munerum et meritorum gloria illuſtribus. In quo pia mente offerendo multiplici officio defungor, tum vt grati et deuoti erga* VOS *animi teſtimonium perhibeam, tum vt apud* VOS *literati otii et negotii rationes deponam. Nec* VOBIS, INDVLGENTISSIMI MAECENATES, *diſplicere arbitror cultum, quem tantis Maecenatibus praeſtare par eſt, quorum ſumma doctrinae atque eruditionis aeſtimatio eſt, et quorum ſub cura atque indulgentia muſae, in hoc domicilio benigniſſime receptae, feliciter degunt Itaque ſerena fronte ſuſcipiatis, precor, lucubrationes, tenues quidem, attamen exeolendae nobiliſſi-*

liſſi-

lissimae illius iurisprudentiae partis causa paratas, quae ab ea cura et prouidentia, qua summam rerum ecclesiasticarum in patriae prouinciarum salutem vice sacra moderamini, rerumque imperii ecclesiasticarum subinde vulneratarum causam agitis, regiminis ecclesiastici prouidentissimi exempla capit. Deum Optimum Maximum vero supplex rogo, vt VOS, *et vt* GENTES VESTRAS, *tam prosapiae vetustissimae gloria quam virtutum laude florentissimas, diu saluas et incolumes seruet et tueatur, rataque esse iubeat vota pro patriae,* VESTRIS *consiliis recreatae, pace et tranquillitate. Ita vouet*

ILLVSTRISSIMORVM
NOMINVM VESTRORVM

Dab. Göttingae
A. d. XX. Febr. cIↃIↃCCLXVII.

cultor obsequiosissimus
GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMER.

PRAEFATIO
AVCTORIS PRIMA.

Iudicio Tuo, HVMANISSIME LECTOR, *subiicio principia iurisprudentiae ecclesiasticae, in quibus concinnandis periculum facere vix sustinuerim, nisi fautorum et amicorum studiis prouocatus. Obtemperaui et audendum aliquid esse existimaui; quamuis me longe abesse intelligam a doctrinis, eruditione et meritis eorum, qui in hac iurisprudentiae parte excolenda tanta cum laude versati sunt.*

Animus non fuit, iuris Canonici, quaqua patet, principia tradere, sed haec metiri inprimis ex vsu quem seruat in Germania. Fuerunt et iuris Canonici *perinde ac* iuris Romani *eadem fata, vt tamquam* ius peregrinum, *in solio Italiae natum compositumque, in Germania vsu et obseruantia sit* receptum; *receptumque* mutationes plurimas *subierit tum inter Catholicos tum inter Augustanae confessioni addictos.*

Fuit itaque praecipuum consilium, deligere et apte componere, quae ad vtriusque Ecclesiae Romanae et Euangelicae statum in Germania intelligendum pertinerent, et tradere iuris ecclesiastici externi, publici *et* priuati, *principia; tum exponere simul, quae* inter vtriusque religionis consortes *inter se constituta sunt iura. Vtilissima est ea scientia: et facit* nexus ecclesiarum *tam in Germania in genere, quam in eodem saepius*

 ter-

territorio, vt ICtus super sedere nequeat intelligentia eorum, quae tum diuerſae eccleſiae *iura reſpiciunt, tum quae inde vſu ſeruata ſunt in* inſtitutis communibus, *et* ſpecialibus legibus *culta et determinata in noſtra eccleſia.*

II. In iure eccleſiaſtico Proteſtantium exponendo vſus ſum principio: iura poteſtatis eccleſiaſticae, *quae tum penes eccleſiam, quae talem* ab origine *ſunt, tum eidem* imperantium beneficio *data, indeque* eccleſiaſtica *effecta ſunt,* in Principes et Magiſtratus Euangelicos delata eſſe ipſa eccleſia deſiderante et conſentiente, et eius ſalute id exigente, *eaque non minus* pactis publicis *eſſe firmata; nec deeſſe hodienum iura, quae et* cum eccleſiae conſenſu *ſint peragenda: denique ab his omnibus ſedulo* ſeparanda *eſſe, quae* ex imperio ciuili *deſcendunt* iura imperantium circa ſacra, *quae partem faciunt maieſtatis et ſuperioritatis territorialis: qualia ſunt, quae* ratione Territorii et Superioritatis *vnicuique Statui Imperii in negotio religionis competere dicuntur* in Inſt. Pac. Weſtph. art. V. §. 30.

III. Antiquum eſt illud principium, ipſis rerum argumentis et eccleſiae inſtitutis et ipſo diſtincto exercitio *eorum, quae* iuris circa ſacra *et quae* poteſtatis eccleſiaſticae *ſunt, comprobatum. Eſt illud publice agnitum ab* ipſis Principibus Euangelicis, *qui in exercitio poteſtatis eccleſiaſticae* ſummi epiſcopi *perſonam ſe ſuſtinere,* ſtilo publico *profeſſi ſunt. Quae vero poteſt idonea eius rei dari ratio, quod vno veluti concentu conſpirauerint Principes Imperii Euangelici in adhibendo iſto* artis termino, *eoque in* deſignandis iuribus poteſtatis eccleſiaſticae *dudum recepto, niſi quod ea, quae ad eccleſiam dirigendam pertinent,* alio titulo *quam iure imperii ciuilis, iure videlicet* poteſtatis, *ad* eccleſiam *pertinentis, et nomine eccleſiae, ſe exercere profiterentur? Non ſine fructu in indagandis regiminis eccleſiaſtici*

ſtici originibus legere iuuat SECKENDORFII *aeternum* de Lutheranismo *opus, in quo deligenter expoſita ſunt, quae fuerint Eccleſiae Euangelicae ad* primitiuae eccleſiae *imaginem adornatae rationes, quid datum permiſſumue ſit* clericis *aliisue, qui* eccleſiae iura *nomine eius exercebant, quid relictum ſit* ſynodis *tractatumque in iisdem in* communibus *eccleſiae iuribus per prouinciam exercendis, quae denique de omni eccleſiae gubernatione acta ſint conſilia. Si ponere liceret, quod placuit Celeberrimo* MOSERO, *dum in alia omnia abit, in indagando fundamento huius poteſtatis ſpectandum eſſe id, quod* facti *eſt; palam eſt, id* ex facto *contigiſſe, quod principes Euangelici, cum iudiciis eccleſiaſticis ex deſiderio eccleſiae inſtitutis ſuſceptoque regimine eccleſiaſtico, omnem eccleſiae per prouinciam conſtitutae curam ſubierint, duplicem perſonam,* principis *et* Episcopi, *ſe ſuſtinere agnoſcerent, eaque quae poteſtatis eccleſiaſticae ſunt, alio titulo quam iure poteſtatis territorialis ſibi tribuerent, et iure epiſcopali exercerent.*

IV. Reſpicit hoc principium originem acquiſitionis *ab* eccleſia: *eique firmando acceſſerunt* pacta publica Pacesque Religioſae, *quibus de tollenda vel ſuſpendenda Praelatorum Catholicorum iurisdictione per eccleſiam Euangelicam transactum, tum* pacta prouinciarum fundamentalia, *quibus de legitimo poteſtatis eccleſiaſticae exercitio cum* Statibus prouincialibus *ſubditisque conuentum eſt. Itaque et pacta publica* ſpecialem titulum *iurisdictionis eccleſiaſticae Statuum Imp. Euangelicorum praeſtant: eodemque non minus vti ſolent Status Imperii Euangelici. In literis eorum ad Imperatorem datis a. 4. April. 1750. in* Io. Car. KÖNIGII ſelectis iuris publ. nouiſſ. tom. XXIII. p. 356. iurisdictio eccleſiaſtica *vocatur* eines der edelſten Rechte Euangeliſcher Statuum, welche dieſelben nach denen obhandenen

denen Pactis publicis in dero Landen priuatiue exercciren

V Obseruare iuuat hoc loco, in mitiori *iurium potestatitis ecclesiasticae* exercitio, *quo vsi sunt* Status Imperii Euangelici, *honorem frequenter habitum esse clericis, in iisdem in rerum ecclesiasticarum consilium adhibendis, partibusque administrandae iurisdictionis ecclesiasticae ipsis demandandis. Sed emersit inde in hominibus dominandi ingenio ductis, idem fere clericalis auctoritatis abusus, quo premitur ecclesia Romana, vt iura commissa* velut propria *exercere, in iisque obeundis* arbitrium, immunitatem, *et* exemtionem *tueri contenderent Eius rei exempla vidit superioris seculi aetas et nonnulla recenset* Ioannes SCHWARZKOPP, *Serenissimi Ducis Brunsuico-Guelpherbytani minister et Cancellarius, in Consilio, ea de re dato, quod exhibet* Christianus THOMASIVS *in* Iuristischen Haendeln Part. II. p. 540 *qui et ipse vim clericorum, ipsorum malo, expertus est, prout docent fata et litigia ab ipso eodem loco* Part III p. I s. *exposita. Quos conatus cum grauiter ferrent multi; tum ad eosdem impugnandos animi conuersi sunt.* Samuel PVFENDORFIVS, *praestantis doctrinae vir, in libello* de habitu religionis ad vitam ciuilem, *papatum velut impugnaturus, impugnavit clericorum suae ecclesiae affectatum imperium, et* ministerium *tantum* clericis *commissum esse ostendit,* potestatem ecclesiasticam *vero* penes ecclesiam *esse, et Potestati ciuili subordinatam; denique alia esse iura* Principis, *quae ex* inspectione seculari *in ecclesiam eiusque instituta descendunt, et per* tutelam *ecclesiae publicam determinantur, et alia ipsius* ecclesiae *iura. Sed vlterius progressus* THOMASIVS, *adoptata eorum sententia, qui iam multum auctoritate principis tribuerant, nec habita eorum, quae* ecclesiae, *et quae principi,* qua principi, *competunt, ratione, omnem etiam potestatem eccle-*

siasti-

ſiaſticam impugnaturus, imperium ciuile *fontem iurium in eccleſiam conſtituit, ex* ſuperioritate territoriali, *non qualem fert* Sacri Rom. Imperii *formula, ſed qualem ipſe exiſtimauit, iura principis Euangelici in Sacra deſcendere opinatus. Nacta eſt haec opinio fautores, quamuis a multis deinceps* temperata *et ad aequiora principia reuocata: eadem vero aliis Viris doctis locum fecit eam examinandi accuratius*, *et* ſeparandi, *quae in ea miſcentur,* iura imperii in eccleſiam, *et* ipſius eccleſiae *iura. Quae quamquam ab eodem Principe Euangelico exerceantur: tantum tamen abeſt, vt ideo eodem titulo competant, vt potius iura* poteſtatis eccleſiaſticae, *eccleſiae,* qua eccleſiae, *et* iure vniuerſitatis *competentia, principi non alia ratione, quam ex* eccleſiae conſenſu, *obuenire potuerint.*

VI. Nec praeter rem eſſe videtur, indagare origines errorum in miſcendis diuerſis iuribus Eccleſiae *et* Imperii *circa eandem Sacrorum materiam. Primo enim negligi obſeruamus, quod negligere par non eſt,* diuerſum *et* eſſentiale *vtriusque iuris* fundamentum; *quod tum continetur in* iure Collegii *et* Vniuerſitatis, *quo fruitur eccleſia, cum in iure* Imperii ciuilis, *ex quo iura Imperantis circa ſacra proficiſcuntur. Poſita eccleſia in republica, non modo ponuntur eccleſiae iura, ipſius ceu* Vniuerſitatis *propria, verum etiam intelliguntur iura* Imperantis *in eandem. Diſtinguuntur porro vtraque iura* diuerſo fine, *cum aliud ſit, ordinare in eccleſia, quae ad* finem eius *obtinendum promouendumque pertinent, et aliud, definire ea, quae in eccleſia reſpectum habent* ad reipublicae *ſalutem, tranquillitatem et tutelam. Diſcrimina vtriusque iuris, diuerſis fundamentis ſuperſtructa, luculenter expoſuit illuſtris* CRAMERVS *peculiari diſſertatione* de iure circa ſacra collegiali et maieſtatico. *Nihil ad rem facit, vtriusque poteſtatis iura coniuncta eſſe in eadem Principis Euangelici*

gelici persona: sunt enim eadem coniuncta in eodem Episcopi *et* Principis Imperii *persona*, *neminemque fugit, iura dominii directi et iura superioritatis territorialis vnita frequenter esse in eadem principis persona: quae vero sua natura sunt semperque fuerunt separata, talia esse permanent in eadem persona.*

VII. Deinde *incauta et inidonea argumentatione duci eos animaduertes, qui vel ex cura principis circa* salutem publicam, *cui adiuncta est religionis causa, vel ex* inspectione seculari *in ecclesiam deriuandum esse censent, quidquid est iuris circa Sacra. In quo fallunt omnino: cum inde tantum descendant iura, quae tum in determinando* religionis exercitio *in republica, ideoque in* iure ecclesiae *concedendo, tum in eo cauendo prospiciendoque, ne quid res publica* detrimenti *ex ecclesiae institutis capiat, in iisque in salutem reipublicae dirigendis, tum in* tutela publica *versantur. Atque haec quidem omnia sunt* iura circa sacra generalia, *quae late dimanant per omnia sacrorum argumenta, et ex quibus proficiscuntur* iura imperii specialia, *ad* certa obiecta *adstricta, qualia competunt in* concilia, *in* leges ecclesiasticas, *in* dies festos, *in* liturgiae actuumque sacrorum celebrationem, *in* bona *eorumque* acquisitionem, *in* beneficia *eorumque* erectionem *et* collationem, *et in alia similia, quae tum ab* aduocatia publica *descendunt ad vim ciuilem auctoritatemque publicam institutis ecclesiae in republica tribuendam, tum ab* inspectione seculari *in ecclesiam pendent, et tum maximam partem sunt* iura negatiua, *seu iura cauendi et efficaciter impediendi, ne ex his reipublicae noceatur, tum nonnulla* affirmatiua, *in iisdem, prout postulat salus reipublicae, definiendis. Quemadmodum vero ex cura salutis publicae sine iniuria deduci nequeunt et imperio tribui iura, quae sunt vel* singulorum *vel* vniuersitatum *propria: ita nec* imperio *vindicare par est iura, quae sunt* eccle-

siae,

ſiae, *et vno verbo poteſtatis eccleſiaſticae eſſe dicuntur, in definiendis his omnibus, quae ex fine eccleſiae exiguntur.*

VIII. Eſt tandem *et illud cauendum, ne ex ſola* naturalis iuris *diſciplina aeſtimemus* ſuperioritatis territorialis *rationem, et inde deſcendens ius circa ſacra territoriale: quaſi idem omnino ſit Germaniae territoriorum ſtatus, qui eſt principatuum in ſtatu naturali, vt quidquid vi imperii ciuilis licet, idem liceat iure ſuperioritatis. Certe ſi ſuperioritas territorialis continet imperium ciuile per territoria Germaniae conſtitutum, maieſtatique S. R. I. ſubordinatum, ſi formula eius tum legibus et obſeruantia imperii tum legibus territorii fundamentalibus definitur:* iuris territorialis circa ſacra *in Germania nulla alia eſt ratio, quam qualem eſſe patiuntur Imperii formula imperiique leges. Sunt omnino et fuerunt olim* poteſtatis ſecularis *et* iurisdictionis eccleſiaſticae *rationes in Germania adeo ſeparatae, vt nec* Imperatori *per imperium nec* Statibus Imperii *per territoria competeret, quae apud eccleſiam eiusque antiſtites erat, iurisdictio eccleſiaſtica; et de iuſtis tantum contenderetur vtriusque poteſtatis limitibus: in quo ex* medio *et* hodierno aeuo *adeo conſpirat imperii formula, vt nec hodienum poteſtas et iurisdictio eccleſiaſtica, ſtricta ſic dicta, partem faciat vel* imperatoriae maieſtatis *vel* ſuperioritatis territorialis Statuum imperii Catholicorum; *etiamſi ceteroqin iisdem ſalua ſint, quae ex* imperio ciuili, *et ſpeciatim ex iure reformandi exercitium religionis, ex aduocatia et ex inſpectione ſeculari deſcendunt iura in ſacris. Quae cum fuerit formula Imperii poteſtatisque Statuum imperii* eo tempore, *quo ſacra puriora nata ſunt in Germania; in quod non minus* in facto *notorio poſitum eſt; cum porro nec Status Imperii* Euangelici *maiori poteſtate fruiti ſint, quam ferebat imperii formula: certe* conſtitutionis Germani-

cae

cae *ignorum esse oportet, qui ex superioritate territoriali, quam ab imperio nexu potissimum feudali acceptam ferunt Status imperii, deducere vellet potestatem ecclesiasticam, quae ne quidem est Imperatoris et Imperii. Vera itaque est communis maiorum nostrorum sententia, qui iura potestatis ecclesiasticae Statuum imp. Euangelicorum non ex superioritatis territorialis rationibus sed ex eodem fonte et titulo speciali explicuerunt, ex quo ipsi Status Euangelici eandem, tamquam* ius a Superioritate territoriali separatum, *sibi tribuerunt: etiamsi vtriusque potestatis, in eodem principe coniunctae, fines non vbique accurate distinxerint.*

IX. Denique *in explicanda politia ecclesiae Euangelicae, in qua non quaeritur, qua ratione ordinari potuerit, sed ordinata sit, non rectius iudicium inferri arbitror, quam inspectis eius originibus. Datum primum est religioni Euangelicae liberum per specialia territoria exercitium auctoritate Statuum Imp. Euangelicorum et ex* iure reformandi *illis competente. Nata inde est* ecclesia specialis *cuiuslibet territorii, eademque* sub Principe suae confessionis vnita; *quem non modo tamquam membrum, sed et tamquam caput, et statorem et conditorem venerata est.*

Erat tum ea eius politia, vt singulis ecclesiis praeessent pastores; *plures per eundem districtum vnitae ecclesiae subessent vnius* Superintendentis *inspectioni* ecclesiasticae; *et causae communes ecclesiarum per territorium coniunctarum, iunctis consiliis eorum, qui eis praeerant, agerentur in* synodis, *sub Principum auctoritate et directione institutis: principe, prout oportet, decretis synodalibus auctoritatem interponente. Itaque inter illius politiae natales partes sacrorum dirigendorum vel in singulis ecclesiis, vel in ecclesiis, per districtum vel per prouinciam vnitis, ab his exercitas esse deprehendimus, qui tum iisdem praeerant, easque*

nomi-

nomine ecclesiae exercebant: nec quidquam est argumento magis perspicuo iurium collegialium tum in vsum deductorum, quam illa causas ecclesiae in synodis agendi definiendique ratio. Nata sunt haec iura ecclesiae collegialia ex eo tempore, quo habere coepit iura separatae ecclesiae in singulis territoriis: eaque ideo frustra in dubium vocantur ex eius temporis rationibus, quibus ecclesia adhuc parebat antistitibus Catholicis: id enim perinde foret incongruum, ac si quis ex statu antiquo vellet metiri nouum ecclesiae statum. Postquam omnino ecclesia sub tutela principum suorum in libertatem reuocata, separatae ecclesiae rationes habere coepit, id inprimis actum est, vt primitiuae ecclesiae Christianae iura recuperaret, ad cuius imaginem instituta sua componere consilium erat: idque ipsis rerum argumentis adeo testatissimum est, vt istius iuris collegialis hic plura, alias pauciora, vbique nonnulla vestigia adhuc relicta sint.

Quamquam sub primordiis reformationis causae ecclesiasticae et matrimoniales cognitioni et decisioni vel parochi *vel* Superintendentis *relinquerentur: non multo post tamen agnitum est*, fieri non posse, vt singuli Pastores in ecclesiis tantum eruditionis et iudicii haberent, vt has controuersias recte diiudicare possent; *indeque ex re ecclesiae visum est, constituere in locis opportunis consistoria, quae cognoscerent et iudicarent causas matrimoniales christianis sententiis, Pastorum curam et inspectionem agerent, disciplinam ecclesiasticam exercerent, tutela politicae potestatis promouendam: ita videlicet rationes subducuntur in formula de* totius ecclesiae gubernatione, *a.* 1545. *a. Wittebergensibus adornata et iudicio Statuum Imp. Euangelicorum probata apud* SECKENDORFIVM *l. c.* lib. III. p. 535. *Prima iam consistorii rudimenta, valde probante Luthero, Wittebergae a. 1539. et Lipsiae 1543. posita sunt: ea-*

que principia in vsum deducta locum fecerunt politiae, in tot territoriis conspirantis, in iudiciis ecclesiasticis *constituendis ad iura ecclesiae exercenda.*

Sed turbarunt eodem tempore exercitium potestatis ecclesiasticae episcopi ecclesiae Romanae, vindicias veteris iurisdictionis episcopalis suscipientes, de eaque publice contendentes vsque ad tempora Pacis Religiosae. Agebant tum ecclesiae suae causam Status Imp. Euangelici, *eandemque tuebantur non ex eo, quasi illa ipsis competeret* ex territorii iure, *quod nemini tum ex constitutione Germanica in mentem venit, sed quod Episcopi sua potestate* abuterentur *in necem ecclesiae* (*), *ob quem* abusum *eadem* reuocata *erat in Articulis Smalcaldicis. Tandem in Pace Religiosa de iurisdictione episcopali, non tamquam de causa superioritatis territorialis, sed vnice de ea, tamquam* de causa religionis, *transactum, et huius securitati per suspensionem iurium episco-*

(*) *Sub initiis reformationis iurisdictio episcopalis nequidem simpliciter negata est episcopis. Nec incognita sunt, quae de ea retinenda acta sunt consilia, modo eam ita exercerent, vt salua esset causa purioris religionis; quod obtineri nulla ratione potuit. Rei illustrandae egregie inseruit* Ordinatio Mauritii Saxoniae Electoris de a. 1543 *in* Corp. iur. Sax. p. 16. *data ad Statuum prouincialium querelas de eo, quod Episcopi Merseburgensis et Misnensis officio suo prorsus deessent in causis ecclesiam Euangelicam concernentibus.* Weil wir dann von unserer Landschaft Ausschus unterthänig angelanget, dafs wir Einsehen thun wollten, dafs die Bischöfe in unsern Landen der Bischoflichen Amt und Consistoria christlich und der göttlichen Schrift gemäs übeten und hielten: haben wir die beyde Bischöfe zu Meissen und Merseburg durch etliche desselben Ausschusses ihres Amts treulich und fleifsig erinnern lassen. Weil sie aber dazu nicht zu vermögen: werden wir verursacht, etlichen Praelaten aufzulegen, in unsern Landen das bischöfliche Amt mit der Visitation und sonsten christlicher heiliger göttlicher Schrift gemäs auszurichten.

episcopalium prospectum, eaque causa et futurae amicabili dissidiorum religionis compositioni reseruata est. Rediit itaque res ad causam cuiuslibet ecclesiae particularis, siue haec sub principe eiusdem religionis in eodem territorio vnita, siue illa constituta esset sub principe diuersae religionis: et exercitium potestatis ecclesiasticae vi eius, quae iam placuerat, politiae delata est ad iudicia ecclesiastica, *a* Statibus Imp. *Euangelicis, a* Nobilibus immediatis, *et* a magistratu *quoque* mediato *sub principe diuersae religionis constituta. Ita tandem potestas ecclesiastica, et quae huic ex iure ecclesiastico communi adiuncta erant, iura* patiente et acquiescente ecclesia, *ad Status Imp. Euangelicos transierunt, firmatoque sunt in particularibus territoriis per* pacta publica recessusque prouinciales *Et docet sequiorum temporum historia, eam* susceptam *esse a Statibus Imp. Euangelicis tamquam potestatem, a superioritate territoriali per formulam imperii et per ipsorum agnitionem distinctam, siquidem ipsi in eius exercitio veluti* episcopi ecclesiae suae *personam se sustinere professi sunt stilo vetere, eoque* publico *et ad designandam* potestatem ecclesiasticam *recepto. Emersit inde illud* praecipuum *Statuum Euangelicorum, quod potestas ecclesiastica, quae separata est in principe imperii Catholico a superioritate territoriali, Statibus Imp. Euangelicis* speciali titulo *acquisita, indeque* adiuncta *sit superioritati territoriali, seruata eadem eiusdem* immunitate, *qua per constitutionem Germanicam haud obnoxia est S. R. I tribunalium, quibus nulla in causis ecclesiasticis data est, iurisdictioni.*

X. Denique obseruari meretur, ab ista suspensione iuris dioecesani omnisque Iurisdictionis Ecclesiasticae, de qua conuentum est in Pace Westphalica in securitatem ecclesiae Euangelicae vsque ad amicabilem dissidii religionis compositionem, recte quidem rationes duci ad

 negan-

neganda, quaecunque ab his, quorum iura ſuſpenſa ſunt, poſtulantur iura; contra vero ab eadem repeti non poſſe translationem iſtorum iurium in Status Imp. Euangelicos, multoque minus eandem poſſe agnoſci tamquam fundamentum iurium inde in Status Imp. Euangelicos deuolutorum, quaſi his inde natum ſit, ius proprium ad exercitium iurium in iure epiſcopali Catholicorum contentorum, idque ideo tantummodo ſit ius interimiſticum. Quod enim attinet ad illam ſuſpenſionem iurium epiſcopalium in eccleſiam Euangelicam, placuit illa, tamquam remedium transactionis, *tollendae contentionis cauſa, quae inter Status Imp. Catholicos pro iure cleri catholici, et inter Status Imp. Euangelicos pro tuendis eccleſiae ſuae iuribus vertebatur. Quod inter transigentes ſumitur tamquam remedium transactionis, quod quidem ſolet in quauis transactione pro arbitrio transigentium ſumi, ab eo non poteſt peti* fundamentum *iurium inde competentium: namque id tantum tollit, quae de iure vertitur, contentionem, non vero determinat ius ipſum, quod vtraque pars ſibi deberi poſtulat, neutraque pars alteri competere agnoſcit. Itaque quidquid iuris a Clero Catholico poſtulatum eſt in eccleſiam Euangelicam, id omne ſuſpenſum eſt vsque ad amicabilem diſſidii religionis compoſitionem: indeque effectum eſt, vt, quidquid iuris ſacrorum in eccleſia euangelica dirigendorum poſtulatum eſt a Statibus Imp. Euangelicis, illud, ſuſpenſa aduerſae partis impetitione, ſaluum perſtiterit et inconcuſſum. Quamquam ceteroquin transactio, quae, ſalua vtriusque partis cauſa, per ſuſpenſionem iurium praetenſorum perficitur, poſſit pro interimiſtica haberi: illa tamen transactio publica, etiamſi de diſſidiis religionis amicabiliter conueniri non poſſit, vim nacta eſt Pacis ſanctionisque publicae,* in perpetuum *duraturae. Tantum ergo abeſt, vt ius acrorum dirigendorum in*

Eccle-

Ecclesia Euangelica considerari tantummodo possit tamquam ius proprium ad exercitium iurium, in iure episcopali Catholicorum contentorum, atque haberi pro iure interimistico, vt potius ius sit Statibus Imp. Euangelicis quoad substantiam proprium, natumque in noua condita ecclesia, iuribus separatae ecclesiae instructa, in qua, posita libertate a nexu Cleri Catholici, in quam naturali iure vi principiorum in articulis Smalcaldicis de potestate ecclesiastica propositorum sub tutela principum suorum se vindicavit, positaque noua vniuersitate ecclesiastica, quidquid iurium intelligitur in sacris ecclesiae per territorium dirigendis ipsa ecclesia omnimodo consentiente transiit in Status Imp. Euangelicos.

XI. Quae cum ita sint, nec alia principia adoptare par est in explicanda potestate et iurisdictione ecclesiastica Statuum Imp. Euangelicorum, quam ex quibus ea secundum formulam Imperii *et secundum* politiam ecclesiae Euangelicae *iisdem acquisita est, et ex quibus eadem non minus obuenit* aliis, *superioritate territoriali non instructis. Nec habent, qui his principiis in iurisprudentia Ecclesiastica Euangelicorum insistunt, quod de male cohaerente iurisprudentia conquerantur: quod vtique facere oportet eos, qui ex ascititio peregrino principio superioritatis territorialis aestimant iura et instituta, quae per eam non determinantur, sed alios natales habent.*

XII. Tentaui et eius rei periculum facere in pertexendis, quae in lucem prodeunt, iurisprudentiae ecclesiasticae principiis. Ordine vsus sum naturali, qui praeponenda esse iubet, quae ad reliqua intelligenda viam sternunt. In Parte generali *persecutus sum principia, quae tum in genere ad* indolem ecclesiae *eiusque* nexum cum republica, *tum in specie ad* vtriusque ecclesiae *in Germania approbatae* origines, *ad* vtriusque

que

que nexum *legibus publicis constitutum, et ad* histo-riam legum exccleſiaſticarum *pertinent.*

In Parte ſpeciali *quatuor libris complexus ſum ſpecialia iuris eccleſiaſtici principia. In eccleſia videlicet, quae vniuerſitas eſt religionis Chriſtianae colendae cauſa conſociata et miniſterio inſtructa, tria maxime momenta conſideranda ſunt; tum ea, quae* miniſterium, *tum quae* poteſtatem eccleſiaſticam, *tum quae* cultum diuinum *reſpiciunt. Praemiſi* LIBRO I. *quae ad* miniſterii *poteſtatem ſpectant, quae* ordinatione *tribuitur: a qua quippe* ſtatus clericorum *eorumque iura in genere dependent.*

Ab his, quae ordinis ſunt, tranſii LIBRO II. *ad* poteſtatem *ſeu* iurisdictionem eccleſiaſticam, *in cuius exercitio regimen eccleſiaſticum verſatur. Cum ratione eorum, qui* regimini eccleſiaſtico *praeſunt, prorſus diuerſa ſit eccleſiae Romanae et Euangelicae politia: ſeiunxi* regiminis eccleſiaſtici *in* vtraque eccleſia *tractationem per ſpeciales ſectiones. Tandem in poſtrema Sectione* partes regiminis eccleſiaſtici generales *expoſui, quae in* poteſtate leges ferendi, *in* iurisdictione contentioſe *et in* viſitandi poteſtate *conſiſtunt.*

Iura circa cultum publicum *perſecutus ſum* LIBRO III. *expoſitisque vtraque priori ſectione iuribus, quae circa* actus ſacros *eorumque celebrationem quaeque circa* matrimonium *verſantur, ſectione tertia de* vniuerſitatibus, *religionis cauſa inſtitutis, ſectione* quarta *de* officiis et beneficiis eccleſiaſticis, *quae maxime cultus divini cauſa ordinata ſunt, denique* poſteriori *ſectione de* rebus et bonis *cultui diuino inſeruientibus et eccleſiae acquiſitis egi. His tandem* LIBRO IV. *ſubiunxi tractationem eorum, quae* iurisdictionis eccleſiaſticae *exercitium* in iudicio *concernunt; quibus non minima pars eorum, quae in* fora ſecularia *tranſierunt, continetur.*

In

In ſingulis explicandis ea ratione verſatus ſum, vt traditis cuiuslibet negotii notionibus et originibus, iura et obligationes inde deſcendentia et quae ad modum illa exercendi, pertinent expoſuerim, memor artis, quam Seruii Sulpicii exemplo imitandam proponit Cicero, *in Bruto, c.* 41. quae doceret, rem vniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando: ambiguam primum videre, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, qua vera et falſa iudicarentur, et quae quibus poſitis eſſent quaeque non eſſent conſequentia. *Deligenter indicavi* fontes, *ex quibus fundamenta iuris tutiſſime hauriuntur, interſperſis quoque ſcriptorum cuiuslibet argumenti idoneorum allegationibus, maxime vbi de inſtituti eccleſiaſtici originibus vel de oſtendendo iurium vſu, vel de controuerſiis agebatur: vt et ipſe, Beneuole Lector, intelligas, quibus ducibus militauerim, et quibus, ſi viſum ſit, proficere liceat in vberiore eorum ſcientia capeſſenda, quorum primas tantum lineas hoc loco ducere datum eſt.*

Ita fere praefatus ſum, cum primum anno cIↃIↃCCLXII. *haec principia iuris eccleſiaſtici in lucem prodirent, Operae iisdem conſcribendis impenſae fructum vberrimum me cepiſſe puto, quod peritis et aequis rerum arbitris ea non diſplicuiſſe ſed et probata eſſe intellexerim. Poſt alteram, quae anno* cIↃIↃCCLXVII. *prodiit editionem, in adornanda noua occupatus, totius quidem libelli ordinem non niſi in paucis immutaui: quae vero in ſingulis capitibus expoſita ſunt, ſub ſecundas curas reuocaui, in principiis exactius determinandis, omnibusque concinnius exponendis ſollicitus. Denique ex commodo eorum, quorum ſtudiis inſeruio, eſſe exiſtimaui, in calce adiungere praecipuum iuris eccleſiaſtici Germanici fontem,* Inſtrumentum pacis Osnabrugenſe Caeſareo-Suecicum. *Quae recognita iuris eccleſia-*

ſtici principia iam Tuo, Humaniſſime Lector, iudicio lubens committo. Dabam Goettingae menſe April. ClↃIↃCCLXXIV.

PRAEFATIO AVCTORIS
QVARTAE EDITIONIS.

Prodit iam quarta huius libelli editio, in qua adornanda ita verſatus ſum, vt, etiamſi nihil immutauerim in his, quae ad ordinem tractationis pertinent, quae tamen in nonnullis doctrinae momentis rectius dicenda videbantur, curatius exponere non neglexerim. Nouae editioni praefari, vix opus eſſe videbatur, niſi forte in limine operis in manus inciderit Programma de Sacris religionis internis et externis, *quod in academia Gieſſenſi hoc anno edidit Vir illuſtris,* Io. Christophorvs Kochivs. *Quem cum totum in eo fuiſſe cognouerim, vt principia in* §. 1. 2. *et* 3. *huius libelli propoſita ſub cenſuram vocauerit, quam bene vel male ipſi ceſſerit id conſilium, breuiter tradere, ab hoc loco haud alienum eſſe exiſtimaui, cum vel id ad firmanda et illuſtranda propoſita principia facere videretur.*

I) Notioni Religionis, in genere acceptae, qua vocatur determinatus Deum colendi modus, *ſua conſtat ratio. Continet tum ipſum cultum diuinum, tum determinatum illum exhibendi modum, tum principia ipſa, per quae is determinatur. Fecunda eſt notio religionis, ita formaliter acceptae, cum per illam intelligatur religio* obiectiue *et* ſubiectiue *ſumta, prout illa complexum doctrinarum de Deo eiusque cultu, haec complexum actionum continet, quae in officiis ergo Deum determinato modo exhibendis ſeſe exſerunt. Dum adverſus*

verſus haec monet KOCHIVS, *ſe iudice, iſtem notionem* caute et conſiderate explicandam eſſe, ne omnia et vniuerſa, quae religionem efficiunt, et in ſpecie dogmata religionis, ad modum colendi Deum, ſtricte acceptum, reſtringas et ſtrictior euadat definito ſuo definitio, *vereor ne vel ſuperflua moneat, vel notionem non ſatis perſpiciat. Determinatus Deum colendi modus non intelligitur ſine ipſo cultu diuino, determinato modo exhibendo. Per dogmata vero de Deo eiusque cultu, ſiue a principiis rectae rationis ſiue a reuelatione diuina repetantur, determinatur modus colendi Deum: eaque vel maxime pertinent ad religionem, cum ſine his non intelligatur determinatus Deum colendi modus, et ab ipſo diſcrimine dogmatum deſcendat diſcrimen naturalis et reuelatae religionis, huiusque variarum ſpecierum. Quae religionis* Chriſtianae *deſignandae cauſa adieci:* ſecundum doctrinas a Chriſto et apoſtolis traditas: *vera quidem eſſe,* ſed omnem religionis Chriſtianae ambitum non exhaurire *cenſet* KOCHIVS, cum et in religione Chriſtiana quoad modum Deum colendi talia reapſe optineant, quae pio et ſobrio eccleſiae arbitrio ſtabilita ſunt. *Religionis Chriſtianae characterem eſſentialem expoſui: id quod ſufficit in formanda limata notione. Nec propoſitis his, quae ad eius eſſentiam pertinent, quidquam excluditur eorum, quae religionis vel ornandae vel firmandae cauſa accedunt, ſiue a doctrinis rectae rationis ſiue ab arbitrariis eccleſiae inſtitutis repetantur. Atque vix monere opus eſt, religionem Chriſtianam* extra notionem eccleſiae, *quae eius colendae cauſa conſociatur, ſuo merito conſiderari, tantumque abeſſe, vt quae arbitrio eccleſiae conſtituta ſunt, ad religionis Chriſtianae eſſentiam pertineant, vt potius ab his, quae arbitrio eccleſiae fixa et refixa ſunt, religionis Chriſtianae, in varias ſcholas ſciſſae, origo ducatur.*

 II) Diſpli-

II) Displicet porro Viro Doctissimo, totum religionis complexum in duas quasi partes a me scindi, quarum prima doctrinas de cultu in Christo, altera vero actus religiosos cultum internum et externum, ex fide Christiana respicientes *complectatur: et displicet non minus, quod illam* credendorum, *hanc* agendorum *nomine insigniuerim.*

Rationes, quae euincerent, vel vtramque partem ad religionem non pertinere, vel religionem non constituere, vel religioni inesse plura quae sub neutra comprehenderentur, KOCHIVS *non proposuit: desunt enim omnio. Rationes, quibus vtitur, sunt hea.* Primo, ait: non omnes religionis doctrinae ipsum cultum diuinum, qua talem; constituunt, e. g. mysteria, dogma de trinitate, de vita aeterna &c. *Hanc rationem prorsus inidoneam esse, perspiciet quilibet, qui doctrinas de Deo eiusque cultu principia esse cognoscit, quibus cultus diuinus adeo innititur, vt nec cultus diuinus nec religio intelligatur, nisi cognitis de Deo eiusque cultu doctrinis* (a). *Pertinent itaque mysteria et, quae reuelationi diuinae debentur, doctrinae ad religionem Christianam. Vtrum ista mysteria* ipsum cultum diuinum, qua talem, *constituant, apud Theologos quaeret* KOCHIVS. *Illud hoc loco obseruare sufficit, religionem Christianam non modo comprehendere cultum diuinum, qua talem, externum et internum, verum etiam doctrinas religionis, quibus determinatur modus colendi Deum per internas et externas actiones.*

Alte-

(a) *Per veritatem principii credentorum determinari verae religionis characterem docui in nota* §. 1. *praeeunte* SCHILTERO *de* libert. eccles. Germ. *lib. I. c.* 1. §. 19. 20. *In* toto Schilteri libro *quidem tale quid se frustra quaesiuisse, monet* KOCHIVS: *sed id in promtu est in* cap. II. *l. c.* p. 32. 33. *pro quo, errore typographi, notatum est* cap. I.

Altera, qua Kochivs *pugnat, ratio est, quod termini* credendorum *et* agendorum *in alio eoque strictissimo sensu apud Theologos accipiantur in designandis doctrinis fidei vel mere theoreticis vel practicis. Nihil vero est, quod ex disciplina theologorum repetamus notiones, in ipsorum systemate alio sensu acceptas. In disciplina iuris, in qua non nisi de* iuribus *et* obligationibus *circa religionem quaerimus, naturam religionis, et quae eidem insunt, euoluimus, vt quae vel potestatis ecclesiasticae vel principis iura sint circa religionem, expendere liceat. Naturalis, seu ex natura religionis deducta, est ista partitio, qua religionem tum doctrinas de Deo eiusque cultu, tum actus religiosos, qui ipsum cultum diuinum inuoluunt, comprehendere dicimus: vt quae sint vel circa definiendas doctrinas religionis, vel circa actus religiosos, aestimari queat. Doctrinis religionis cum respondeat assensus eisdem tribuendus, illas* credenda *apellari non minus conuenit, quam actus religiosos omnes* agendorum *nomine complecti. Sed de terminis facile transigerem cum* Kochio: *id vero mihi dari postulo, terminos, quibus subiectae sunt, idoneae notiones, eosdemque ad rem designandam comparatos, iure adhiberi* (b). *Significatum* agendorum *generalem tuetur* analogia *significatus* specialis, *qui vsu mediae et nouioris aetatis tribui solet* actibus religionis, *in ecclesia* solenniter *obeundis: adeo vt libri, quibus illi definiuntur,* libri agendorum *appellentur.*

Pergit Kochivs *et* verba, *inquit, doctrinae de cultu Dei in Christo*: sensum fere non habent. Quid enim intelligis per illum cultum Dei in Christo? Pari modo definire quis posset religionem Mosaicam per cultum Dei in Mose. *Mallem* Kochii *causa, haec ipsi*

(b) *Ita et* Pavl. Iosephvs a Riegger in institut. iurisprud. ecclesiast. P. I. § 81. *religionis substantialia circa credenda et agenda versari dicit.*

ipsi non excidisse. Ab aliis se instrui patiatur, quid sit, Deum colere per fidem in Christo: *et quam sit ab omni rationi alienum, si quis Deum coli diceret per fidem in Mosem. Atque isto compendiario sermone dudum vsus est Celeberrimus quondam Iureconsultus* Io. Vlricvs Cramervs, *dum religionem Christianam vocat,* cultum externum Dei in Christo (c).

Tandem quomodo ex notionibus, §. 2. huius libelli propositis, colligere possit Kochivs, *cultum* internum, *et* assensum, quem quis tribuit doctrinis fidei, vnum *atque* idem *mihi esse, nulla prorsus ratione perspici potest. Adduxi §. 2. in exemplum eorum, quae ad cultum internum pertinent, assensum doctrinis fidei tribuendum, qui et solet in subiecto fides appellari. Num vero paria sunt, fidem pertinere ad cultum internum, fidemque eundem constituere? Late patet cultus internus, eiusque officia vera et viua Dei cognitione, ipsa fide, amore et reuerentia, grato animo, spe, obsequio non minus ac poenitentia sese exserunt. Ad haec omnia pertinent, quae §. 2. exposui, tum cultum diuinum internum a cognita doctrinarum fidei veritate et conuictione pendere, nec per imperium nec per coactionem obtineri dixi.*

III. Ambitum vocis Sacrorum *agnoscit Vir Doctissimus, cum* Sacra *sint, quaecunque religionem Christianam concernunt.*

Ad sacra ergo pertinent tum doctrinae fidei, *et qui eisdem in subiecto respondet* assensus *eisdem tribuendus, tum* actus religiosi *omnes, qui cultum diuinum inuoluunt, siue interni sint siue externi, modusque determinatus, in actibus externis obseruandus, qui* liturgiae *nomine venit: haec omnia enim pertinent ad religionem.*

(c) *in diss. de iure circa Sacra collegiali et maiestatico §. 3. tom. II. opusc. p. 53.*

nem. Sacra etiam naturali ratione in his consistere, docuit illustris NETTELBLADT (d).

IV. Distinctio inter sacra interna et externa vtique momentum fert in aestimandis sacris, quae coactionem admittant eamue respuant, in exponenda religionis libertate, in definiendis his, quae curae animarum, seu curae pro sacris internis singulorum, sint commendata, vel potestati ecclesiasticae relicta, et in discernendo iure ecclesiastico interno atque externo. Ad sacra interna non modo pertinent, quae cultum internum singulorum directo concernunt, verum etiam quae a cultu interno absoluta dependent in externo, vel vt vtar verbis CHRISTIANI WOLFII (e), quae vi interni cultus in externo aliter sese habere non possunt. *Haec perinde ac illa pendent a cognita doctrinarum fidei veritate et conuictione, et coactionem respuunt. Pugnat non minus cum conscientiae libertate coactio, vt quis assensum praebeat doctrinis fidei, quam si quis cogitur ad actus religiosos suscipiendos vel omittendos, quos suscipere vel omittere cum dogmatibus religionis, quae vera agnoscit, pugnat. Quin ideo sacra interna* res conscientiae *sint* (f), *dubio non caret, quoniam concernunt hominis fidem. Solent vno nomine vocari* Glaubens- und Gewissens-Sachen. *Egregia sunt, eorumue vim exprimunt, quae Elector Palatinus Fridericus III. cum se reformatae religioni addixerat, constanti animo regerebat Rudolpho II. Imp. in comitiis Augustinis anno* CIↃIↃLXVI. (g). Darauf habe ich Eurer Kayserlichen Majestät zuvor, und ehe ich abgetreten bin, in der Person gemeldet, dass

(d) *in syst. iurispr. nat.* §. 733.

(e) *in* Iure Naturae Part. VIII. §. 947.

(f) *Hoc nomine eadem designat ill.* NETTELBLADT l. c. §. 734.

(g) *in* AD. CORTREII obseruat. ad Pacem Publ. religios. tom. III. Corp. iur. Publ. p. 77.

dafs in Gewiſſens- und Glaubenssachen ich mehr nicht als einen Herrn, der ein Herr aller Herren und ein König aller Könige wäre, erkänte; des Sinnes bin ich noch, und ſage derowegen, daſs es nicht um ein Koppen voller Fleiſch, wie man pfleget zu ſagen, zu thun, ſondern daſs es die Seele und deren Seeligkeit belanget: die hab ich von meinem Herrn und Heiland Chriſto im Befehl, bin auch ſchuldig und erbietig ihme dieſelbe zu verwahren, darum kann Eurer Kayſerlichen Majeſtät ich nicht geſtehen, daſs Sie, ſondern allein Gott, der Sie geſchaffen, darüber zu gebieten habe.

V. Intelligit ex his Kochivs, *quae ſe non perſpicere prodit, cur ſacra interna* tantum *cultum internum* ſingulorum, *et quae ab eo in externo abſoluto dependent, reſpicere dixerim, cum in propoſita diſtinctione ſacra non aliter conſiderentur, quam quatenus* ſingulos *concernunt. Poſſunt enim ſacra etiam in iuris diſciplina alio reſpectu et intuitu iuris de iisdem ſtatuendi conſiderari, quo pro diuerſa ratione* eccleſiae *non minus competit quam* imperanti, *Et admittunt ipſae doctrinae fidei conuentionalem determinationem; vt doctrina, ab eccleſia determinata, habeatur pro doctrina eccleſiae publica. Sed et haec ratione ſingulorum pendet a conuictione et aſſenſu, qui liber eſt, cum coeuntes in eandem eccleſiam conſentiant in eandem fidem: ideoque doctrina eccleſiae publica pertinent ad res conſcientiae ſeu ad ſacra interna. Intelliget porro, cur* ſacra externa *dixerim, quae reſpiciunt cultum externum, nec abſolute dependent a doctrinis fidei: quod enim ab his abſoluta dependent, af ſacra interna pertinent et ad res conſcientiae. Quae cum varia ratione determinari poſſe et humanae diſpoſitioni obnoxia eſſe expoſui: parum apta aduerſus haec eſt obiectio* Kochii, *quod haec in*diſtincte *propoſuerim:* neque, *inquit,* quilibet actus reli-

religiofus externus vel modus in his paragendis obferuandus, pio et fobrio hominum arbitrio a Deo relictus eft. *Si enim hoc ponit: actus religiofus externus a doctrinis fidei abfolute dependent.*

VI. Ex quibus omnibus apparet, 1) doctrinas fidei omnes, quod commode fieri poffe negat KOCHIVS, *non modo tamquam principia cultus diuini, fed etiam ratione affenfus, ipfis tribuendi, pertinere ad facra interna fingulorum: cum facra fint quaecunque religionem refpiciunt, etiamfi cultum diuinum immediate non conftituant: 2) eundem temere fentire, quafi in definiendis facris internis et externis fundamenti loco pofuerim* cultum internum et externum, *et vtramque diftinctionem inuicem commifcuerim: contrarium euincunt propofitae notiones, et latius patent* Sacra *ipfo* cultu *Denique 3) in propofita diftinctione facra hoc fine diftinguuntur in* interna *et* externa, *vt in quibus verfetur naturalis religionis libertas, et quae coactionem refpuant, diftinguantur ab his, quae eandem admittunt· quaeue ideo curae animarum relicta fint, feu ad minifterii follicitudinem pertineant, diftinguantur ab his, quae fubfint poteftati ecclefiafticae.*

VII. Sed mea ex fententia,*inquit* KOCHIVS, facra RELIGIONIS interna omnia ea funt, quae vel religionem ipfam eiusdem ex natura aut ex arbitraria Dei voluntate conftituunt, vel eiusdem adminicula quocunque modo neceffaria funt: reliqua vero omnia, quae tam in religione quam eiusdem adminiculis, hominum arbitrio pio et fobrio a Deo relicta funt, facra RELIGIONIS externa feu adiaphora voco. *Notiones, ab ipfo datas et ab obiecto defumtas, proponere fufficit, Lectoris erit, de iisdem earumque in iuris difciplina vfu, nec non de ampliffima facrorum tabula, programmati adiecta, inferre iudicium. Dabam Goettingae Non. Maii* cIↃIↃCCLXXIX.

Cum

Cum post quintam editionem, *quae prodiit a.* CIↃIↃCCLXXXV. noua libelli editio *mihi denunciaretur: in isto quidem doctrinarum ambitu, in quo iura* potestatis ecclesiasticae *intra iustos limites passim reuocari, et quae ad* libertatem *ecclesiae Germanicae pertinent, vindicari, nec non* iuri circa Sacra *honorem haberi, rerum vsu edocemur, non potuit deesse materia, ea, quae momentum ferunt, ad sua principia reuocandi atque exponendi, quae inde pendent iurium vicissitudines: qua in re, quantum quidem per temporis rationes licuit, curam in eo posui, vt vel prima tantum eius rei momenta exponerem. Si quid porro ad nonnulla doctrinae momenta curatius tradenda* vel *determinanda pertinere videbatur; nec illud sub curas posteriores vocare praetermisi: de eo sollicitus, vt Tibi, L. B. studia mea probarentur. Scripsi Goettingae a. d. 20. Sept.* CIↃIↃCCXCI.

vide pag. 694.

PRAE-

PARS GENERALIS.

Tit. I.
DE ECCLESIA EIVSQVE IVRIBVS.

ARGVMENTVM.

§. 1. *Religio Christiana.* 2. *Sacra interna et externa.* 3. *Religionis libertas.* 4. *Ecclesia.* 5. *Eius vinculum in vnione in eandem fidem.* 6. *Eius species.* 7. *Potestas ecclesiastica.* 8. *Iura, quae ei insunt, Collegialia.* 9. *Eius exercitium est regimen ecclesiae.* 10. *Ministerii indoles.* 11. *Dependet a potestate ecclesiastica,* 12. *quae Ministris iure proprio non competit.* 13. *Nexus inter ecclesias diuersae religionis.*

§. 1.

Religio christiana est *determinatus modus colendi Deum secundum Doctrinas a Christo et ab Apostolis traditas.* Pertinent ad illam 1) *doctrinae* de cultu Dei in Christo secundum reuelationem S. Scripturae determinatae: quarum complexus *fidem Christianam* constituit, 2) *actus* religiosi, cultum diuinum, *internum* et *externum*, ex fide Christiana instituendum respicientes (*a*). *Quaecunque religionem Christianam concernunt*, Sacra dicuntur.

(*a*) Religio ergo constat *credendis* et *agendis*. Per veritatem *principii credendorum* determinatur *verae religionis* character. Io. Schilterus de *libert. eccles. Germ. L. I. c. II.* §. 19. 20. *Gottfr.* Less *über die Religion tom. I. p.* 21.

§. 2. SACRA ſunt vel INTERNA, *quae reſpiciunt cultum internum ſingulorum, et ab interno abſolute dependent in cultu externo*: veluti *aſſenſus*, quem quis tribuit doctrinis fidei, et quae his abſolute innituntur in agendis; vocantur *Glaubens- und Gewiſſens-Sachen*: vel EXTERNA, *quae reſpiciunt cultum externum, quoad a doctrinis fidei non abſolute dependet*. ILLA a cognita doctrinarum veritate et a conuictione dependent, per imperium vero et coactionem non obtinentur. HAEC varia ratione determinari poſſunt, et humanae diſpoſitioni obnoxia ſunt; quorſum pertinent tum *actus religioſi externi*, tum *modus* in *his peragendis* obſeruandus, qui *liturgia* vocatur.

(*) Sacra interna dicuntur etiam *eſſentialia*, ſicut externa, *accidentalia*. Illa *finem*, haec *media* ad finem obtinendum continent. SCHNAUBERT *Kirchenr. d. Proteſt. in D.* §. 2. not. a). AMMON *wiſſenſchaft. prakt. Theologie*. §. 4.

§. 3. Religio ergo ratione *ſacrorum internorum* 1) imperii et coactionis expers, ideoque LIBERA eſt: 2) in iisdem vnicuique debetur CONSCIENTIAE LIBERTAS (*a*), quae eſt *facultas, iudicium de ſacris internis formandi per rationes, ab eorum veritate deſumtas, non vero ſecundum arbitrium et praeſcriptum alterius*. 3) Ad ſacra ergo colenda, quae quis falſa eſſe conuictus intelligit, nemo imperio, pacto, vel iureiurando adigi poteſt (*b*).

(*a*) Hac

(a) Hac posita, rationes assensus vnice repetuntur a veritate doctrinae, non ab auctoritate docentis. *Seruitus conscientiae* est, si iudicium de sacris internis vnice subiectum est alterius praescripto. *Imperium in aliorum conscientias* sibi arrogat iniuste, qui sibi dari postulat ius cogendi alterum, ad iudicium de sacris internis vnice ex ipsius praescripto formandum. Tyrannidem sacram appellat *Io. Vlr.* L. B. DE CRAMER *de iure circa Sacra Colleg. et maiest.* §. 28. Conf. *B. Parentis* diss. praelim. tom. II. Iur. Eccl. de *iure circa libert. conscient.* §. 55. [MENDELSOHN's *Jerusalem, oder über religiöse Macht und Judenthum. E. Chr.* TRAPP *über die Gewalt protestantischer Regenten in Glaubenssachen. Braunschw.* 1788. 8.]

(b) (*Phil. Eb. Zechii*) *meditat. de orig. et indole iuris reformandi P.* I. *c.* 2. §. 23. 24.

§. 4. ECCLESIA CHRISTIANA est *societas hominum, per eandem fidem Christianam vnitorum, de religione Christiana colenda.* 1) *Initur* libero coeuntium consensu (*a*): eamque 2) *constituunt* omnes, in eam coeuntes, eademque fide vniti: 3) *Communis* eius *finis* est cultus diuinus (*), ex eadem fide christiana instituendus: in eoque obtinendo et conseruando *salus ecclesiae*; prima eius lex, versatur (*b*). Ecclesia, in eundem finem stabilem et perpetuum vnita, iure *vniuersitatis* fungitur.

(*a*) De Origine Coetuum inprimis post Christi ascensionem, vid. *Io. Ge.* PERTSCH in *hist. eccles. sec. I. c.* 8. 9.

(*) *internus* maxime, siquidem finis religionis, atque adeo ecclesiae christianae esse non potest, vt Deus certis actibus honoretur, sed vt animi christianorum per cultum diuinum virtuti christianae magis assuescant.

(*b*) *B. Parens* in diss. Praelim. tom. I. Iur. Eccles. de *suprema lege ecclesiastica.*

§. 5. Vnio in *cultum diuinum*, ex eadem fide Christiana instituendum, est *vinculum ecclesiae*; et

eadem fides, tamquam complexus doctrinarum de cultu diuino, (§. 1.) in quam vnio facta eſt, eius *ſymbolum* eſt ſeu *confeſſio*: in qua tamen *ſingulae*, quae ad eam pertinent, *doctrinae*, ſalua fide eadem, curationem admittunt *eccleſiae* determinationem. 1) Salua ſeruata *vnione fidei*, eadem eccleſia manet in poſteris, illaque ſublata, haec interit; 2) a *diuerſa* fidei Chriſtianae confeſſione oritur diuerſitas eccleſiarum, vt Graeca, Romana, Euangelica cet. 3) In *eadem eccleſia* non poteſt admitti facultas, doctrinas cum *confeſſione eccleſiae* pugnantes profitendi et diſſeminandi (*a*), ſalua ceteroquin facultate ab ea diſſenſus cauſa recedendi.

(*a*) Non commiſcenda eſt *libertas Conſcientiae* (§. 2.) cum *libertate profitendi, docendi*, quidquid placuerit: quae licentia eſt, eccleſiae et reipublicae exitioſa. Haec miſcet *Io. Casp.* BARTHEL in diſſ. *de eo quod circa libertatem conſcient. in negotio relig. iuſtum eſt in Praef.*

§. 6. Eccleſia vel *ſocietas ſimplex* eſt, cuius membra ſunt ſinguli Chriſtiani, vel *ſocietas compoſita*, cuius membra ſunt ſimplices eccleſiae. Eſt haec vel *vniverſalis*, vel *particularis*, prout conſtat vel ex omnibus *per orbem terrarum*, vel ex omnibus *per eandem regionem* conſtitutis eccleſiis per *eandem fidem* conſociatis (*).

(*) Unde patet, non dari *vniuerſalem eccleſiam Proteſtantium*, ſed plures *particulares Proteſtantium eccleſias*; ſola enim vnio in eandem fidem, quae liberi aſſenſus eſt, ad illam non ſufficit, ſed requiritur vnio in vnam eandemque ſocietatem, quod poteſtatem reſpicit. SCHNAUBERT *über Kirche und Kirchengewalt.* pag. 59. not *.

§. 7. Posita ecclesia, ponitur POTESTAS ECCLESIASTICA, quae est *ius determinandi ea, quae pertinent ad ecclesiae finem obtinendum et promouendum* (*a*). Competit 1) ecclesiae, tamquam ius *sociale*, et est *ius* ipsius *proprium*, et *ab origine* omnium ecclesiae membrorum commune (*b*); 2) determinatur per *finem ecclesiae* eiusque *salutem:* pertinet 3) ad ea tantum, quae ecclesiae per naturam societatis ecclesiasticae subsunt, ideoque ad *sacra externa* et ad [*iura* s. *negotia*] *ecclesiastica*. Si quae ecclesiae speciali titulo acquiruntur iura: ad *annexa* potestatis ecclesiasticae pertinent; quae iam in latiori sensu continet complexum iurium tam socialium quam speciali titulo acquisitorum. A iuribus ecclesiae differunt *iura singulorum*, quae singulis membris in ecclesia competunt: ad quae pertinet *libertas conscientiae*. (§. 3.) Potestas ecclesiastica ergo, intuitu sacrorum internorum, exercenda est *salua libertate conscientiae:* nec ideo eo produci potest, vt alicui ob *solius opinionis dissensum* ab aliquo fidei articulo ius societatis ecclesiasticae adimi queat.

(*a*) Receptum est vocabulum *potestatis* in iure societatis vel collegii et ecclesiae designando. vid. *Benign.* BOSSVET de *potestate ecclesiastica cleri Gallic. Gisb.* VOETIVS de *Politia eccles. P.* 3. *lib.* 4. *p.* 770. Vocatur etiam *ius collegiale circa Sacra.* PAVLVS *ecclesiae* tribuit *ius curandi et efficiendi, vt omnia ordine et decenter peragantur.* 1 *Cor. XIV. v. vlt.* vid. *Sam.* PVFENDORF de *habitu relig. ad Statum civil.* §. 39. *Io. Vlr.* L. B. DE CRAMER *l. c.* §. 15. 32. *Christ. Matth.*

Matth. PFAFFIVS de *iure sacrorum absoluto et collegiali*. *Io. Ern.* FLOERCKE *in Praenot. iurispr. eccl. obs.* 11.

(*b*) *Dav.* BLONDELLVS de *regimine plebis in ecclesia*.

§. 8. ***Iura singula, quae insunt potestati ecclesiasticae***, sunt IVRA ECCLESIAE COLLEGIALIA: quae fere redeunt ad haec momenta (*a*), 1) ad ius adornandi ***cultum diuinum*** tum ratione actuum sacrorum, tum ratione modi, temporis et loci: 2) ad ius determinandi ea, quae instar ***medii*** se habent ad eundem promouendum: et 3) ad ius remouendi in ecclesia ***impedimenta*** finis communis. Sunt vero illa vel iura ***plurium eiusdem fidei ecclesiarum***, per regionem vnitarum, COMMVNIA, vel singulis ecclesiis PROPRIA.

(*a*) *Io. Ern.* FLOERCKE de *iure principis circa sacra subditorum diuersae relig. Sect. I.* §. 3. *f. Io. Laur.* MOSHEIM *Kirchenrecht der Protestanten p.* 449. *Inst. Car.* WEISSENHAVERN *de iure conuentionali sacrorum dirigend. Sect.* 1. §. 2. Horum numero sunt, ius coeundi in *conuentus* et *synodos*, mutuaque conuentione condendi *symbola*, *leges conuentionales*, normamque agendorum in ecclesia, poena conuentionali munitam, quae est *disciplina ecclesiastica*; ius constituendi ecclesiae ministros, aliisque committendi tam *directionem*, quae est potestas, nomine ecclesiae ea peragendi, quae concernunt *expeditionem negotiorum ecclesiae*, quam *inspectionem* ecclesiasticam, quae consistit in potestate curandi et efficiendi, vt politia ecclesiae salua seruetur; ius *conuentionale* lites in ecclesia ortas dirimendi, administrationi bonorum ecclesiasticorum prospiciendi, aliaue similia iura. [Cf. SCHOTT in *prim. lin. iurisp. eccl. vniuersalis.*] Praxin eorum in primitiua ecclesia tradunt *auctor anonymus* Tr. de *regimine ecclesiae primitiuae* edit. *B. Parente* in app *hist. eccles. trium prior. sec Io. Franc.* BVDDEVS de *ecclesia apostolica. B. Parens* in diss. iur. eccles. ant. diss. III. *de confoederata Christianorum disciplina* et diss. XII. de *statu extraordinario ecclesiae primitiuae*.

§. 9. *Exercitium poteſtatis eccleſiaſticae, iuriumque eccleſiae collegialium* eſt REGIMEN ECCLESIASTICVM (*a*). Penes eccleſiam non minus ius eſt ac arbitrium, vtrum hoc in *conuentibus* exercere, an vero, quod omnino *prudentiae* eſt, id eiusue partes *vni pluribusue* deferre, et *qua lege* deferre velit. *Ipſa determinatio eorum, quae ad finem eccleſiae obtinendum pertinent, vi poteſtatis eccleſiaſticae facta*, eſt POLITIA; *ordo, ordinatio* eccleſiae.

(*a*) *Regiminis* verbo exercitium cuiuscunque poteſtatis ſignificatur, et qualis eſt poteſtas, tale eſt regimen. [Regimen transferri poteſt in alios v. c. in principem, minime vero poteſtas ipſa, quae penes vniuerſam, quam late extendatur, ſemper maneat, neceſſe eſt, eccleſiam. Inde patet, cur poteſtatis eccleſiaſticae exercitio proprium nomen datum ſit, et quam temere haec in ſyſtemate, quod vulgo dicunt, territoriali, confundantur. (Cf. §. 42.)]

§. 10. Praecipuum officium in eccleſia eſt MINISTERIVM V. D. (*) quod complectitur *exercitium functionum, cultum diuinum immediate concernentium, certis eccleſiae membris priuatiue commiſſum.* Pertinet ad *ſacra* in ſalutem ſingulorum in eccleſia adminiſtranda; eoque ſenſu vocatur *cura animarum.* Munus eſt, *fini eccleſiae* inſeruiens, indeque *a Chriſto* in condenda eccleſia inſtitutum: doctrinis, pio affectu ipſoque exemplo inſtruendum, *imperio* vero et *coactione* deſtitutum (§. 2. 3.) (*a*).

(*) *Das prieſterliche Amt.*

(*a*) Hoc

(a) Hoc Petri praeceptum eſt *I. Ep. V. v.* 3. Idem eſt monitum Christi, Apoſtolis datum, *Matth. XX*, 25. *Luc. XXII*, 25. 26. 27. Praxin primitiuae eccleſiae exponit *B. Parens* in *diſſ. iur. eccleſ. diſſ. III.* §. 12.

§. 11. Cum fini eccleſiae obtinendo et promouendo inſeruiat miniſterium: 1) conſtitutio eius fit iure *poteſtatis eccleſiaſticae*, (§. 7.) et eſt pars *politiae eccleſiaſticae*; (§. 9.) 2) *functiones* miniſterii *a Poteſtate eccleſiaſtica* dependent, et per eam *determinari* poſſunt. Eccleſia, ſub *hac politia* conſiderata, eſt conſociatio de religione *ſub miniſterio paſtorum* colenda.

§. 12. Eſt ergo *miniſterium prorſus diuerſum a Poteſtate eccleſiaſtica*: neque *naturali iure*, neque *iure diuino haec* illi ineſt. Poſtquam vero *exercitium* iurium nonnullorum collegialium *ab eccleſia* delatum eſt eius miniſtris: euenit, vt fere fieri ſolet, vt iura, ipſis *demandata*, abierint in *propria*, maxime ſub *efficto colore* iuris diuini. Huius opinionis error, clero proficuus et gratiſſimus, ab eoque propugnatus et propagatus, omnes fere eccleſias turbauit. Nata inde eſt politia *eccleſiae inaequalis* eaque *hierarchia*, qua poteſtas eccleſiaſtica, ad *ſacra interna* producta, *miniſtris eccleſiae* iure *proprio* eoque *diuino* vindicatur.

(*) Quando *miniſterium* et *poteſtas* eccleſiaſtica ſibi inuicem opponantur, vernaculo ſermone hanc, *Kirchengewalt*, illud, *geiſtliche Gewalt* recte dixeris. Differunt inter ſe

1) ra-

1) ratione *obiecti*, 2) *ſubiecti*, 3) *ſubiectionis* et 4) *modi agendi.*

§. 13. Inter eccleſias *diuerſae fidei et religionis* eadem iura et obligationes intercedunt, quae inter *diuerſas ſocietates liberas.* 1) Neutri eccleſiae ius aliquod competit *in alteram* vel in *eius ſacra*; et altera ab altera eſt independens. 2) Damnantur *iure diuino*, et vi ipſius *religionis Chriſtianae* laeſiones, turbationes et perſecutiones ab altera alteri illatae (*a*). Nec eſt 3) inter easdem vllum aliud *religionis diſſidia componendi* remedium, quam *mutua tolerantia* et *amicabilis compoſitio* (*). Belliſſime *Chriſtianum* remedium vocatur, tamquam Chriſtianae religioni *vnice* conueniens.

(*a*) Non maior nec magis exitioſa eſt *ſuperſtitio*, quam *cultum Dei* quaerere in actionibus a Deo damnatis, ſcilicet in *perſecutionibus* et *laeſionibus*, religionis cauſa illatis. [cf. STRVBEN Nebenſtunden *T. II. Anm.* 2.]

(*) *I. P. W. art. V.* §. 50. 52.

TIT. II.

DE
NEXV ECCLESIAE CVM REPVBLICA

ARGVMENTVM.

§. 14. *Deuotio domeſtica et exercitium religionis.* 15. *Deuotio domeſtica ſimplex et qualificata.* 16. *Relig. exercitium in republ. vel conceſſum vel tantum toleratum.* 17. *Eſt vel publicum vel priuatum.* 18. *Per eius conceſſionem* 1) *religio in republ. recipitur.* 19. 2) *Eccleſia fit publi-*

ca vel priuata. 20. Ius circa Sacra. 21. Ei ineſt ius reformandi. 22. Inſpectio ſecularis in eccl. 23. Advocatia eccleſiaſtica. 24. Eius diſcrimen a poteſtate eccleſiaſtica. 25. Leges fundamentales circa ſacra.

§. 14. A religione diſtinguendum eſt *exercitium eius in republica,* quod *obiectiue* ſumtum (*a*) ſeſe exſerit ipſis actibus *religionem,* ideoque agenda et credenda, concernentibus: *formaliter* vero accipitur pro *iure*, ea peragendi. Hoc ſenſu id competere poteſt vel *ſingulis*, qua talibus; vel pluribus, qua *ſocietati.* DEVOTIO DOMESTICA eſt *ius ſingulorum*, *cultum diuinum ſeorſim et ſaltem in familia ſecundum ſuae religionis confeſſionem inſtituendi.* EXERCITIVM RELIGIONIS vero, *in ſpecie* ſic dictum, eſt *ius, religionem in ſocietate ſub miniſterio paſtorum in republica colendi.*

(*a*) Hoc ſenſu illud accipit MOSER in progr. de *exercitio religionis domeſtico* in *Selectis iur. publ. et eccleſ.* p. 391.

§. 15. *Deuotio domeſtica* vel SIMPLEX eſt, ſeu *per ſe* talis, quae coniuncta non eſt cum *iure habendi proprium ſacerdotem*, vel QVALIFICATA, ſeu *iure habendi proprium ſacerdotem.* ILLA non niſi ea ſacra continet, quae ex religionis principiis peragi poſſunt *absque interuentu paſtoris*: HAEC tribuit ius, ſacra peragendi interuentu paſtoris. Deuotio domeſtica ſimplex eſt *naturaliter debita*: cum eius denegatio pugnet cum *officiis erga Deum.*

§. 16.

§. 16. Exercitium religionis ſua natura coniunctum eſt cum *iure coeundi in eccleſiam:* idque ideo perinde, ac ius coeundi in ſocietates maiores, ab *imperio ciuili* dependet. Tribuitur 1) vel *conceſſione reipublicae:* ex qua oritur ius perfectum; eoque conceſſo, data cenſentur iura eccleſiae *collegialia*, quae ſunt iura *annexa religionis exercitii* (*). (§. 7. 8.) Permittitur 2) nuda *tolerantia*, dum vi imperii nihil decernitur aduerſus exiſtentiam religionis exercitii in republica. *Toleratum* deſtituitur iure perfecto; et toleratae eccleſiae rationem habuit eccleſia ſub *imperatoribus gentilibus*.

(*) *I. P. W. art. V. §* 31. Cf. Pfaff de *annexis religionis*.

§. 17. *Exercitium religionis* in republica duplex eſſe poteſt, vel privatvm, ad *ſacra eccleſiae intra eius conuentum peragenda* adſtrictum, vel pvblicvm, ad ſacra omnia pertinens, quorum celebratio, *etiam extra eccleſiam*, in republica ſeſe exſerere poteſt (*a*). Vtrumque ſit *interueniente miniſterio paſtorum*.

(*a*) *I. P. W.* art. *IV.* §. 19. *art. V.* §. 34. Henniges *in medit. ad Inſtr. Pac. art. V.* §. 31. *p.* 532.

§. 18. Conceſſo religionis exercitio, religio in republica recipi et *ciuiliter approbari* dicitur (*). Recepta religio vel *dominans* eſt, ſeu *ſimpliciter recepta*, cui *omne religionis exercitium*, publicum et priuatum, datum eſt per

rei-

reipublicae territorium; vel *secundum quid recepta*, cui non nisi *determinatum exercitium* per certam territorii partem concessum est. Dominans ergo religio in republica esse potest, siue *imperans* eidem addictus sit, siue non addictus.

(*) *Receptae* opponitur *tolerata. I. P. W. art. VII. §. 2. art. V. §. 34. Io. Christ.* MAIER d. *de notione tolerantiae religiosae ciuilis, praesertim ex mente Art. V. I. P. O. Tub.* 1782.

§. 19. Ecclesia *recepta* vel PVBLICA est, quae *religionis exercitio publico, et communione iurium in republ. fruitur, vel* PRIVATA, quae *priuato religionis exercitio iuribusque in republica fruitur speciatim concessis.*

§. 20. Ecclesia subest reipublicae eiusque imperio ciuili, secundum cuiuslibet reipublicae formam. Ius *imperii ciuilis in ecclesiam* vocatur IVS CIRCA SACRA, ideoque est *ius, vi imperii ciuilis determinandi ea, quae in ecclesia respectum habent ad reipublicae salutem vel ad tutelam publicam.* Competit ergo principi, qua principi (*a*): et inde *maiestaticum* dicitur.

(*a*) c. 20. C. 23. *qu.* 5. *Sam.* PVFENDORFII tr. *de habitu relig. ad stat. ciuil.* §. 43. 44. *Io. Vlr.* DE CRAMER *de iure maiest. et colleg. circa sacra* §. 17. et in *Obs. iur. rom. I. obs.* 419. §. 6. *Hugo* GROTIVS de *imperii suprema potestate circa sacra.* Par. 1648. *Herm.* CONRING de *maiestatis ciuilis auctoritate et off. circa sacra. Dan.* NETTELBLADT de *imperii sacri stat. Protest. natura.* [Add. C. THOMASII *vollst. Kirchenr. od. Abh. vom Verhältniss der Religion gegen d. Staat üb. Sam. Puffendorfs Tractat.* T. I. II. Frf. u. Leipz. 1738. *J. Th. v.* HÖCKDORF *Betrachtungen üb. Hrn. v. Pufendorf*

Verhältnifs d. chriftl. Relig. geg. den Chriftenftaat. Leipz. 1744. 8. *Grund der höchften Gewalt eines Fürften in Kirchenfachen.* Halle 1719. *Io. Ern.* SCHVBERT *ius principis circa facra.* Viteb. 1738. 4. *Iuft. Car.* WIESENHAVERN *Grundfätze d. allgem. u. bef. proteft. Kirchenftaatsrechts.* Frf. u. Leipz. 1749. 8. *Car. Frid.* HAEBEELIN d. *iur. eccl. publ. de iuris circa facra, iurisque facrorum fundamento et difcrimine. Helmft.* 1778. Cf. SCHÖTTS *unparth. Critik.* B. IX. p. 853. *Henr.* HANKER d. *de iure circa facra, in fpecie de iure reformandi exercitium religionis cum annexis, quod Imperatori ftatibusque S. R. imp. competit. Pars I. et generalis.* Goett. 1780. 4. *Pet. Ant.* FRANK *Grundbetrachtungen üb. Staat und Kirche nach natürl. Rechtsfätzen in Anwendung auf Teutfchland. Mainz.* 1784. *Jo. Fried.* KLAPROTH *Verfuch e. fyftem. Entwickelung d. Gränzen zwifchen d. kirchlichen und bürgerl. Macht überhaupt und bef. in Deutfchland. Mühlhaufen* 1796. 8. *I. G.* REINHARD *de iure principum circa facra ante paces religiofas.*

§. 21. Eft itaque ius imperii ciuilis *fundamentum* iuris circa facra: idque, fi ad nullam facrorum partem refpexeris, *in genere* verfatur vel *circa ius ecclefiae* tribuendum definiendumque (§. 16.); vel ea iam conftituta, tum circa *exercitium iurium ecclefiae*, faluti publicae conuenienter inftituendum, tum circa eorum *tutelam publicam*. Continet itaque I. IVS REFORMANDI EXERCITIVM RELIGIONIS, quod eft *Ius imperii ciuilis, determinandi exercitium religionis in republica.* 1) *Obiectum* eius funt exercitium religionis in republica *publicum priuatumue*, eiusque *iura annexa* (§. 16.): 2) *eius determinatio* confiftere poteft in iisdem concedendis, amplificandis, reftituendis, negandis, reftringendis (*a*). 3) Eft ius *imperii ciuilis* circa facra (*b*): et cuius

eft

est regio, eius est religionis exercitium determinandi ius. Per ius reformandi ergo tribuitur ius *ecclesiae publicae* vel *privatae* (§. 19).

(*a*) Non ergo consistit in iure disponendi de *aliorum* religione, quod nemini mortalium competit, nec imperanti de ciuium suorum religione.

(*b*) In *Instr. Pac. Osn.* art. V. §. 30. et 39. *Caesareae maiestati ius reformandi exercitium religionis non minus quam aliis regibus et principibus* tribuitur. Conf. Praefatio ad *B. parentis tom. III. Consult. et decis. Part. I. §. 4. f.* GÖNNER d. *de mutuo domini territorialis ac subditorum consensu ad mutandum religionis exercitium necessario et sufficiente. Bamb.* 1789. *Ad.* RECHENBERG d. *an cuius religio, illius quoque sit religio? Lips.* 1695.

§. 22. II. INSPECTIO SECVLARIS *in ecclesiam* (*a*), quae est *ius imperii ciuilis, curandi et efficiendi, ne salus et tranquillitas publica detrimenti quid ex ecclesia et ex exercitio potestatis ecclesiasticae capiat.* Ex hac descendunt *iura negatiua*, efficaciter curandi, ne reipublicae per instituta ecclesiae noceatur: eaque coniuncta sunt cum *iure*, haec *saluti publicae conuenienter dirigendi.*

(*a*) Haec non miscenda est cum *inspectione ecclesiastica*, quae est ius *ecclesiae*, curandi et efficiendi, vt politia ecclesiastica salua sit, et disciplina ecclesiastica obseruetur.

(*) *Inspectioni*, quae ex imperio ciuili descendit, inesse etiam volunt *ius deuolutionis*, seu ius principis, iura collegialia ecclesiae administrandi, quoties ipsa illis vti vel impediatur, vel nolit, vel iisdem in detrimentum reipublicae abutatur. *I. Christ Wilh* STECK *de iure deuolutionis. Tub.* 1753. *Christ. Ern. ab* WINDHEIM ad *I. L.* MOSHEMII *allg. Kirchenr. d. Protestanten*, distinguit inter *ius deuolutionis absolutum* s. *maiestaticum*, quod principi, qua tali, sola vi imperii ciuilis; et *ius deuolutionis hypotheticum*, quod eidem seu membro ecclesiae primario, vi pacti taciti, competat, (*cap.* III. §. 16. *not.* 27. *p.* 534). At certum est, iura

iura collegialia ad principem, qua talem nullatenus pertinere. Cf. SCHNAVBERT *Grundſſ.* §. 19. u. *neueſte jur. Bibl. des Staats - u. Kirchenr. B. I.* p. 234. ſq.

§. 23. III. ADVOCATIA ECCLESIASTICA, quae eſt *Ius imperii ciuilis tuendi et defendendi eccleſiam et iura ei competentia.* Pertinet tum ad *impedimenta cultus diuini* in republica remouenda, tum ad *tuendum exercitium poteſtatis eccleſiaſticae*, vbi hoc executione et publico auxilio indiget, tum denique ad *repellendam aliorum vim et iniurias*, nec non *ad tuenda iura* in litem vocata (*a*). Poſterioris generis defenſio, per adminiſtrationem *iuſtitiae* praeſtanda, eſt *ipsa iurisdictio*, quae in defectu deciſionis conuentionalis, in litibus eccleſiae eiusue membrorum naturali ratione ad implorationem litigantium fundata eſt.

(*a*) *Io. Casp.* BARTHEL *de iure reform. antiquo art.* 8. *tom. I. op. p.* 191. 222.

(*) Tribus hiſce, quibus *ius principis circa ſacra maieſtaticum* continetur, argumentis, quartum addit *Hermannus* BECKER in den *Gedank. u. Erläut. d. Principiorum b. Auct.* §. 21. in fine. p. 286. 87. nempe DOMINIVM EMINENS IN BONA ECCLESIAE; ius maieſtaticum ſane, ſed quod notioni iuris circa ſacra applicare vix expedit.

§. 24. Ius circa Sacra maieſtaticum itaque eſt ius ſua natura *diſtinctum* a *poteſtate eccleſiaſtica iuribusque collegialibus* eccleſiae (§. 7. 8.); perinde ac *ius imperii ciuilis* differt a *iure quaeſito* vel ſingulorum vel ſocietatum in republica. Principi ergo, *qua principi*, non competunt iura poteſtatis eccleſiaſticae; quamquam ei compete-

petere possint ex ipsius *ecclesiae consensu* (a). Hoc *interveniente*, potestatis ecclesiasticae exercitium *coniungitur* cum imperio ciuili, iisdem tamen limitibus circumscriptum, quibus ab origine est apud ipsam ecclesiam et non nisi ex ecclesiae *salute* et salua *conscientiae libertate* obeundum (§. 7.) Huiusmodi vero delatione *non interueniente*, potestatis ecclesiasticae exercitium ecclesiae *proprium* permanet, et ab imperio ciuili *separatum*, eidem tamen *subordinatum*.

(a) Prudentiae esse, monet *Io. Vlr.* L. B. DE CRAMER *in cit. diss.* §. 58. principi administrationem iurium collegialium relinqui, nisi tali religioni deditus sit, vi cuius diuersae religionis consortes persequi impellitur.

§. 25. Ius circa sacra, ad analogiam omnium iurium imperii ciuilis, restringitur tam per *salutem reipublicae*, quam per *leges reip. fundamentales*, et ex harum norma exercendum est. Sunt vero *leges* FVNDAMENTALES CIRCA SACRA, *leges publicae, quibus definitur exercitium iurium imperantis circa ecclesiam.* Pertinent 1) ad definiendum *modum*, eadem exercendi, 2) et quidem ad exercitium tam iurium *maiestaticorum* circa ecclesiam, quam iurium *collegialium*, quoad imperanti delata sunt: nec vlla maior, quam ad eas obseruandas est imperantis obligatio.

TIT. III.

TIT. III.

ORIGINES HIERARCHIAE IN ECCLESIA ROMANA.

ARGVMENTVM.

§. 26. I.) Status ecclesiae primitivae. 27. Confoederatio ecclesiarum per prouincias. 28. Potestas ecclesiastica penes episcopos, Metropolitanos et synodos. 29. II.) Sub imperatoribus Christianis. 30. Vnio ecclesiarum per orbem Romanum Origo primatum. 31. Primatus Pontificis. 32. III.) natales ecclesiae Romanae. 33. Systema papale et episcopale. 34. Nexus ecclesiae erga rempublicam.

§. 26. I.) Ecclesiae *primitiuae* haec politia fuit, quod sacris dirigendis praeessent PRESBYTERI, *episcopi* promiscue dicti (*a*); his in negotiis ecclesiae inseruirent DIACONI, ex vtroque sexu passim assumti (*b*); ac negotia ecclesiae alicuius momenti ipsius ECCLESIAE *consensu* tractarentur (*c*). *Primi inter presbyteros* in coetibus maioribus per ciuitates, iam circa *finem seculi I.*, occasione schismatum EPISCOPI nomine distincti (*d*), partemque *inspectionis ecclesiasticae* nacti in *coetus minores*, per pagos vicinos constitutos, dignitate et auctoritate praeeminuerunt, ceteris presbyteris in *consortium dirigendae ecclesiae* cum ipsis vocatis.

(*a*) *Io. Laur.* MOSHEIM *de reb. Christ. ante Constant.* sec. 1. §. 13. 18. 37. 44. 45. 48. *Christ. Matth.* PFAFFIVS in *Orig.*

Orig. iur. eccl. c. 2. *art.* 1. 2. Promiſcua presbyteri et epiſcopi appellatio euincitur, *Act. XX.* 17. 28. *Tit. I,* 4. 7. *Philip. I.* 1.

(*b*) *Ioſ.* BINGHAM *Orig. et ant. eccl. lib.* 2. *c.* 20. *Casp.* ZIEGLERUS *de diacon. et diaconiſſ. c.* 8.

(*c*) *Act.* XX. 2. XV. 2. XXI. 7. *Pfaffius* l. c. p. 40. et 89. *Mosheim in hiſt. eccl. ſec.* 1. *p.* 44. *ſ.* et *p.* 205.

(*d*) Ita *Hieronymus* in c. 24. *D.* 93. *c.* 5. et 10. *D.* 95. Conf. *B. Parens* in diſſ. ad Plin. et Tertull. diſſ. VII. §. 41. diſſ. VIII. §. 8. Apologiam *pro ſententia Hieronymi* ſcripſerunt *Dav.* BLONDELL et *Claud.* SALMASIVS *de epiſc. et presb.* aduerſarios nacti *Dionyſ.* PETAVIVM de *hierarchia eccl.* et *Nat.* ALEXANDRUM *diſſ.* 44. *hiſt. eccl. ſec. IV.* Ampliorem ſcriptorum recenſum dat PFAFFIVS l. c. p. 55. ſ. [Inſtar omnium eſt *W. C. L.* ZIEGLER in *Verſuch einer pragmatiſchen Geſchichte der kirchlichen Verfaſſungsformen in den erſten ſechs Jahrhunderten der Kirche. Leipz.* 1798. 8.].

§. 27. Inter tot ſpeciales eccleſias, ſolo *fidei eiusdem vinculo* vnitas (*a*), non fuit nexus *ſubordinationis,* ſed NEXVS CONFOEDERATIONIS, qui primum ſec. II. interuenit inter *eiusdem prouinciae ciuilis* eccleſias. Euidens illius confoederationis argumentum eſt coitio eccleſiarum in *ſynodos* ſeu conuentus prouinciales, et tractatio *cauſarum eccleſiaſticarum communium* in iisdem (*b*); conditis *regulis conuentionalibus,* quas *canones* dixerunt (*).

(*a*) *Io. Rud.* KIESLING *de ſtabili primit. eccl. ope litterarum communicat. connubio* §. 20. *ſ.*

(*b*) *Auctor anonym.* tr. de *regimine eccl. primit. cap.* 8. MOSHEIM *de reb. Chriſtian. ante Conſtant. ſec. I.* §. 48. *p.* 103. *et ſec. II.* §. 21. *p.* 258. §. 22. 23. *p.* 264. 266. Idem in *inſtit. hiſt. eccl. p.* 81. *Chriſt. Wilh. Franc.* WALCHII *Hiſt. der Kirchenverſammlungen p.* 118. *ſeq.* [FVCHS *Bibliothek der Kirchenverſammlungen.* T. I. *W. L. C.* ZIEGLER's *Verſuch einer kritiſch-pragmat. Darſtellung des Urſprungs d. Kirchenſynoden und der Ausbildung der Synodalverfaſſung in den erſten* 3 *Jahrhunderten der Kirche;* in HENKE's *Magazin f. Religionsphil. Exegeſ. u. Kirchengeſch.* B. I. St. 1. p. 125. ſqq.]

(*)

(*) *Canonis* nomen modo latiori, modo arctiori accipitur ſignificatu. Ab initio quidem quamcunque conſtitutionem ſ. legem eccleſiaſticam denotabat. Sed cum illae non niſi iure conuentionali, in ſynodis maxime, conderentur, ad *ſtatuta ſynodalia* nomen fere fuit adſtrictum, iisque dein opponi coepta *decreta* ſ. *decretales Pontificum Romanorum*. Interea et *quoad obiectum* diſtingui coepit inter eas ſynodi conſtitutiones, quae *fidem* et eas quae *mores* ſ. *diſciplinam eccleſiae* concernerent, adeo vt illae *dogmata*, hae in ſpecie *canones* dicerentur. Noua plane loquendi ratione Concilium Tridentinum *canones* dixit definitiones fidei, *decreta* autem, regulas ad diſciplinam ſpectantes. cf. Benedict. XIV. *de Synodo dioeceſana* l. I. c. III. §. II. Gibert *corp. iur. can.* T. I. p. 92.

§. 28. Inde I.) ***exercitium iurium collegialium communium*** per eccleſias eiusdem prouinciae delatum eſt in prouinciae ſynodos. Ex quo II.) origo coepit epiſcoporum ***metropolitanorum***, qui ab ipſa ***metropoli*** prouinciae honorem prae reliquis ***eiusdem prouinciae*** epiſcopis, et praerogatiuam in ſynodis habendis nacti ſunt (*a*). Quod inſtitutum III.) conſuetudine ita iam ſec. III. promotum eſt, vt magna ***iurium collegialium*** pars delata eſſet tam ad ***epiſcopos*** (*b*), quam ad ***prouinciae*** ſynodos, eccleſiis ipſis in eo acquieſcentibus.

(*a*) *Lud. Ell.* du Pin *de antiqua eccleſ. diſcip. diſſ. 1.* §. 6. 7. 8. [*Metropolitae* nomen non auditum in actis eccleſiaſticis ante Concilium Nicaenum. De iuribus eorum, accurate, vt ſolet, egit *W. C. L.* Ziegler in l. I. p. 136. ſqq.]
(*b*) Mosheim *de reb. Chriſt. ante Conſtant. M. geſtis* p. 587. Pfaff *orig. eccleſ.* p. 40.

§. 29. II.) Constantinus M. eiusque ſucceſſores, relicta epiſcopis et conciliis cura

 eorum,

eorum, quae *intra ecclesiam* sunt, hoc est, *ministerio V. D. et potestate ecclesiastica* (*a*), sumta cura ecclesiae *externa*, *supremam ciuilem in sacra* inspectionem, tutelam, et iurisdictionem in caussis litibusque, interna non respicientibus, exercuerunt (*b*).

(*a*) Evsebivs in *Vita Constantini M. lib.* 4. *c.* 24. *et* 27. [Vbi Constantinus ad clerum protulisse legitur haec verba: *Vos quidem eorum, quae intra ecclesiam, ego autem eorum, quae extra eam sunt, a Deo sum constitutus episcopus.*]

(*b*) *L.* 17. 20. 23. *C. Th. de episc. et Cler. L.* 1. *C. Th. de relig. Iac.* Gothofredvs *tom. VI. Cod. Theod. p.* 50. 55. 58. 333. *B. Parens* in obs. ad *Petrum de Marca* de *concord. sac. et imp. lib. V. c.* 3. *p.* 114. s. *Franc.* Baldvini *Constantinus M. seu de Constantini Imp. legibus ecclesiast. et ciuil.* edit. in tom. I. *iurisprudentiae Rom. et Atticae* p. 570. [*Matth.* Stephani *Codicis Iustinianei libri primi priorum tredecim titulorum, qui sunt de sacro s. ecclesiastico iure et iurisdictione, interpretatio.* Frf. 1623. 4. *Arn.* Corvini *Imperator Iustinianus M. Catholicus.* Mog. 1688. *C. W. de Rhoer* de *effectu religionis christianae in iurisprud. Rom.* Groning. 1776. 8.]

§. 30. Rebus christianorum anplificatis, successit *maior ecclesiarum per orbem Romanum consociatio*, ad formam politici regiminis (*a*): quae locum dedit tum *conciliis oecumenicis*, ab ecclesiis omnibus *orbis Romani auctoritate Imperatorum* congregatis (*b*), tum nouis *honorum gradibus*, quibus distinguuntur *primates*, nomine Iudaico *Patriarchae* salutati (*c*), ceu *primi* inter *metropolitanos* eiusdem *ciuilis multarum prouinciarum dioeceseos*. Ad hos pertinent *Romanus* per Occidentem et *Alexandrinus* ac *Antiochenus*

per

per Orientem: quibus *Hierosolymitanus* ob honorem vrbis, et tandem *Constantinopolitanus*, velut *nouae Romae* praesul, socius adscriptus est, loco proximo *post Romanum* huic assignato (*d*).

(*a*) *can.* 2. *Concil. Taurinensis* circa a. 397. habiti. *Petr. de* MARCA *de primatu Lugdunensi* §. 2. MOSHEIM *instit. hist. eccles. p.* 156.

(*b*) Primum concilium oecumenicum *Nicaeae* in Bithynia a. 325. a CONSTANTINO M., alterum *Constantinopoli* a THEODOSIO M. a. 381., tertium *Ephesi* a. 431. a THEODOSIO II., quartum a MARCIANO *Chalcedone* a. 451. conuocatum est. In his agnita sunt imperatorum iura in iisdem conuocandis dirigendisque, et Canonibus auctoritate imperiali approbandis. Vid. WALCHII *Hist. der Kirchenversammlungen p.* 145. 225. 229. 307.

(*c*) *Philip.* BERTERIVS *Pithanon diatr.* 2. *c.* 1. *et* 2. in OTTONIS *thes. Iur. Rom. tom. IV. p.* 858. *du* PIN l. c. *diss. I.* §. 8. *I. Iac.* MASCOV de *primat. metropol. et episc. Germ.* §. 2. 3. [Formam regiminis politici in originibus Patriarcharum minime sollicitandam esse docent *H.* BACCHINIVS *de origine hierarchiae ecclesiae.* Mutinae. 1704. SPITTLER *Gesch. d. kan. Rechts* p. 54. *W. C. L.* ZIEGLER l. I. p. 340. sqq.]

(*d*) *c.* 3. *c.* 6. *D.* 22. *Can.* 28. *Concil. Chalced. Nov.* 131. *c.* 2. *Petr. de* MARCA *de Constantinopolitani patriarchatus institutione.*

§. 31. Inter patriarchas, auctoritate inter se omnino pares (*a*), *Romano* inter varias cum *Constantinopolitano* desuper ortas conuentiones, primus *honoris locus* relictus est (*b*). Honoris primatus per ignorantiae et superstitionis secula, maxime sub efficto vicariatus Christi colore (*c*), et ipso gladii spiritualis vsu, increscens, in *potestatis primatum* abiit; in quo firmando *Gregorii VII. Innocentii III.* et *Bonifacii VIII.* studia eminuerunt (*d*).

(*a*)

(a) c. 4. c. 5. D. 99.

(b) Vid. NOV. 131. c. 2. *Ellies du* PIN *l. c. diss. IV.* §. 2. *p.* 327. MOSHEIM *in inst. hist. eccl. p.* 266.

(c) Hoc commentum impugnat *du* PIN *l. c. diss. IV. p.* 304. *s.*

(d) MOSHEIM l. c. p. 325. 368. 394. 456. 506. 513. 568. *Christian. Wilh. Fr.* WALCHII *Hist. der Röm. Päbste p.* 210. 280. 350. [CASTELLO d. *de variis causis, queis accidentalis romani Pontificis potestas successive ampliata fuerit.* Trev. 1788. *G. I.* PLANK *de veris dominationis pontificiae epochis. Goett.* 1791. 4.]

§. 32. III.) Condita est inter hos progressus inde a sec. X. *per occidentem* ecclesia ROMANA seu LATINA; adoptata forma *reipublicae*, a forma *regiminis politici* in orbe Romano repetita, eaque constituta sub imperio *Pontificis Romani* eique *subordinatorum Antistitum* (*): in qua 1) his vindicata est *potestas ecclesiastica*, ceu propria, et sub colore iuris diuini, eaque 2) ad *sacra interna* cum imperio cogente producta est, 3) et aucta ex afferta *iurisdictione ecclesiastica contentiosa* (a). Ita vero omnes ecclesiae ex *nexu confoederationis* (§. 27.) reuocatae sunt in nexum *subordinationis* (b).

(*) Ecclesiae *Romanae*, quatenus *Graecae* opponi consueuit et *Latinae* nomen meruit, initia Saeculo X. recte alligaueris; qua tamen separatione parum illa in explicanda forma monarchica profecit; ipsis Pontificibus Romanis per hoc saeculum segniter rem suam gerentibus. *Hierarchiae* autem *Romanae*, ceu *reipublicae sacrae* sub Pontificis summi imperio constitutae natales non nisi a Gregorio VII. repeti possunt, cuius in ingenium altiora sane affectabat quam adumbrationem regiminis politici in orbe Romano.

(a) Principio episcopis 1) tantum *notio de caussis ecclesiae* relicta est, *iure collegiali* competens; haec 2) aucta sub

ſub Impp. Rom. data *epiſcopali audientia L. 7. C. de Ep. audient.* et 3) ſub Francis iurisdictione eccleſiaſtica ipſis *demandata. Petr. de* MARCA *de Conc. Imp. et ſac. lib. IV. c. 7. et* 10. et *B. Parens* in obſ. ad l. c. p. 102. Haec tandem 4) ex *adminiſtratoria* in *propriam* inde a ſec. XII. abiit. [*Henr. Mich.* HEBENSTREIT *hiſtoria iurisdictionis eccleſiaſticae ex legibus vtriusque Codicis illuſtrata.* Diſſ. III. Lipſ. 1773. 76. 78. 4.]

(*b*) *Io. Casp.* BARTHEL *de iure reform. t.* 1. *op. p.* 113. eccleſiam vocat *coetum hominum ejusdem fidei Chriſtianae profeſſione et eorumdem ſacramentorum communione coniunctum ſub ordinato ſiue hierarchico regimine paſtorum.* [Vnde ipſam hanc eccleſiae Romanae politiam nomine ſatis conſueto *Hierarchiam* appellant.]

§. 33. Inter hierarchiae natales non minor fuit inter antiſtites de ſumma *poteſtate eccleſiaſtica* contentio: ex eaque *duplex* natum eſt ſyſtema, *alterum* PAPALE (*a*), per *proprias pontificum conſtitutiones* efformatum, quo plenitudo poteſtatis *penes ſolum potificem* eſſe, ceteri epiſcopi ab eo tantum vocati cenſentur in *partem ſollicitudinis*, qualem ipſe eis relinquere voluerit: *alterum* EPISCOPALE (*b*), quo omnis poteſtas eccleſiaſtica penes eccleſiam, in conciliis congregatam, et *ſingulis epiſcopis* portio gregis adſcripta eſſe exiſtimatur, *pari poteſtate* et *iure proprio* regenda, ſaluo tantum Pontificis *honoris primatu*, ſaluisque *praerogatiuis*, obſeruantia pactisue definitis. (§. 114.)

(*a*) Vid. *Eugenii* LOMBARDI *Regale Sacerdotium, Pont. Rom. aſſertum*, Romae 1684. f. et ampliſſima ſcriptorum ſeries in *Io. Thomae* ROCABERTI *Bibliotheca Max. Pontificia* tomis XXI. Romae 1698. fol. Sed vid. *Guil.* BARCLAIVS de *Poteſtate Papae*. *Claud.* SALMASIVS *de primatu papae. Anecdotes eccleſiaſtiques de la police et de la diſcipline Eccleſiaſti-*

siastique. [Add. *Pe.* Ballerinii *de potestate summorum Pontificum et conciliorum generalium liber, vna cum vindiciis auctoritatis contra opus Iustini Febronii. Accedit appendix de infallibilitate eorundem Pontificum in definitionib. fidei.* Verona 1768. 4. *Aug.* Orsi de *Romani Pontificis in Synodos oecumenicas et earum canones potestate. Romae* 1771. 4. Idem *de irreformabili Romani Pontificis in definiendis fidei controuersus iudicio. T. I. II. Romae* 1771. 4. *Ant.* Schmidt *Institt. iur. eccles. Germaniae accommodatae. T. I. P. I. Cap. I. Sect. III. Art. I.*]

(*b*) Quod publice defensum per declarationem Cleri Gallicani de a. 1682. art. 2. [*Iac. Benig.* Bossvet *defensio declarationis Cleri Gallicani.* T. I. II. Luxemb. 1730.] De *libertate eccles. Gallicanae.* vid. *Petr.* Pithoevs *Oper. p.* 511. et *Petr.* Pvteanvs, nec non (du Boulay) *Histoire du Droit public Ecclesiastique françois.* a Londres 1737. T. I. II. 8. Conf. *Iustini* Febronii de *statu ecclesiae et legitima potestate Rom. Pontif.* liber singularis. *Bullioni* 1763. et 1765. *Mart.* Gerbert de *legitima ecclesiast. Potestate circa Sacra et Profana.* Eiusdem tr. de *communione potest. Eccles. inter Pontif. et Episcop.* [Hedderich *Elem. iur. can.* P. I. Sect. I. Cap. II. tit. I. impr. §. 38. Schnavbert's *Beytrr. z. Staats- und Kirchenrecht.* Th. I. n. VII. De *Febronii* conaminibus et fatis cf. Walchs *neueste Religionsgesch.* T. VII. et VIII. Ante eum iam eandem telam exorsus erat. P. *Bened.* Oberhavser in *Praelectionib. iur. can. iuxta titulos libror. Decretalium, Tomis* III. *Antverp.* 1762. et 63. 4. quarum *Compendium* prodiit. *Frf.* a M. 1773. 74. 8. Porro notum est tuendis legitimis iuribus *episcopalibus* et *metropoliticis* actum esse inter Archiepiscopos Germaniae in congressu Emsano, de quo cf. *Resultat des Emser Congresses von den vier deutschen Erzbischöfen unterzeichnet, sammt genehmigender Antwort Sr. Kais. Maj. in ächten Aktenstücken. Frf. u. Leipz.* 1787. 8. Hedderich d. *de iurib. eccles. Germ. in conuentu Emsano explicatis.* Bonn 1788. 4.]

§. 34. Ecclesia, ratione internae formae ita adornata, de *exemtione a republica* contendere coepit (*a*): et vicit passim, prout fere fieri solet, inter ipsas contentiones. Actum est non modo 1) de *independentia potestatis et iurisdictionis ecclesiasticae*, iuribus legitimae imperantium in ecclesiam potestatis in litem reuocatis, sed

ſed et 2) de republica et de imperio ciuili *eccleſiae ſubiiciendo* (*b*): aduerſus quae molimina non niſi difficulter *iura reipublicae* vindicata (*c*), et quae ſervata ſunt iura circa ſacra, in ſingulis regnis *obſeruantia pactisque publicis* definita ſunt.

(*a*) Origo huius *de exemtione* contentionis in Germania coepit a *Concordato* inter HENRICVM V. et CALIXTVM II. a. 1122. inito. Hiſtoriam *contentionis inter imp. et ſacerdot.* ſcripſit *Chriſt.* THOMASIVS, Halae 1722. 8.

(*b*) Id egerunt Pontifices variis constitutionibus, poſtulationi ſuae, vt ſolent, colorem iuris diuini obtendentes. *Marc. Ant.* MARCELLVS de *iure ſeculari pontificum Rom.* Vid. Conſtitutio INNOCENTII III. in *c.* 34. *X. de Elect. c.* 13. *X. de iudic. c. vn.* §. 5. *X. de ſacra vnct.* eiusque epiſtolae de *negotio imp.* apud *Steph.* BALVZIVM *lib. XV.* BONIFACII VIII. *in c.* 1. *Extr. comm. de maiorit.* (revocata a Clemente V. in c. 2. *Extrav. Comm. de priuil.*) CLEMENTIS V. in *Clem. vn. de iureiur.* et *in Clem.* 2. *de ſent. et re iud.* IOANNIS XXII. in *c. vn. extrav. ne ſede vac.* et in *c. vn. extrav. Com. de conſuet.* Quae omnes ſimilesque conſtitutiones inter ipſos pontificios hodie nullius momenti habentur. Conf. *Auctor iuris publici eccleſiaſt. Catholicorum c. V.* §. 55.

(c) [*Acta inter Bonifacium VIII. P.* et *Philippum pulcrum, regem chriſtianiſſimum, Par.* 1610. 14. 8. *Hiſtoire du differend de Philippe le Bel et de Boniface VIII.* Par. 1655. f.] Conſtitutio LVDOVICI BAVARI et *Ordinum Imp. de a.* 1338. *Io.* SCHILTERVS *de libertate eccleſ. Germ.* Jenae 1683. 4. *Jac. Benig.* BOSSVETVS *in defenſione declarationis, quam de poteſtate eccleſiaſtica ſanxit Clerus Gallicanus de* 19. *Mart.* 1682. edit. Luxemburgi 1730. [*Pet. de* MARCA *de concordia ſacerdotii et imperii* ſ. *de libertate cleri Gallicani.* Frf. 1708. f.] *Ad Franc.* KOLLARIVS de *orig. et uſu perpetuo poteſtatis legislatoriae circa Sacra Apoſtolicorum Regum Hungariae.* Vindob. 1764. [*A. Iul.* CAESAR's *Nazionalkirchenrecht Oeſterreichs od. Verbindung der k. k. Veroo. in publico Eccleſiaſticis mit dem päbſtl. Rechte;* B. I-IV. Graez. 1788-90. 8. Cui iungendum *Pauli Joſ. a* RIEGGER *Corpus Iuris eccleſiaſtici Bohemici, et Auſtriaci, in duas partes diſtributum.* Wien. 1770. 8.]

TIT.

TIT. IV.

ORIGINES POLITIAE ECCLESIAE EVANGELICAE.

ARGVMENTVM.

§. 35. Reformatio Sacrorum 36. Ius ecclesiae 1) *per territoria.* 37. 2) *per Imp. R. G. post propositam Augustanam Confessionem.* 38. *latasque paces religiosas.* 39. *Ius circa Sacra in ecclesiam Euangelicam.* 40. *Politia ecclesiae adornata* a) *post reuocata et suspensa Iura papalia et episcopalia et,* 41. b) *secundum principia, publice proposita, de totius ecclesiae gubernatione.* 42. *Secundum haec ex ipsius ecclesiae consensu potestas eccl. delata Statibus Euangelicis,* 43. *et ab iis suscepta, tamquam potestas, a superioritate distincta.* 44. *Eadem et aliis obuenit ex ecclesia consensu.* 45. *Nexus ecclesiarum per Germaniam.*

§. 35. *Sacrorum reformatione*, quam tum *religionis* corruptae *placitisque humanis* inuolutae, tum *hierarchiae*, in dominationem in conscientias abeuntis, rationes desiderabant (*a*), B. Martini Lutheri *sociorumque cura* inde ab a. 1517. suscepta, de condenda *ecclesia* prius cogitatum non est, quam Luthero sociisque eius et amicis improuido zelo Leonis X. a. 1520 a communione suae ecclesiae exclusis (*b*). Tum vero coacti passi sunt *discidium*, tale omnimodo, quale patiebatur *primaeua ecclesia* in secessu a *Iudaica* (*c*): et *doctrina euangelica* inter medias

dias perſecutiones, admiranda omnino Dei prouidentia, *docendo* et *praedicando* propagata eſt, integris coetibus, per Germaniae prouincias et per extera regna, puriora ſacra amplectentibus.

(*a*) Vid. *Lud. a* SECKENDORF *in hiſt. Lutheranismi lib. I.* §. 2. *add.* 1. 2. 3. 4. *Wilh.* ROBERTSON *Geſchichte der Regierung Caroli V. t.* 2. *p.* 106. *ſq.* [Conſulendi ſunt omnino ſuper hiſtoria ſacrorum reformatorum *Val. Ern.* LOESCHERS *vollſtändige Reformationsacta und Documenta. Leipz.* 1720. T. I. II. 4. *I. St.* PÜTTER's *hiſtor. Entwickelung der heutig. Staatsverf. d. T. Reichs. Th. I.* p. 342. ſq. *L. T.* SPITTLER's *Grundriſs d. Geſch. d. chriſtl. Kirche. V. Periode* (ed. 2.) p. 265. *Heinr. Ph. Conr.* HENKE's *allg. Geſch. der chriſtl. Kirche. VIII. Zeitraum.* Th. III. ab init. *G. I.* PLANK's *Geſch. d. Entſtehung, der Veränderungen und der Bildung unſers proteſtantiſchen Lehrbegriffs. Leipzig* 1781. ed. 2. 1791. ff.

(*b*) *Io. Laur.* MOSHEIM *hiſt. eccl. p.* 659. *ſq.*

(*b*) *Act. XIII.* 46. 50. *XIV.* 2. 19. 23. *II. Corinth. VI.* 14 *ſq. Verius*, regerebat Melanchthon Eccio in colloquio Wormatienſi, *ex ipſorum coetibus expulſi ſumus violentis edictis, excommunicationibus et noua acerbitate, quae in eccleſia non fuit vſitata.* Vid. de SECKENDORF *l. c. L.* 3. §. 8. *n.* 16. *p.* 297.

§. 36. Datum eſt ab initio *Religioni euangelicae* liberum *exercitium* per *territoria imperii*, idque virtute *iuris reformandi* Statibus Imp. competentis. (§. 21.) Adornata primum eſt *politia eccleſiae* in Saxonia per *ordinationem Viſitationis*, a *Luthero* et *Melanchthone* conſcriptam, et ſub auſpiciis *Ioannis* Electoris promulgatam (*a*): quae in aliis eccleſiis ſponte adoptata, locum fecit *politiae eccleſiaſticae*, in plerisque momentis conſentientis (*b*).

(*a*)

(*a*) vid. *Lud. de* SECKENDORF l. c. *lib. II.* §. 36. *n.* 8. *p.* 103. De prima viſitatione a. 1525. et de altera a. 1527. dirigente Luthero ſuſcepta, vid. *Idem lib.* 2. §. 7. *n.* 4. *p.* 23. *et lib.* 2. §. 36. *p.* 100. Prodiit ordinatio viſitationis a. 1528. ſub tit. *Unterricht der viſitatorum an die Pfarrer im Churfürſtenthum Sachſen.* Hanc ſeu *primitias plantationis Euangelicae et tanquam regulam cultus diuini et ceremoniarum* in Thuringia et Misnia obſeruari curauit Henricus Landgrauius a. 1539. vid. *Idem* lib. 3. §. 77. p. 254.

(*b*) De Reformatione in Pomerania, ad exemplum Saxonicarum eccleſiarum, in comitiis prouincialibus a. 1535. a *Philippo* Duce ſuſcepta vid. SECKENDORF l. c. lib. 3. §. 50. p. 141. De ordinatione *Ioachimi* II. Elect. Brandenb. de a. 1539. *Idem* lib. 3. §. 75. p. 236.

§. 37. Pro religionis exercitio *per Imperium R. I.* obtinendo, in *comitiis Auguſtanis* a. 1530. propoſita eſt publica CONFESSIO, ceu *doctrinarum fidei ſecundum ſacram ſcripturam,* tamquam vnicam credendi normam, *emendatarum complexus*, a *B. Luthero* ſtilo inprimis *Philippi Melanchthonis* adornata, et a *Statib. imp. Euangelicis* ſubſcripta et confirmata (*a*). Ab hac formam ſtabilem accepit *eccleſia, de religione ſecundum confeſſionem Auguſtanam ſub miniſterio paſtorum colenda*, *conſociata.*

(*a*) Vid. *Ern. Salom.* CYPRIANI nec non *Chriſt. Aug.* SALIGS *Hiſtorie der Augspurgiſchen Confeſſion.* Halle 1733-45. T. I-IV. 4. et *Io. Ioachimi* MVLLERI *Hiſtorie von der Euangeliſchen Staende Proteſtation und Augſpurg. Confeſſion.* Ab ea deſcendit appellatio *Auguſtanae Confeſſioni addictorum*, vti nomen *Proteſtantium* à proteſtatione Statuum Euangelicorum adverſus decretum Spirenſe de a. 1529. interpoſita. *Euangelicorum* et eccleſiae *Euangelicae* appellatio ad ipſas eccleſiae doctrinas eſt accommodata. Quatenus in *duas partes* abit, diſtinguitur eccleſiae *Lutheranae* et *Reformatae* appellatione. Egregie MOSHEIMIVS *in inſtit. hiſt. eccl.* p. 734. *Nec Lutheranae vocabulum reſpuit, ne ingrata erga illum videatur, qui nebulas, Euangelium obſcurantes, princeps diſſipauit.*

§. 38.

§. 38. Ecclesiae, ex hac formula emendatae, datum est Religionis Exercitium per *Imperium Rom. Germ.* ex *iure reformandi*, Imperatori et imperio competente; et primo quidem per PACEM NORIMBERGENSEM de a. 1532 deinde per TRANSACTIONEM PASSAVIENSEM de a. 1552. et maxime per PACEM RELIGIOSAM, inter *Imperatorem* et *Status imp. Catholicos* ab vna et inter *Status imp. Euangelicos* ab altera parte in comitiis Augustanis a. 1555. conclusam, qua iura circa *liberum vtriusque religionis exercitium* et circa *bona ecclesiastica* definita sunt. Idem actum est a. 1648. PACE WESTPHALICA, quae *Pacis Religiosae confirmationem* et *vlteriorem declarationem* complectitur (*a*).

(*a*) *Io.* SCHILTERVS *de pace religiosa.* Argent. 1700. 8. *Christoph* LEHMANNI *acta publica de pace Religionis* d. i. *Reichshandlungen, Schriften und Protocolle über die Constitution des Religionsfriedens*, Frf. 1631. 1640. 4. 1707. f. *Lehmannus suppletus et continuatus.* ib. 1709. f. (*Tob.* PFANNERI) *historia pacis Germano - Gallo - Suecicae*, *Irenop.* 1679. 8. (*Ad.* ADAMI) *relatio histor. de pacificatione Osnabr. Monast.* Frf. 1698. 4. *ex ed. de Meiern.* Lipf. 1737. *Io. Goth.* DE MEIERN *acta pacis Westphalicae.* Hannov. et Gött. T. I-VII. f. acc. *Acta executionis* T. I. II. ib. 1738. (*Henr.* HENNIGES) *meditationes ad I. P. Caes. Suec.* Spec. I - XII. 1706-12. 4. MOSERI *Erläuterung des Westphaelischen Friedens aus reichshofraethl. Handlungg.* T. I. Erl. 1775. T. II. Frf. u. Leipz. 1776. 4. [*I. N. F.* BRAVER's *Abhandlungen zu Erlaeut. d. Westph. Friedens*, B. I - IV. Offenb. 1782. 8. *I. S.* PÜTTER's *Geist d. Westph. Friedens.* Goett. 1798. 8. Cf. omnino PÜTTER's *Lit. d. T. Staatsr.* T. III. §. 861. sqq.]

§. 39. In conditam ecclesiam *Status imp. Euangelici* iure proprio exercuerunt duplex

ius,

ius, *alterum*, IVS CIRCA SACRA TERRITORIALE, quod *Statui immediato ratione territorii et ſuperioritatis in negotio religionis competit* (*a*), id eſt, *ius reformandi*, *aduocatiam*, et *inſpectionem ciuilem* in eccleſiam (§. 20.); *alterum*, ex IVRE FOEDERIS deſcendens, *in cauſis eccleſiae communibus, communi ſtudio Statuum Imp. Euangelicorum tractandis* (*b*).

(*a*) Ita vocatur ius circa ſacra in *inſtr. Pac. Osnab. art. V.* §. 30.

(*b*) Vid. Propoſit. Statuum Imp. de a. 1541. apud *Frid.* HORTLEDERVM *de cauſ. belli Germ. lib. I. c.* 37. *p.* 414. *n.* 562.

§. 40. In totius eccleſiae *ſecuritatem*, et pro adornanda eius *politia* iam a. 1537. reuocata in *Articulis Smalcaldicis* ſunt ab eccleſia iura *papalia* et *epiſcopalia*, in abuſum quippe et in exitium ac perſecutionem eius conuerſa (*a*). Poſt multas lites, tandem de iisdem transactum eſt ſub *tutela Statuum imp. Euangelicorum* in *Pace Religioſa* et *Weſtphalica*, adinuento *transactionis aeternae* remedio, *ſuſpenſione* videlicet *iurium epiſcopalium* vsque ad Chriſtianam diſſidii religionis compoſitionem, et ſi haec obtineri non poſſet, in *perpetuum* (*b*).

(*a*) Tit. de *Poteſtate et primatu Papae et de Poteſtate et iurisdict. epiſcoporum.* In *Pontifice* non ſolum abuſus, ſed et ipſam poteſtatem vſurpatam, in *epiſcopis* non poteſtatem, ſed *eius abuſus* impugnabant Euangelici, non niſi ipſa

ipſa neceſſitate et concordiae remediis fruſtra tentatis, ad eam reuocandam adducti. vid. SECKENDORF l. c. *L. III.* §. 78. *addit. III. p.* 263. 266. *et* §. 119. *p.* 531. 537.

(*b*) *Pax Relig.* de *a.* 1555. §. 15. 19. 20. *Inſt. Pac. Osn. art. V.* §. 48. *et* §. 14. in f.

§. 41. De *ordinanda eccleſiae politia* fuit haec communis eccleſiae ſententia: 1) MINISTERIVM in eccleſia eſſe neceſſarium, idque ex norma Euangelii exercendum (*a*): 2) POTESTATEM ECCLESIASTICAM eſſe penes *eccleſiam*, ſubordinatam tamen *tutelae et inſpectioni ciuili:* 3) *illius* EXERCITIVM, maxime in eccleſia per regiones dirigenda, per IVDICIA ECCLESIASTICA eſſe obeundem, iisque ſimul committendas eſſe partes *fori eccleſiaſtici,* quas hactenus exercuerant *epiſcopi* (*b*).

(*a*) Aug. Conf. *art.* 28. In formula de *tota eccleſiae gubernatione*, a Luthero eiusque ſociis a. 1545. propoſita, et a Statibus Euangelicis approbata, apud SECKENDORFIVM *l. c. lib.* 3. §. 119. *p.* 522. haec illius momenta referuntur; eam conſiſtere 1) *in vera et pura* Euangelii *doctrina*, 2) *in legitimo vſu ſacramentorum*, 3) *in conſeruatione miniſterii euangelici et obedientia erga paſtores eccleſiarum*, 4) *in conſeruatione honeſtae et piae diſciplinae, per iudicia eccleſiaſtica ſeu iurisdictionem eccleſiaſticam*, 5) *in conſeruandi ſtudiis neceſſariae doctrinae et ſcholis; denique* 6) *rempublicam praeſtare eccleſiis hoſpitia, ab illa fouendam, tuendam et adiuvandam eſſe eccleſiam et euangelii propagationem.* Reſponſa et formulas eiusdem argumenti exhibet GOLDASTVS *Conſtit. Imp. tom. II. p.* 211. *et* 219.

(*b*) Vid. *Art. Smalcald.* tit. de iurisdict. epiſcopor. Formula cit. *de gubernat. eccl. de a.* 1545. cap. IV. apud SECKENDORFIVM l. c. p. 534. et Propoſitio Stat. Euangel. de a. 1545. apud *Frid.* HORTLEDER, *de cauſ. belli Germ. lib.* 1. *c.* 37. *p.* 384.

§. 42. Ex his principiis *politia ecclesiae* adornata est in singulis territoriis: et *Principi Euangelico*, cuius auctoritate et tutela natum est ipsius ecclesiae ius, delatum est *regimen ecclesiasticum prouinciae*, per consistoria exercendum, cnmmuni Statuum prouincialium et subditorum consensu, tam expresso quam tacito; prout id in *singulis territoriis* in vsum deductum est constitutis *iudiciis ecclesiasticis* (*a*): idque euincunt tum *Recessus prouinciales*, quibus iura principum in potestatis ecclesiasticae exercitio per particularia territoria definita sunt, tum *ordinationes vetustae ecclesiasticae*, ex statuum prouincialium consensu, et ministris ecclesiae in partes vocatis, conditae (*b*).

(*a*) Ante *constituta iudicia ecclesiastica*, regimen ecclesiae in dioecesi fuit penes *Parochos* et *Superintendentes*, et in prouincia penes *Visitatores et Synodos*. Seckendorf *l. c. ib.* 2. *p.* 101. 103. 105. *lib.* 3. *p.* 106. 220. 263. 453. *Mich. Henr.* Reinhard *de statu causar. matrim. temp. reform. diss.* 2. *P.* 2. §. 1. Buder de *Statuum prouincial. concursu in causis religionem et rem sacram concern.* in *Amoenit. iur. publ.* p. 12.

(*b*) *Ordinatio ecclesiast. Duc. Luneb. Iulii de a.* 1594. in Praef. *Art. gener. Sax.* Elect. Augusti de a. 1580. in Praef. *Ord. Consist. Culmbacensis* Georgi Friderici de a. 1596. tom. 1. Const. p. 254. *Ord. eccl.* Ioachimi de a. 1540. *tom.* 1. *Const. March.* p. 6.

§. 43. Itaque 1) *Potestas ecclesiastica* Statibus Imp. Euangelicis in suo cuiuslibet territorio obuenit et ecclesiae consensu (*a*): eaque

2)

2) ab illis ſuſcepta et exercita eſt tamquam poteſtas, a *ſuperioritate territoriali diſtincta*, et tamquam ius *eccleſiae proprium*. (§. 24.) Principes ipſi in eius exercitio *ſummi epiſcopi* perſonam ſe ſuſtinere, ſtilo publico profeſſi ſunt, ſeruata etiam *iurium epiſcopalium*, quibus poteſtas eccleſiaſtica continetur, appellatione ex *ſtilo vetere* eoque *recepto* (*b*).

(*a*) *Chriſt. Matth.* PFAFFIVS *de iure ſacrorum abſoluto et collegiali.* *Io. Vlr.* L. B. DE CRAMER *de iure circa ſacra collegiali et maieſt.* in *Obſſ. Iur. Vniuerſi* Tom. I. obſ. 416. *Iuſt. Conr.* WIESENHAVERN *Grundſaetze des Kirchen-Rechts der Proteſtirenden. P. I. c. V.* Scriptores plures recenſet *Io. Ern.* FLÖRCKIVS *in praenot. iurispr. eccleſ. obſ. XI.* [Adeundus imprimis *Dan.* NETTELBLADT de *tribus ſyſtematibus doctrinae de iure ſacrorum dirigendorum domini territorialis euangelici, quoad eccleſias euangelicas ſui territorii*; in *Eiusd. Obſſ. iuris eccl.* n. VI. p. 105. 168. Nempe ſyſtemati, quod auctor noſter et cum eo ſagaciſſimus quisque amplectitur, *collegiali*, opponi ſolet *epiſcopale*, et aliud, quod dicunt *territoriale*. Illud, quod omne ius principis in ſacra, ſublata epiſcoporum poteſtate ex deuolutione ei delatum contendit, antiquioribus maxime Ictis placuit, recens defenſum a *Car. Frid. de Moſer*; poſterius, in quo omne ius ſacrorum ex ſuperioritate territoriali repetunt, *Chriſt.* THOMASIVS imprimis urgere coepit, calculum addentibus *I. H. Boehmero* et *I. I. Moſero*. Iurium *collegialium* patrocinium inter eccleſiae noſtrae eruditos primus ſuſcepit laudatus PFAFFIVS.]

(*b*) *Gothofr. de* MEIERN *Acta pac. Weſtph. t. 2. p.* 747. *Henr.* LINCKIVS *de iur. epiſcop. Cap. IV.* *Sam.* STRYK *de iure epiſcopali Princ. Euangel.* *Reichs-Fama P. VII. c.* 8. 10. 11. 13. 14. [Cf. *Em. Frid.* HAGEMEISTER's *Verſuch e. Einleit. in das Mecklenburg. Staats-R.* Th. I. B. 2. Cap. 2. Tit. VI.]

§. 44. Nec alia ratione, quam *ex eccleſiae conſenſu*, *nobilibus immediatis A. C. addictis* (*a*), et paſſim magiſtratui *ciuitatum municipalium* (*b*),

ac *nobilibus mediatis* iura *ſpecialia* poteſtatis eccleſiaſticae per eccleſias ſuorum diſtrictuum obuenerunt, *iudiciis eccleſiae* videlicet eorumdem cura ex *recepta politia* conſtitutis (*). Vbi vero *ab ipſis eccleſiis* ordinata ſunt *conſiſtoria et presbyteria:* exercitium iurium collegialium etiam penes haec perſtitit (*c*).

(*a*) *Inſtr. Pac. Osn. art. V. §.* 28. STRVBEN *Neb. Stunden tom. IV. p.* 162. [KERNER's *Staatslandrecht d. Reichsritterſchaft p.* 279 *ſqq.*]

(*b*) Exemplo ſunt ciuitas Stralſundenſis, Stadenſis, Luneburgenſis, quae quamquam pareant principibus Euangelicis, *iure conſiſtorii* tamen fruuntur. MEVIVS *P. II. dec.* 305. *Henr.* LINCKIVS *de iure epiſcopali* p. 116. [*Chr.* DONNDORF d. *de iurisdictione eccleſiaſtica, quatenus magiſtratui municipali, in ſpecie hexapolitano competat.* Lipſ. 1715. 4.]

(*) Cuiusmodi ſunt *Lib. Baronum de Warthern* in Thuringia et aliorum ſtatuum mediatorum in Saxonia electorali; quae tamen nituntur pactis cum principe initis. Cf. ROEMER *Staatsrecht u. Statiſtik d. Churfürſtenth. Sachſen* P. III. (1788.) *Pars. II. Sect. VIII.*

(*c*) De eiusmodi conſiſtoriis eccleſiarum reformatarum vid. *Frid. Eſ.* PVFENDORFIVS *obſ. iur. tom. III. obſ.* 99.

§. 45. *Eccleſiae particulares omnes, Auguſtanae confeſſioni addictae, eodem regimine externo in certo territorio Germaniae vnitae,* faciunt ECCLESIAM EVANGELICAM PARTICVLAREM. *Omnes* vero *eccleſiae Euangelicae ſingulae et particulares, eodem vnionis fidei vinculo, per Germaniam vnitae,* conſtituunt vniuerſam ECCLESIAM EVANGELICAM GERMANICAM. Inter particulares *diuerſorum territoriorum* Eccleſias intercedit, *non*

ſub-

ubordinationis, ſed *vnionis et confoederationis* nexus, qui innititur *foederi publico Statuum imperii Euangelicorum* de tuendis et defendendis iuribus, per Leges imperii fundamentales ecclefiae acquiſitis: quo foedere conſociatum eſt CORPVS EVANGELICVM (*a*).

(*a*) *Gottl. Sam.* TREVER *de comitiis corporis euangelici cap. I.* Inter coetus infinitos primitiuae eccleſiae nullus niſi *vnionis fidei nexus*, nullaque externa coniunctio fuit, niſi per nexum confoederationis, inter vnius prouinciae ciuilis eccleſias (§. 27. 30.). [SCHNAVBERT progr. *Expoſitio veri ſenſus quaeſtionis de exiſtentia Corporis Euangelicorum eiusque iuribus controuerſae.* Ienae 1796. 4. *I. I.* MOSER *von dem Ausdruck C. E.* Regensb. 1772. ID. *von d. Euangel. Rſtaende Collegialrechten, beſ. in Anſehung ihrer innern Verfaſſung.* ib. eod. *Ern. Lud.* POSSELT *hiſtoria Corporis Euangelici.* Kehl. 1784. 8. Et *ſyſtema iurium C. E.* ib. eod. *H. W. von* BÜLOW *über Geſch. u. Verfaſſung des C. E.* 1795. 8. Cf. PÜTTER *Litt. d. T. Staatsr.* T. III. §. 978. et KLÜBER p. 209. 10.]

TIT. V.

DE NEXV RELIGIONIS CATHOLICAE ET EVANGELICAE PER GERMANIAM IN GENERE.

ARGVMENTVM.

§. 46. *Iura religionum in Germ. definiuntur per paces religioſas.* 47. *Vtraque aequo iure recepta.* 48. *Iura vtriusque aequalia.* 49. *Exercitium vtriusque religionis liberum.* 50. *Norma eius generali ex termino decretorio.* 51. *Eius vis et limites.* 52. *Tutela publica iurium vtriusque religionis.* 53. *Territorium Catholicum, Proteſtantium, mixtum.*

§. 46. *Iura et obligationes circa exercitium religionis Catholicae et Euangelicae* definiuntur per *Pacem Religiosam* et *Westphalicam*, leges imperii circa sacra fundamentales (§. 25.) (*a*). Quarum obligatio cum 1) *vniuersalis* est, ad *politicos* aeque ac ad *ecclesiasticos* pertinens; tum 2) per easdem derogatum est iuri cuicunque anteriori, *canonico* et ciuili (*b*), 3) irritis simul declaratis *contradictionibus* et *protestationibus* aduersus illas interponendis (*c*), cautumque 4) vt nemo *docendo scribendo* illas *impugnet*, aut *dubias* faciat, aut *assertiones contrarias* inde deducere conetur (*d*).

(*a*) *Inst. Pac. Osn. art. V. §. 1. art. XVII. 2.*

(*b*) *I. P. O. art. XVII. §. 3.*

(*c*) *I. P. O. art. V. §. 1.* Exemplo sunt bulla *Innocentii* X. d. d. 3. Iun. 1651. in LONDORPII *act. publ. tom.* VI. *p.* 423. et protestatio nomine Benedicti XIV. ab eius legato Georgio ab Auria interposita d. 22. Ian. 1742. in *Fabri Staats-Canzlei tom.* 83. *p.* 136. [Protestationis Pontificiae vim ac mentem accuratius declarare studuit *Io. Ad. L. B. de* ICKSTADT in d. de *iusta et efficaci summi Pontificis protestatione aduersus Pacem Religiosam et Westphalicam, obligationem tamen eiusdem intrinsecam et pactitiam inter compaciscentes haud infringente.* Ingolst. 1759. et in *Opusc.* T. II. n. VI. eiusque vindicias contra *Fr. A.* SCHOTTVM in *Critik der neust. iur. Schrifft.* B. III. St. 25. egit *Ant.* SCHMIDT *in Thes. iur. eccl.* T. I. p. 511. et in *Institt. iur. Eccl.* (ed. 3.) T. I. c. VI. §. 89. sq.]

(*d*) *art. V. §. 50. Capitul. Caesar. nouiss.* art. 2. §. 6.

§. 47. Datum est Pace Religiosa *Augustanae Confessioni addictis* idem, ac *Catholicis*, religionis exercitium per imperium R. G. (*a*): idque

idque in *Pace Weſtphalica* ita *declaratum* eſt (*b*), vt *quidquid iuris, religionis ituitu, ceteris Catholicis et Auguſtanae Confeſſioni addictis ſtatibus et ſubditis per leges imperii tributum eſt*, id etiam iis, qui inter hos *Reformati* vocantur, competere debeat. Eſt ergo vtraque Religio, *Catholica* et *Euangelico - Lutherana et Reformata, aequali iure* per imperium recepta et approbata (§. 18). Ne vero praeter nominatas religiones *alia in Imperio R. G.* recipiatur vel toleretur, ſimul cautum eſt (*c*): quo ipſo tamen *iuri territoriali* in his, quae pertinent ad religionis peregrinae exercitium *per territorium* indulgendum, haud derogatum eſſe cenſetur.

(*a*) *Pax relig.* de a. 1555. §. 15. 16. 25.

(*b*) *I. P. O.* art. VIII. §. 1.

(*c*) *Pax relig. de a.* 1555. §. 17. et *I. P. O. art.* VII. §. 2. Obſeruandum tamen, 1) differre omnino, recipere et tolerare *religionem*, quod ſit conceſſo vel permiſſo religionis exercitio, et tolerare *perſonas religioni addictas*, quod ſit ſine religionis exercitio (§. 17.) 2) aliam tolerantiam *neceſſariam* eſſe, quae ex lege praeſtanda eſt, aliam *voluntariam*, quae pendet a voluntate eius, qui iure reformandi in territorio pollet. [Obſeruantia diuturna, conſtat, per plura Imp. R. G. territoria tolerari *religiones* ab illis, quibus plenum ius ciuitatis lege Imp. conceſſum eſt diverſas; et, quod magis eſt, ipſe ſummus legislator quodammodo eandem approbauit (BALEMANN *Viſitations Schlüſſe* p. 86.). Vix adeo operae videri poſſit de conciliandа vtraque, lege ſcil. et obſeruantia, eſſe ſollicitum. Poſterior certe diſtinctio inter tolerantiam *neceſſariam* et voluntariam id non praeſtat, vt dudum monuit SCHNAVBERT *Grundſſ.* §. 42. *not. a.*). Nec alia prioris ratio. Attamen de mente articuli iſtius P. O. vix dubium eſſe poteſt, ſi conſideraueris, propoſitionem, qualis antea a Catholicis concepta erat, hac ſanctione tacite eſſe reprobatam. Cf. MAIER *geiſtl. Staatsr.* T. I. §. 20. p. 43. HAEBERLIN *Handb.* *d.*

d. T. Staatsr. T. I. B. I. c. 4. §. 38. p. 169. ſq. add. BIEDERMANN d. *de iure reformandi territoriali ad tres religiones in Imp. receptas haud reſtricto, ad verba fin. art.* VII. *P. O.*, Hal. 1771. Multo minus autem eo tendit hic articulus, vt Proteſtantes libertate priuentur, ſaluo iure ſuo a verbis librorum Symbolicorum, in quibus huc vsque vnio eorum perſtitit, communi conſenſu recedendi. *Cap. Caeſ. art.* II. §. 8. MOSER *T. Rel. Verf.* §. 25. ſq. GABLER or. *de libror. ſymbolicor. eccleſiae et legis regiae pro tuenda eorum auctoritate Leopoldo* II. *ſcriptae iuſta ratione ad libertatem coetibus euangelicis propriam.* Altd. 1791. GRÜNDLER *Entwickelung d. Frage: können die ſogenannt. ſymbol. Bücher nach Reichs- und Territorial-ſtaatsrechtl. Grundſätzen abgeaendert werden?* Halle 1796. 8. Vnde et illud conſequitur, ius arbitrandi, quis Euangelicae religionis ſit, ad ſolos Euangelicos ſpectare debere. *G. L.* BOEHMER or. *de iure cognoſcendi et ſtatuendi de tolerandis his, qui communes relig. in Germ. adprobatarum doctrinas publice impugnant.* Goett. 1779. 4. *Von der Gerichtsbarkeit d. hoechſt. RGer. in Geiſtl. Sachen, bey Gelegenheit d. D. Bahrdtſchen Rechtsfalls.* 1779. 4. GEISLER *de iudicio ſuper religione aliorum ferendo.* Marb. 1779. HAVS d. *iudice religionis in G. non toleratae.* Wirceb. 1781.]

§. 48. Vnde I) iura vtriusque religionis ex Pace Religioſa et Weſtphalica ſunt AEQVALIA: eoque nomine *tum* inter *Ordines imperii* vtriusque religionis *mutua et exacta aequalitas* intercedit, vt *quod vni iuſtum eſt, alteri iuſtum eſſe debeat,* niſi ius praecipuum ex ipſis legibus publicis deſcendat (*a*), *tum* vtriusque religionis *ſubditi* communione *eorumdem iurium* fruuntur, *aequali iuſtitia et protectione tuti* (*b*), ideoque ſiue Catholici ſiue Auguſtanae Confeſſioni addicti ſubditi fuerint, nullibi *deſpicatui* habendi, vel iura eis neganda ſunt, *haereticis* alioquin negata (*c*).

(*a*) *I. P. O. art. V.* §. 1. *et* 35. [In clauſulam iſtam, *quatenus formae reipublicae* etc. §. 1. egregie commentatus eſt

eſt *Fr. Aug.* SCHMELZER *de exacta aequalitate inter vtriusque religionis conſortes*, Goett. 1785. 4. quo ſimul ſub examen reuocantur, quo incautius circa eam diſputauerat RIEFFEL *von der Religionsgleichheit des W. Fr.* in *Crit. Staatsbetr.* T. I. Abh. I.]

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 35.

(*c*) *I. P. O. l. c.* §. 35.

§. 49. II.) *Vtriusque religionis exercitium* LIBERVM eſſe debet, id eſt, immune *ab omni vi, coactione et turbatione*, legibus Imp. inter vtramque partem prohibita (*a*). Itaque 1) ſalua cuilibet eſt facultas, *alterutram religionem* ſuo conſcientiae iudicio *profitendi*, amque ſine iurium diſpendio *mutandi*, vnico tantum caſu, qui perſonas eccleſiaſticas concernit, ſecundum *art. V. Inſtr. Pac.* §. 15. excepto et *reſeruato* (*); 2) nemini *religionis intuitu* et pro *ea deſerenda* vis metusue, laeſiones, vel alia incommoda inferenda (*b*); nec 3) alterutri religioni addictis quidquam iniungendum vel imperandum, *confeſſioni* vel *conſcientiae* repugnans (*c*): nec 4) alia probata ſunt remedia, *diſſidia religionis componendi*, quam quae cum conſcientiae libertate conſiſtunt, *amica* videlicet et *Chriſtiana* (*d*) (§. 13.).

(*a*) *I. P. O. art. V.* §. 1. *et* 31.

(*) *Alb. Phil.* FRICK d. *de reſeruato eccleſiaſtico ex mente P. Religioſae eiusque effectibus ac fatis ad P. W.* Helmſt. 1755. ID. *de reſeruato eccl. ex mente P. W.* ib. 1757. 4.

(*b*) *Pax Relig. de a.* 1555. §. 15. 16. 23. *I. P. O. art. V.* §. 34.

(*c*) *I. P. O. art. V.* §. 48.

(*d*) *Pax relig.* §. 25. *I. P. O. art. V.* §. 14. 25. 31. 52.

§. 50. III) NORMA GENERALIS vtriusque religionis exercitii iuriumque ei annexorum repetita eſt a ſola *actuali eorumdem poſſeſſione*, in qua alterutrius religionis conſortes *anno* 1624. fuerunt (*a*). *Tempus pro hac norma in Pace Weſtphalica conſtitutum*, TERMINVS DECRETORIVS vocatur, isque eſt vel ANNVS vel DIES DECRETORIVS, prout vel *annus* 1624. *comprehenſa quacunque anni parte*, vel *dies prima Ianuarii* huius anni eo ſine praefinitus eſt (*b*).

(*a*) In art. V. I. P. O. §. 33. cauetur, vt *obſeruantia anni* 1624. *inſtar regulae obtineat*. In art. V. §. 25. *Vnicum ſolumque huius transactionis, reſtitutionis obſeruantiae quae futurae fundamentum* vocatur.

(*b*) Vid. *I. P. O. art. V.* §. 2. 14. 20. 23. 25. 26. 29. 31. 32. *ſ.* Hiſtoriam ſtatuti termini explicant *Henr.* HILDEBRAND *de anno decretorio* et *Gottfr. Dan.* HOFFMANN *de die decretorio, an et quatenus ad politica ſpectet*. Tub. 1750. 4. et de *anno decretorio, an et quatenus ad politica ſpectet*. ib. 1752. *Ioh. Carl von der* BECKE *de die decretorio P. W. poſito, maxime ad* §. 35. *et* 26. *Art. V. I. P. O.* Goett. 1776. 4.

§. 51. *Sola poſſeſſio actualis* exercitii religionis eiusque iurium, quae pro eiusdem *norma generali* conſtituta eſt, intelligitur; nulla habita ratione, quocunque modo, ſiue *longo vſu*, ſiue *pacto* vel *priuilegio*, ſiue *ſola obſeruantia* dicti anni acquiſita ſit (*a*). Habet illa 1) *vim tituli*, tribuitque ius perfectum ad ea, quae in-

intuitu religionis possessa sunt, reiecta omni *iuris* et *facti* persecutione in *iudicio* vel *extra illud* suscepta (*b*). 2) *Turbati* in illa defendendi, et quocunque modo *destituti*, sine omni exceptione restituendi sunt (*c*). Nec aliter 3) ratae et firmae sunt cuiusque generis *dispositiones* et *transactiones*, antea initae, quam quatenus *obseruantiae dicti anni* non aduersantur (*d*). Ceterum 4) inter *eiusdem religionis* consortes terminus decretorius regulam non constituit (*e*); nisi quaestio sit de iuribus, quorum possessio olim ex anno decretorio aduersus *alterius religionis* consortes iam *acquisita* est (*f*).

(*a*) *I. P. O. art. V.* §. 14. 31.

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 14. *et* 25.

(*c*) *I. P. O. art. V.* §. 32. *sq. art.* XVII. §. 4.

(*d*) *I. P. O. art. V.* §. 25. 33.

(*e*) *Io. Vlr.* L. B. DE CRAMER *obseru. iur. Cam. obs.* 419. §. 46.

(*f*) *Io. Valent.* STRAVSS *de possessore Catholico non obligato ad bona secularisata pristinis vsibus eccles. restituenda* §. 53. [in *Ant.* SCHMIDT *thes. iur. eccl.* T. I. n. XIV.]

§. 52. *Quidquid aduersus exercitium vtriusque religionis iuraque, eius intuitu, ex pace religiosa et Westphalica competentia, suscipitur*, GRAVAMEN RELIGIONIS est, illico reparandum (*a*). Ad tuenda iura vtriusque religionis 1) constituta est *aduocatia et iurisdictio Caesarea* (*b*); 2) in

in iisque tuendis, Status imp. iuribus et obligationibus *compaciſcentium* funguntur (*c*).

(*a*) I. P. O. art. V. §. 32. art. XVIII. §. 3. *Receſſ. Exec. Norimb.* §. 3. *Capitulat. nouiſſ.* art. 1. §. 11. [*Burch. Gotth.* STRVVENS *ausführl. Hiſtorie der Religionsbeſchwerden zwiſchen d. Röm. Catholiſchen u. Euangel. im T. Reiche.* Leipz. 1722. T. I. II.]

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 54. *Capitulat. Caeſar. art I.* §. *vlt.* Differt. haec aduocatia ab *aduocatia eccleſiae Romanae* et *ſedis pontificiae*; nec *haec* aduerſus *illam* allegari poteſt. *Capitulat. Caeſar. art.* I. § 10.

(*c*) *I. P. O. art. XVII.* §. 5. 6. Conf. *Ge. Chriſt.* GEBAVER de *iure corp. Euang. valide intercedendi mutationibus anni decretorii Sect.* 3. 4. et diſſ. mea de *grauamine communi S. R. I. Statuum cap.* 2. §. 27. in *tom.* 2. *El. iur. ciu.* p. 263. *D. Ge.* STRVBEN *Neben-Stunden tom.* IV. *p.* 289.

§. 53. A religione vel Catholica vel Euangelica, quae vi anni decretorii *per territorium* ſimpliciter recepta adeoque *dominans* eſt (§. 18.), ipſum territorium vel *Catholicum* vel *Euangelicum* vocatur; ſiue dominus territorii *eidem* ſiue *diuerſae religioni* ſit addictus (*a*). *Mixtum* vero territorium eſt, ſi vtraque religio ſecundum normam *anni decretorii* per illud ſimpliciter recepta eſt (*b*). In eorum vnoquoque religionis exercitium, publicum vel priuatum, *idem* permanere debet, quale fuit in *anno decretorio* (*c*). Exceptio conſtituta eſt in territorio *oppignorato*, per *reluitionem* ad dominum diuerſae religionis reuerſo, in hoc huic publicum ſuae religionis exercitium *introducere* permittitur; ſaluo tamen ſubditorum religionis ſuae exercitio (*d*).

(*a*)

(*a*) I. P. O. art. XIII. §. 7. 8.

(*b*) I. P. O. art. V. §. 23.

(*c*) I. P. O. art. V. §. 23. 25. 26. 31. 33.

(*d*) I. P. O. art. V. §. 27. [*Franc. Ant.* Dürr d. *de eo, quod iuſtum eſt circa ius reformandi in territorio oppignorato, cuius eſt facta reluitio.* Mog. 1760. et in *Ant.* Schmidt *Theſ. iur. eccl.* T. IV. n. V.

Tit. VI.

NOTITIA LEGVM ECCLESIASTICARVM.

ARGVMENTVM.

§. 54. I. *Ius eccleſiae primitiuae.* II. 55. *ſub Impp. Chriſtianis. Codex Canonum eiusque verſio Dionyſiana.* 56. *Decreta Pontificum. Eorum ſpuria Pſeudo Iſidori collectio.* 57. *Collectiones Regionis Burchardi et Iuonis.* 58. III. *Decretum Gratiani.* 59. *Decretales Gregorii IX.* 60. *Liber ſextus Decretalium.* 61. *Clementinae.* 62. *Extravagantes conſtitutiones.* 63. IV. *Auctoritas iuris Can. ex receptione.* 64. *Reſtricta per iura ſpecialia inter Catholicos,* 65. *per iura inter Catholicos et Proteſtantes communia.* 66. *per Leges eccleſiaſticas Proteſtantium* 67. *Vſus iuris Can.*

§. 54. Primitiuae eccleſiae *duplex* ius fuit, 1) *particulare*, cuilibet eccleſiae proprium, antiſtitum et plebis conſenſu rogatum, et 2) *commune*, maxime apoſtolorum praeceptis introductum, vel in confoederatarum eccleſiarum conventibus conſtitutum (*a*). Vim *iuris conventionalis* habent canones conciliorum, ab epi-

episcopis et presbyteris nomine ecclesiarum vi iuris collegialis rogati. Suppositiu sunt CANONES, qui APOSTOLORVM esse dicuntur, partus seculi III. in oriente confictus (*b*).

(*a*) CYPRIANVS ep. V. p. 11. refert, se inde a primordio episcopatus sui nihil *sine presbyterorum consilio et sine consensu plebis sua priuatim sententia gessisse.* Idem ep. 15. p. 23. ep. 28. p. 39. Conf. *Io. Laur.* MOSHEIM de *rebus Christian. ante Constant. M.* p. 575. et in *Inst. hist. eccl.* p. 81.

(*b*) c. 1. *D.* 16. *Jo.* DOVIATIVS in *Praenotionibus Canonicis l.* 3. c. 2. §. 5. 6. 7. p. 395. *Jo.* DALLAEVS de *Pseudepigraphis apostolicis libris.* [*Jo. Paul.* HEBENSTREIT *de canonibus apostolicis ad commonstrandos iuris ecclesiastici fontes.* *Jenae* 1681. ROYKO *christl. Religions u. Kirchengesch.* B. IV p. 206. sqq. Leguntur in COTELERII *PP. apostolicis* T. I. ed. *Clerici* p. 201. sq. in *Corpore Jur. Can. I. H.* BOEHMERI T. I. p. 1231. sqq. ROESLER *Bibliothek d. Kirchenvaeter* T IV. p. 229. Prima eorum mentio occurrit in Synodo Constantinopolitana a. 394. Diuersa fortuna fuit, dum modo pro spuriis agnoscebantur, veluti *Gelasii* I. pontificis iudicio, c. 3. §. 64. Dist. XV., modo tanquam genuini in legum ecclesiasticarum numerum relati sunt, veluti a Synodo Trullana a. 692 et a Leone IV. papa a 850 factum nouimus. c 1. *Dist. XX.* Post reformata sacra primi *Centuriatores Magdeburgici* obelo eos notarunt. Numero constant LXXXV. sed *Dionysius Exiguus* L tantum in collectionem suam retulit. Canonibus Apostolicis accensendae sunt, auctoritate omnino pares *Constitutiones apostolicae*, de quibus extat. diss. *Gottl.* WERNSDORF *de constitutionum apostolicarum origine aduersus Guil. Whistonum. Viteb.* 1793. 4. Ext. in *PP. apostol.* COTELERII T. I. p. 251. Eiusdem farinae est opus *Dionysii*, vt vulgo audit, *Areopagitae* de *Hierarchia*, in Synodo Constantinop. a. 533. prolatum, de quo dudum per *Dallaeum* de *scriptis, quae Dionysii Areopagitae et Ignatii nomine circumferuntur* res confecta est.

§. 55. Sub ***Imperatoribus Christianis*** ecclesia vsa est iure tum (I) CONVENTIONALI, maxime in conciliis oecumenicis rogato (*a*), tum (II) IMPERIALI, legibus videlicet ecclesiasticis imperatorum, in ***vtroque codice Caesareo*** seruatis.

tis. *Illius* collectionem continet CODEX CANONVM ECCLESIAE VNIVERSAE, quatuor conciliorum oecumenicorum et non nullorum particularium canones exhibens, ſec. V. *privato ſtudio* confectus in *Oriente*. Qui cum ex *priſca latina verſione* (*b*) tranſierit in *occidentem*; *recognitam* eius *verſionem* in vſus eccleſiae Romanae priuato ſtudio dedit DIONYSIVS EXIGVVS, auctam *ſpuriis canonibus Apoſtolorum* et canonibus conciliorum *Africanorum* (*c*). Auctoritas ei acceſſit ex *ſanctione* IVSTINIANI in *Nov.* 131. *c.* 1. quae vim legis tribuit canonibus, in *iſtis IV. conciliis* conſtitutis et confirmatis (*d*). Ex eodem (*) deinde in eccleſia Africana primum adornata ſunt *compendia* (*e*), nec non in Oriente *nomocanones* (*f*), ad oſtendendam canonum cum legibus eccleſiaſticis Imperatorum harmoniam.

(*a*) Iuris eccleſiaſtici orientalis collectionem ediderunt *Guil.* VOELLVS et *Henr.* IVSTELLVS in *biblioth. iur. Can. vet.* duobus tomis, Pariſ. 1661. fol. et *Joan.* LEVNCLAVIVS in *iure Graeco Rom.*

(*b*) Hanc (*priſcam*) exhibet IVSTELLVS l. c. tom. I. p. 275. De eius vſu in Italia, Gallia, Hiſpania, Anglia, vid. *Petr.* CONSTANTIVS *tom.* I. *epiſt. Pontif. Rom.* in praef. n. 150. *Bernh. Zeger von* ESPEN in Comm. ad *Canones iur. vet. diſſ.* VI. VII. *et* VIII. *tom.* III. *op. p.* 23. *ſ.* [*Theod.* MAIERI *relatio hiſtorica de Canonum Collectionibus*, quae praefationis loco acc. *Codici Canonum eccleſiae uniuerſae a Juſtiniano confirmato. Helmſt.* 1663. 4. *Andr.* GALLANDII *de vetuſtis canonum collectionibus diſſertationum ſylloge. Venet* 1778. f. Inter haec palmam tenet commentatio fratrum BALLERINIORVM *de antiquis tum editis, tum ineditis collectionibus et collectoribus ad Gratianum vsque*, vna cum ipſa

ipſa ampliſſima editione *Collectionis Canonum et Conſtitutionum ſedis Apoſtolicae* eorundem fratrum inter *Opp. Leonis M.* T. III. (Venet. 1757.) Vid. omnino SPITTLER *in der Geſch. des kanon. Rechts* et *Bibliotheca* noſtra *PP. Lat.* T. II. p. 953. ſqq. Caue autem *Priſcam* verſionem putes *Codicis Canonum eccleſiae vniuerſae*, illius ſcilicet, quam primus *Cph. Iuſtellus*. Pariſ. 1610. 8., edidit poſteaque Bibl. iur. can. vet. T. I. inſeruit. Quin potius veroſimillimum, collectionem hancce ab ipſo Iuſtello iuxta tenorem Chalcedonenſis concilii eſſe compactam. Potior eſt auctoritas *Codicis Canonum eccleſiae vniuerſae* a *Ioanne Tilio* (*de Tillet.* Epiſcopo Meldenſi editi primum a. 1540. Sed de his ſatis ſuperque SPITTLER l. c. [et GLÜCK in *Praecogn. iurispr. eccl.* §. 170. ſqq.]

(*c*) Edita eſt a VOELLO et JVSTELLO l. c. *tom.* I. *p.* 97. ſub titulo: *Codex Canonum vetus eccleſiae Romanae.* Splendidior editio ſub eodem titulo eſt *Franc.* PITHOEI *Pariſiis* 1687. in f. [Luculentiſſima hodie poſt *Quesnelli* operam editio Frr. BALLERINORVM, modo laudata.]

(*d*) Sanctio *Nouella* 131. ad calcem huius codicis deinceps adſcripta eſt, ceu obſeruat *Jo.* DOVIATIVS l. c. p. 405. Bonf. JVSTELLVS l. c. in praef. *huius codicis* p. 17.

(*) Habet haec vocula duplicem reſpectum; ſignificat primum, *ex codice Eccl. Orientalis*, quisquis ille fuerit, ad quem ſpectant *Nemocanones*; deinde, ex *Codice Dionyſii Exigui*, ex quo promanauit *Creſconii Concordia Canonum* vna cum *breuiatione* eorundem, indicis loco illi praefixa.

(*e*) Tale compendium ſec. VI. ſcripſit *Fulgentius* FERRANDVS, eccleſiae Carthaginenſis Diaconus, in *breuiatione canonum*, et ſec. VII., [vt vulgo putant] CRESCONIVS, epiſcopus [ſeu rectius diaconus] Africanus, in *Concordia Cononum.* Vtrumque exhibent IVSTELLVS l. c. p. 447. 456. *Franc.* PITHOEVS in *in Cod. Canon. eccl. Rom.* p. 303. 314. *Jo.* MEERMANN in *nouo theſaur. iur. tom. I.* p. 150. cum notis *Flav. Franc.* HAVTESERRE a SALVAIZON, cuius ed. vtriusque abbreuiatoris prodierat *Auguſtoriti Picton.* 1630. 4. De *Creſconio* vid. *Henr. Phil. Conr.* HENKE *de Creſconii Concordia Canonum eiusque Codice.* Helmſtad. 1788. 4.

(**) Non omittenda plane *collectio canonum* potiſſimum *Orientalium*, quam ſub finem ſaec. VI. ex ipſis haud dubie fontibus conflauit MARTINVS *Bracarenſis Epiſcopus*, ſiquidem largam illa *Gratiano* meſſem praebuit, laudata ſaepius ſub nomine *Concilii Martini papae*, propterea quod a Martino epiſcopis in Conc. Lucenſi congregatis oblata et ab iisdem approbata fuit. *Glück.* l. I. §. 173.

§. 56. Acceſſis III) ius PONTIFICIVM, collectum ex *decretis Pontificum*, hoc eſt, ex eorum

re-

responsis et epistolis, ad aliorum consultationes datis: quae in honore fuerunt perinde ac alia *doctorum ecclesiae* scripta (*a*), Prostat duplex eorundem collectio, altera *genuina*, *priuato studio eiusdem* DIONYSII (*b*) adornata ex epistolis Pontificum, inde a *Siricio* vsque ad *Anastasium* viuentium; et *Codici Canonum*, tamquam *pars altera*, adiecta: *altera spuria*, in fine sec. VIII. ab *impostore* conficta sub adoptato nomine ISIDORI, quae est *suppostitiorum interpolatorumque decretorum congeries* (*c*); mirumque in modum profuit *Pontificibus* in acquirendis iuribus papalibus reseruatis (*d*).

(*a*) c. 3. D. 13. §. 1. et 16.

(*b*) Vid. Praef. Collectionis apud VOELLVM et IVSTELLVM l. c. tom. 1. p. 183. [SPITTLER l. c. §. 45. et GLÜCK §. 172. Iterata eius editio, aucta itidem diuerso modo et amplificata, fuit ISIDORI *Hispalensis episcopi*, non confundenda cum foetu Isidori Mercatoris; et *Hadrianea*. Cf. praeter l. *Jo. Chph.* RVDOLPH *de codice Canonum, quem Hadrianus I. P. R. Carolo M. dono dedit. Erl.* 1777. 8.]

(*c*) *Dav.* BLONDELL in *Pseudo Isidoro et Turriano vapulante* ed. a. 1628. ESPENIVS in diss. de *Collectione Isidori tom.* III. *op. p.* 451. Nouam collectionis censuram meditatus est *Petr.* COVSTANTIVS *l. c.* §. 1. *n.* 161. *p.* 131. [Hactenus vno tenore non nisi in *Conciliis lac. Merlini* T. I. (*Par.* 1524.) legitur. Melioris notae codicem Vaticanum laudarunt Ballerinii, unde eum recenset SPITTLER l. c. p. 223. add. *Car.* BLASCVS de *collectione canonum Isidori Mercatoris.* 1760. 4.]

(*d*) *Petr.* GIBERTVS in *Corp. iur. Can. tom.* II. *tit.* 7. *Sect.* 25. *per tot. p.* 118. *f.* FEBRONIVS de *statu ecclesiae c.* VIII. p. 517. SPITTLER loc. cit.

§. 57. Ex his canonum et decretorum codicibus, nec non ex legibus ecclesiasticis Imperat. Rom. ex capitularibus Francorum, et dictis patrum, *collectiones priuatae*, seruato materiarum ordine, *scientiae causa* concinnatae sunt in Germania et Gallia: quales inchoante sec. X. REGINO, *abbas Prumiensis*, suasu *Rathbodi*, Archiepiscopi Treuirensis, sub initium sec. XI. (*a*) BVRCHARDVS (*b*), *Wormatiensis episcopus*, et initio sec. XII. IVO, *Carnotensis episcopus*, dederunt (*c*).

(*a*) REGINONIS *de disciplina ecclesiastica veterum praesertim Germanorum libros duos* edidit *Joach.* HILDEBRANDVS Helmstadii in 4. a. 1659. Praestantior est editio *Steph.* BALVZII, [sub tit. *de ecclesiasticis disciplinis et religione christiana*] cum eiusdem notis, Parisiis 1671. in 8. [repetita *Viennae.* 1765. 8. cura *Jos. de* RIEGGER. Pauca ab Isidoro Mercatore mutuatus est.]

(*b*) *Brochardus* vocatur in c. 2. *X. de spons. duor.* Collectio eius prodiit sub tit. BVRCHARDI *Wormat. Episcopi decretorum libri XX. ex conciliis et orthodoxorum patrum decretis tum etiam diuersarum nationum synodis, ceu loci communes, congesti.* Coloniae 1548. in f. [Solet etiam *magnum* Canonum *volumen*, nec non *Brocardica*, vel *Brocardicorum opus*, item *decretum Burchardi* audire. Multa ex *Pseudoisidori* mercibus suis admiscuit. Reginonem etiam saepius inepte exscripsit.]

(*c*) IVONIS duplex est collectio, altera maior, quae *decretum* vocatur, XVII. *partibus* constans, edita Louanii a. 1561. in fol. cura *Joannis Molinaei*, Louanii Professoris: altera *minor*, et in arctiorem formam contracta studio *Hugois* Cathalaunensis, quae *Panormia* vocatur constans VIII. *partibus*, edita *Basileae* 1499. in 4. cum praef. Sebast. Brandt sub tit. *Liber decretorum seu* Pannormia *Iuonis.* [Decretum, quod ipse auctor nomine *Excerptionum ecclesiasticarum regularum* insigniuit, vt nunc est, interpolatum censet *Maurus Sartius* in tr. *de claris Archigymn. Bonon. Professorib.* Vid. GLÜCK l. I. p. 441.

§. 58. Collectiones iſtae, priuatae licet omnes, *ius antiquum eccleſiaſticum* continent. His vſus eſt GRATIANVS, *Monachus Benedictinus* in Monaſterio *S. Felicis Bononienſi*, in concinnando DECRETO, quod primam partem facit *corporis iuris Canonici*. Conſcriptum eſt in vſus *praelectionum academicarum:* in quos a. 1152. approbatum eſt ab Eugenio III. ad preces Academiae Bononienſis (*a*). Commendationis multum ei acceſſit apud curiam Romanam a *ſpuriis*, quae repetit, *Pſeudo Iſidori decretis* (*b*). Ex *uſu academico* ſenſim in multis obtinuit *forenſem*: mox *gloſſis* illuſtratum, tandem iuſſu PII IV. et V. et GREGORII XIII. a. 1580. correctum et emendatum eſt, interueniente opera XXXV. doctorum virorum (*c*). Diuiſum eſt in *tres partes*: prima continet Cl. *diſtinctiones*, altera XXXVI. *cauſas* et ſingulae cauſae ſuas *quaeſtiones*, tertia tractatum *de conſecratione*, in V. *diſtinctiones* diuiſum. Canones, ſub nomine *Palea* eidem interſperſi, ab aliena manu ſunt (*d*).

(*a*) Teſtimonium *Calendarii archigymnaſii Bononienſis* ex notis *Alex.* MACHIAVELLI ad *Car. Sigonii hiſt. Bonon.* t. III. p. 128. protulit *B. Parens* in *Praef. de varia Decreti Gratiani fortuna*, ad *Corp. iur. Can.* tom. *I.* §. 12. *lit. g.* [Repetiit GLÜCK l. I. p. 293. ſq.]

(*b*) ESPENIVS in diſſ. Prooem. ad *Comm. in Decret. Grat.* §. 7. *tom.* III. *op. p.* 498.

(c) *Ant.* Avgvstinvs de *emendat. Decreti Gratiani lib. I. dial.* 1. *Fr.* Florens de *methodo et auctorit. Decret. Grat. tom. I. op. p.* 50. *Just.* Fontanini in praef. ad *Io.* a Tvrrecremata *Gratiani decretorum libros V. secundum Gregorianos decretalium libros distinctos* §. 8. Romae 1727.

(d) *B. Parens* in cit. *Praef.* §. 18. *p.* 29. *et* §. 26. *p.* 41.

(*) De Gratiani decreto praeter laudatas ab auctore scriptiones *I. F. Florentis, Justi Fontanini, I. H. Boehmeri*, legendi, Dovjat in *praenotionib. canon.* I. IV. c. 5 - 9, *Jos. Ant. de* Riegger in *diss. de Gratiani collectione canonum illiusque methodo et mendis, in oblectam. Hist. et iur. eccl.* P. I. n. 1. Glück l. I. §. 24. sq. et 122. sqq. De eiusdem editionibus et commentatoribus egit idem vir celeb. §. 154. Post laudatissimam operam, quam *I. H. Boehmerus* decreto nauauit, dignum sane est, quod ab omnibus iuris canonici studiosis noscatur, insigne, quod in eo singulari plane sollertia emaculando et restituendo posuit studium *Car. Sebast.* Berardvs, in libro: *Gratiani Canones genuini ab apocryphis discreti, corrupti ad emendatiorum codicum fidem exacti, difficiliores commoda interpretatione illustrati. Tomus I - IV. Taurini* 1752. 4.

§. 59. *Alteram* Corporis iuris canonici partem faciunt Decretales, quae sunt *Pontificum tum in conciliis tum extra illa edita decreta et constitutiones.* I. decretales Gregorii IX, ex quinque *antiquis decretalium collectionibus* (*a*) et ex ipsius *Gregorii decretalibus* secundum materiarum ordinem in V. libros digestae sunt iussu ipsius, et opera *Raymundi* de *Penna forte*, Capellani eius et poenitentiarii. Collectio a. 1234. perfecta (*b*), rescriptis Gregorii IX. ad academiam Bononiensem et Parisiensem transmissa est ad usum academicum et forensem illis conciliandum.

(*a*) Prima antiqua decretalium collectio est Bernhardi Circae, Praepositi Papiensis, cuius maximam partem faciunt canones *Concilii Lateranensis* III. de a. 1179. *Jo. Christ*

Chrift. KOCH Pr. *de Breuiario extrauagantium Bernardi Circae.* *Gieffae* 1772. ALTERA eft *Ioannis Vallenfis.* TERTIA ex *Innocentii* III. epiftolis ftudio *Petri Beneuentani* a. 1210. de qua agit Dn. KOCH in pr. *de Innoc.* III. *Collect. Decretal. prima.* Gieffae 1772. QVARTA fub aufpiciis *Innocentii* III. maxime ex concilio *Lateranenfi* IV. a. 1216. QVINTA iuffu *Honorii* III. 1227. adornata eft. Quatuor priores edidit *Ant.* AVGVSTINVS in *antiquis collectionibus Decretal.* Parif. 1609. pofteriorem *Innocent.* CIRONIVS in *quinta compilatione Decretalium Honorii* III. Tolofae 1645. *Jo. Chrift. Wilh.* DE STECK *de interpolationibus Raymundi de Penna forte.* Lipfiae 1756. [De quinque collectionibus iftis Ante-Raymundianis et aliis quibusdam Alexandri III. et Innocentii III. GLÜCK. p. 365.

(*b*) Refcriptum Gregorii IV. *dat. Spoleti Non. Sept.* 1234. excitat *Oder* RAYNALDVS in *annal eccle∫. ad a.* 1234. *n.* 26. *t.* XIII. *p.* 417. [Vfum eius iam Saec. XIII. in Germania obtinuiffe docet *Spec. Suev.* Lib. I. c. 5. in *Corp. Jur. Germ. Senckenb.* T. II. p. 13. GLÜCK. §. 32. fqq.]

§. 60. II) SEXTVS DECRETALIVM LIBER iuffu BONIFACII VIII. et ipfius et anteceſſorum praefertim *Innocentii IV.* et *Gregorii X.* decretalibus (*a*) confectus digeftusque ad *ordinem V. librorum decretalium Gregorii IX.* Publicatus eft Romae 1298. (*b*) commendatusque academiae Bononienfi ad vfum fcholae et fori (*c*).

(*a*) Fontes eius funt duae collectiones canonum vtriusque concilii Lugdunenfis, *primi* fub Innocentio IV. a. 1245. et *fecundi* fub Gregorio X. a. 1274. habiti, fecundum methodum decretalium collectae, editae a *B. Parente* in append. *Corp. iuris Can.* p. 352. [nec non decretales Nicolai III. Alexandri IV. Clementis IV. et ipfius Bonifacii.]

(*b*) Editus eft v. *Non. Mart. anno IV. Pontificatus,* qui incidit in annum 1298. et qui notatur in RICOBALDI *hift. Pontif.* apud ECCARDVM *t. I. fcript. med. aeui p.* 1220.

(*c*) Eundem ad *Academiam Parifienfem* miffum effe, docuit *Jo. Chrift.* KOCH in pr. de *Bonifacii* VIII. *fexto Decret. libro. Gieffae* 1772. quamquam receptionem eius in Gallia impediuerint diffidia inter Bonifacium VIII. et Philippum Pulchrum, de quibus vid. ESPENIVS in diff. ad *libr. VI. decret. tom. IV. oper. p.* 87. *f.* Cf. GLÜCK. §. 41.

§. 61. III) Clementinae Conſtitutiones, iuſſu *Clementis V.* ex canonibus *Concilii Viennenſis*, a. 1311. habiti, aliisque ipſius conſtitutionibus collectae, in conſiſtorio Cardinalium propoſitae ſunt a. d. 12. April. 1313. Miſſa haec collectio eſt ad Academiam *Aurelianenſem* per epiſtolam ipſius Clementis (*a*). Sed ipſi dein diſplicuiſſe dicitur, poſt fata eius demum a *Ioanne XII.* in academia *Bononienſi* publicata a. d. 8. Nov. 1317.

(*a*) Hanc edidi in diatriba de *Clementinis* §. IX. quae inſerta eſt *Obſeruat. iur. Can. N. I.* [Bulla Joannis XXII. hodienum praefationis inſtar Clementinis praefixa eſt. Glück §. 44.]

§ 62. IV) Extravagantivm constitvtionvm duae ſunt collectiones: *altera* Ioannis XXII. decretales, per XIV. titulos circa a. 1340. digeſtas, *altera* diuerſorum pontificum decretales continet, quae *communes* dicuntur. Haec deſinit in Sixto IV. qui 1483. obiit. Vtraque, licet *priuata*, corpori iuris tamen adiecta, vſum aliquem obtinuit (*a*).

(*) Superiores decretalium collectiones dicebantur in *Corpore iuris clauſae*, reliquae conſtitutiones Pontificum, nec Decreto, nec Decretalium libris publica ſub auctoritate propoſitis, comprehenſae, *Extrauagantes*, quaſi extra Corpus iuris vagantes appellari conſueuerunt. Interea vtraque collectio Ioannis XXII. *vſu* et *receptione* auctoritatem in foro, et poſt correctionem *Gregorii* XIII. a. 1580. ſedem fixam in ipſo corpore iuris Canonici nacta eſt. Ex iſta decretalium appellatione orta quoque eſt diſtinctio *reſeruationum* beneficiorum eccleſiaſticorum in eas, *quae ſunt*

in

in Corpore iuris clausae et *non clausae*, in controuersiis et concordatis Germanorum cum curia Romana haud raro obuia. Cf. GLÜCK §. 44. In Extrauagantibus communibus deficit liber *quartus*.

(*a*) Vid. *Jo.* DAVIATII *Praenot. Canon.* lib. 4. Ab editoribus corpori iuris Can. adiectae sunt *Pauli* LANCELLOTTI *Institutiones iuris Canonici*, paulo ante concilium Tridentinum elaboratae, et *liber Septimus Decretalium* a *Petro* MATTHAEO a. 1590. editus. Ampliorem constitutionum papalium collectionem dederunt *Laertius* et *Angelus Maria* CHERVBINVS in *Bullario Magno tomis XV.* [*L. Cherubini Bullarium* prodiit primum, Romae 1617. tribus tomis; auctum deinde ab *Ang. Maria Cherubino*, ibidem 1638. Post varias repetitiones et accessiones Lugdunenses, amplissima eius editio adornata fuit *Luxemburgi* ab a. 1727-58. Tomis XIX. Huc quoque pertinent collectiones *Epistolarum PP. Rom.* inter quas princeps, eademque longe rarissima Cardinalis Carafae, quae tit. *Epistolarum decretalium Summorum Pontificum* (a Clemente I. ad Gregorium M.) *tribus Tomis* prodiit *Romae* 1591. f. De reliquis cf. *Glück* l. I. p. 369. quibus addas nouam *Epistolarum Innocentii* III. antea ineditarum accessionem in amplissima collectione *chartarum* et *diplomatum omnis generis ad res Francicas spectantium* T. II. P. I. II. *Paris.* 1791. f.]

§. 63. Obseruari meretur *mos Pontificum*, libros decretalium *ad academias* mittendi, vt ex eis transirent in *forum*. Successit consilium fama inprimis academiae *Bononiensis*: et *vtraque* corporis iuris Canonici pars, ab eius cultoribus per regiones propagata, nacta est *vsum forensem*. Transiit ad *Germanos*, et perinde ac ius Romanum, vi *solius receptionis*, et *quoad receptum* est, vim et auctoritatem accepit (*a*).

(*a*) Vid. B. *Parens* in *iur. Eccles. lib. I. tit.* 2. §. 27. *sq.* [Nimirum receptum quidem est non tantum in nonnullis capitibus, sed, vt aiunt, *in complexu. Vis* eius autem non ab auctoritate legislatoria Pontificum, sed a *sola receptione* repetenda, ita, vt *licet praerogatiua gaudeat prae iure Romano*, nihilominus valeat non nisi *in subsidium*. De huius fatis commentati sunt *Jos. Ant.* RIEGGER in d. de *receptione corporis iuris canonici in Germania*; in eiusd. *Opu-*

Opuſculis p. 197. C. F. Hommel d. *de aduentu iuris Can. in Germania.* *Lipſ.* 1773. 4. *I. St.* Pütter, *wie das päbſtl. Recht in Teutſchland aufgekommen;* in deſſ. *Beytr. z. T. St. u. Fürſtenr.* T. II. p. 53. *ſqq.*]

§. 64. *Vſus iuris Canonici* in Germania *reſtrictus* eſt et quidem I. *inter Catholicos* inter ſe 1) per CONCORDATA NATIONIS GERMANICAE, in quibus de grauaminibus nationis Germanicae adverſus ſedem Pontificiam (*a*) regnante Friderico III. primum cum Evgenio IV. a. 1447. et anno ſequente cum Nicolao V. transactum eſt 2) per CONCILIVM TRIDENTINVM a. 1545. coeptum et a. 1562. finitum, quod inter Catholicos in Germania receptum eſt in ſubſidium (*b*), 3) per STATVTA SYNODALIA et alia iura *particularia* in praelatorum dioeceſibus (*c*).

(*a*) In Capitulat. nouiſſ. art. 14. §. 1. agnoſcuntur *die mit dem Papſt Eugen IV. und Nicolaus V. geſchloſſene Concordata.* Priora in ſpecie vocantur CONCORDATA PRINCIPVM, inita per acceptationem decretorum Baſileenſium, ab Alberto R. et a Principibus Imp. inſtrumento publico d. 26. Mart. 1439. Moguntiae declaratam, et ab Eugenio IV. 7. Id. Febr. 1447. comprobatam [Poſteriora *Aſchaffnaburgenſia,* ſ. rectius *Vindobonenſia* audiunt. *Illorum* obliteratam poene memoriam reſtituit Io. de Horix in *Concordatis N. G. integris,* 1763. Noua ed. *variis additamentis illuſtr.* prodiit *Frf. et Lipſ.* T. I. II. 1771. 73. 8. Acceſſere deinde *Documentorum ad Concordata N. G. int. Faſc.* I. II. ib. 1775. 76. *Sanctio pragmatica Germanorum illuſtrata, edidit* Chph. Guil. Koch. *Argent.* 1789. 4.] Moseri tr. *von der Teutſch. Relig. Verfaſſung p.* 629. [In quantum autem huic decretorum Concilii Baſileenſis acceptationi derogatum ſit per Concordata Aſchaffnaburgenſia et in ſpecie clauſulam eorum: *donec aliter fuerit concordatum,* non ſine plauſu curiae Romanae quaeſitum eſt a *L. T.* Spittlero in der *Geſchichte der Fundamental-Geſetze der T. kathol. Kirchen im Verhältniſs* zum

zum Röm. Stuhl. (*Götting. hist. Magaz.* von *Meiners* und *Spittler.* B. I. St. 1. p. 347. St. 3. p. 474.) Larga inde prodiit scriptorum seges naturam Concordatorum egregie illustrantium; quales sunt *Car.* KLOKER d. *de clausula Aschaffenburgensi: in aliis autem etc. decretorum Basileensium salvatoria. Ingolst.* 1788. 4. B. F. *Mohis Bemerkungen üb. die neueste Gesch. der Kathol. Kirche, und bes. üb. die Frage, in wieferne die Basler Decrete heut zu Tage noch gültig seyen? Frft. u. Leipz.* 1788. 8. EIVSD. *über die Natur der Concordate mit dem röm. Hofe. Ulm* 1789. 8. (*B. F S.* SCHALK) *Beleuchtung der Spittlerschen Fundamentalgesetze d. teutschkatholischen Kirche.* 1790. 8. Fuit patronorum curiae Romanae tanta passim insolentia, vt Concordata N. G. cum Pontificibus inita *non vi pacti,* sed *tanquam priuilegium* a sede Romana concessum valere contenderent. E contra ipsa Natio Germanica, perfidiae illorum pertaesa, de abolendis omnino concordatis Vindobonensibus cogitauit. *I. I.* MOSER *in iur. publ. Germ.* T. I. §. 55. *Bad Emser Punctation* art. 23. *Iac. Iac.* FVHRMEISTER's *in Rechten u. Geschichten wohlgegründete Beantwortung der Frage: ob die teutsche Nation noch verbunden sey, die mit dem Pabste eingegangenen Aschaffenburger Konkordaten zu halten? Heiligenst.* 1789. 8. *Beda* ASCHENBRENNER *com. de obligatione, quae nationi Germanicae incumbit Concordata Aschaffnaburgensia s. Vindobonensia, etiamnum illibata seruandi. Ingolst.* 1797. 8. Ceterum iurium ex vtroque Concordato quaesitorum statum optime explicauit *Io. Phil.* GREGEL d. *de iuribus Nationi Germanicae ex acceptatione decretorum Basileensium quaesitis, per concordata Aschaffenb. modificatis aut stabilitis. Mogunt.* 1787. 4.]

(*b*) ESPENIVS *in iure Can. nouiss. tom. IV. Oper. p.* 169. *not. a.* Historiam concilii Trid. dederunt *Paul.* SARPI, PALLAVICINI, et *Christ. Aug* SALIGIVS.

(*c*) *Capitulat. Caesar. nouiss.* art. XIV. §. 1. *wie auch eines jeden Ertz- und Bischoffen oder deren Dohm-Capitulen absonderliche Priuilegia, hergebrachte Statuta und Gewohnheiten allerdings beobachtet werden.*

§. 65. II. Inter *Catholicos* et inter *Protestantes* iuri canonico non minus derogatum est per iura inter eosdem communia, per *Transactionem Passauiensem, Pacem Religiosam, Pacem Osnabrugensem* (*a*), *Recessus* et *Constitutiones Imperii*, quoad de *causis ecclesiasticis* disponunt.

(*a*

(a) *I. P. O. art. XVII. §. 3.*

§. 66. III. Inter *Proteſtantes* eidem derogatum eſt per *leges eccleſiaſticas* cuiuslibet eccleſiae vel territorii Euangelici. Sunt illae vel PVBLICAE, *quibus iura inter Dominum territorii et inter ſtatus prouinciales ſubditosque circa eccleſiam*, *vel* PRIVATAE, *quibus iura et obligationes membrorum eccleſiae inter ſe definiuntur*. Ad *illas* pertinent *Receſſus prouinciales: hae* inprimis *ordinationes eccleſiaſticae* dicuntur, et vel *generales* ſunt vel *ſpeciales*, prout vel eccleſias vnius territorii vel eccleſias certae ciuitatis concernunt (*a*). Parem cum illis vim habent *obſeruantiae eccleſiaſticae*. Atque his legibus *ius eccleſiaſticum particulare* publicum et priuatum cuiuslibet territorii Euangelici determinatur (*b*).

(*a*) Notitiam ordinationum eccleſiaſticarum dedit *Herm. Casp.* KOENIG in *bibliotheca agendorum. Zelle* 1726. 4. Conf. *Jo. Ern.* FLOERCKE *in praenot. iurispr. eccl. p.* 45. *et* 131. [Nouam eamque iuris eccleſiaſtici inter Proteſtantes originibus illuſtrandis valde proficuam *literaturam Ordinationum* et *agendor. eccleſiaſticorum* meditatur *Henr. Matth. Aug.* CRAMER, eccleſiaſtes Quedlenburgenſis. Cf. HENKE's *Magaz. für Religionsphil. Ex. u. Kgeſch.* B. VII. (Neues Mg. B. I.) St. 3. p. 427.]

(*b*) *Iulii Bernh.* DE ROHR *vollſtändiges Ober-Sächſiſches Kirchen-Recht.* Frf. u. Leipz. 1723. 4. *I. Henr. Chriſt.* DE SELCHOW *Anfangsgründe des Braunſchweig-Lüneb. Privat-Rechts. Part. II.* [*Wolf Chriſti.* MATTHIAE *Beſchreibung der Kirchenverfaſſung in den Herzogthh. Schleswig u. Holſtein. Flensb.* 1778. T. II. *ib. et Lipſ.* 1786. 8. *C. W.* LEDDERHOSE *Verſuch einer Anleitung zum Heſſen-Caſſelſchen Kirchenrecht, Caſſel,* 1785. 4.]

§. 67. Seruatus est vsus *iuris Canonici* inter *Protestantes* tum in *secularibus* tum in *institutis ecclesiasticis communibus*, quoad eius principia *Augustanae confessioni*, *indoli ecclesiae Evangelicae* et *libertati conscientiae* non aduersantur, et quoad eius auctoritas per leges imperii, et per leges ecclesiasticas speciales vel per obseruantiam non est restricta. (§. 65. 66.) Hac ratione est ius *commune* et *subsidiarium*. Itaque prorsus non obtinet 1) in *institutis ecclesiasticis haud receptis*, nec 2) in iuribus, quae *sacra interna* definiunt, nec 3) in sanctionibus, quarum *ratio vnica* in doctrinis, cum *Augustana Confessione* vel *indole ecclesia Euangelicae* pugnantibus, posita est (*a*).

(*a*) Conf. *Casp.* ZIEGLERI diss. prael. *ad Lancellotti inst. iur. Can.* *Jo. Frid.* RHETIVS de *auctorit. iur. Can. inter A. C. Consortes.* *B. Parens* de *media via in studio et applicat. iur. Can. inter protestantes.* tom. I. exercit. ad Pand. p. 344. [*Aug. Lud.* SCHOTT progr. *de auctoritate iuris can. inter Euangelicos recepti, eiusque vsu apte moderando.* Erl. 1781.]

TIT.

TIT. VII.

DE
IVRE ET IVRISPRVDENTIA ECCLESIASTICA.

ARGVMENTVM.

§. 68. *Ius et iurisprudentia ecclesiastica.* 69. *Ius ecclesiasticum naturale et positiuum,* 70. *Publicum et priuatum,* 71. *Catholicorum et Protestantium,* 72. *quatenus sit externum et internum?* 73. *Vtriusque exponendi ratio,* 74. *fontes,* 75. *subsidia.*

§. 68. IVRISPRVDENTIA ECCLESIASTICA *subiectiue* accepta, est *scientia practica iurium et obligationum, quae per leges constituta sunt circa religionis exercitium seu ecclesiam. Obiectiue* accepta est *complexus doctrinarum in formam artis redactarum*, de *iuribus et obligationibus circa ecclesiam:* quo sensu et *ius ecclesiasticum* vocatur.

§. 69. *Ius ecclesiasticum* vel NATVRALE est vel POSITIVVM, prout iura, et obligationes circa ecclesiam constituuntur vel per *principia, in essentia et natura rerum fundata*, vel per *voluntatem alicuius speciatim declaratam* (a).

(a) Vid. *Ge. God.* KEVFELII *elementa iurisprud. ecclesiast. vniuersalis.* T. I. II. Rostoch. 1728. 29. 8. *Isr. Gottl.* CANTZIVS *in disciplinis moralib. P. IV. et V. Ioach. Ge.* DARIES *in instit. iurispr. vniuers. sect. VII. et Dan.* NETTELBLADT *syst. iurisprud. natur. lib. 3. Io.* ENDRES de *necessario iurispr. Natur. cum ecclesiastica nexu.* Wurceb. 1764. in *Schmidtii thes. diss. iur. Eccl. tom.* 1. *N.* 1.

[Christi.

[*Christi*. *Henr*. BREVNING *primae lineae iur. ecclesiastici vniversalis*. *Frcf. et Lips*. 1758. 8. *Christi*. *Frid*. SCHOTT *primae lineae iur. eccl. vniv*. Tub. 1773. in T. II. *dissertationum iuris nat. collect. ab A. L. Schott*. Erl. 1784. 8. *Theod*. SCHMALZ *nat. Kirchenrecht*, *Königsb*. 1795. 8. vt alios, qui nostra aetate passim haec cum reliquis principiis iuris naturalis tractarunt scriptores acutissimos taceamus.]

§. 70. Rationi *obiecti* PVBLICVM vel PRIVATVM est *duplici* sensu, 1) in relatione ad *rempublicam*, quo *publicum* continet iura et obligationes reipublicae eiusue, qui ei praeest, circa ecclesiam, (§. 22.) 2) in relatione *ad ecclesiam*, qua vniuersitatem, quo comprehendit iura et obligationes Ecclesiae eorumue, qui eidem praesunt (*). In *priori* sensu ad ius *priuatum* pertinent iura et obligationes ecclesiarum inter se, in *posteriori*, iura et obligationes membrorum ecclesiae, qua talium inter se.

(*) Prius a longo iam tempore vocabulo non satis apto *Kirchenstaatsrecht* consueuit. Rectius forsan diceres *Staatskirchenrecht*, seu cum MAIERO, *Geistliches Staatsrecht*. Posterius *Constitutions* - s. *Verfassungsrecht*, s. *inneres Kirchenrecht* appellaueris.

§. 71. Ratione *ecclesiarum*, per Germaniam receptarum, *ius ecclesiasticum* est vel ROMANO-CATHOLICORVM, vel PROTESTANTIVM, vel ob nexum vtriusque ecclesiae in Germania, ius CATHOLICORVM ET PROTESTANTIVM INTER SE. In quolibet eorum iura tam publica quam priuata spectantur (*a*).

(*a*) *Marc. Ant. de* DOMINIS de *republ. ecclesiastica*. *Jo. Franc*. BESSELIVS *ius publicum Romano ecclesiasticum*. Anonymi (*G. C.* NELLER) *principia iuris publici eccles. Catholicor*. *Io. Ge*. ESTOR delineat. *iur. publ. eccles. protestantium*.

tium. *Iuſt. Car.* WIESENHAVERN *Grundſätze des Kirchen-Staats-Rechts der Proteſtirenden.* *Jo. Chriſt.* MAJER *Teutſches geiſtliches Staats-Recht, abgetheilt in Reichs- und Landrecht.* Th. I. II. *Lemgo* 1773. 8. I. I. MOSER *von der Teutſchen Kirchen-Verfaſſung.* Idem *von der Landes-Hoheit im Geiſtlichen.*

§. 72. Ius eccleſiaſticum *Catholicorum* vel EXTERNVM eſt, quod in *determinandis ſacris externis et eccleſiaſticis*, vel INTERNVM, quod in *determinandis ſacris internis* verſatur (§. 2.) (*a*). Sed quae ad Sacra interna pertinent, rectius *doctrinis fidei* et praeceptis religionis quam legibus definienda ſunt: eaque inſtructioni et curae *paſtorali* in eccleſia *Euangelica* relicta ſunt. Cumque in his nullus ſit iuris Canonici *in iure eccleſiaſtico proteſtantium* vſus: in tradendo *iure externo* tantum verſabimur.

(*a*) Hierarchia videlicet et poteſtas eccleſiaſtica *producta* eſt ad *ſacra interna*, eoque ipſo occaſio nata, eamdem ſub *colore peccati* mirum in modum extendendi. *c.* 13. *X. de iudiciis.*

§. 73. Ius eccleſiaſticum *externum* Catholicorum et Euangelicorum *coniunctim* commode tractari poteſt, idque tum ob *fontes* magna ex parte communes, tum ob *obiecta eadem*, in quibus ſecernenda ſunt, quae per diuerſa religionis et regiminis externi principia diuerſimode determinantur, tum denique ob *vtriusque eccleſiae* per Germaniam *nexum.* IVRISPRVDENTIA

ECCLE-

ECCLESIASTICA GERMANICA, ita confiderata, eft *fcientia iuris ecclefiaftici, quod in ecclefia Catholicorum et Euangelicorum et inter vtramque per Germaniam obtinet.*

§. 74. Vtriusque iuris ecclefiaftici *Fontes communes* funt *Ius Diuinum,* in facris literis propofitum (*a*), quatenus praefcribit normam agendorum, cuius rationes nec *reipublicae* et *ecclefiae iudaicae* ftatum nec *folas temporum circumftantias* refpiciunt, *Ius Canonicum*, quoad receptum (§. 64. 67.), *Leges imperii*, in iisque *Pax religiofa* et *Weftphalica*. *Ius Romanum*. *Fontes proprii* vero iuris ecclefiaftici vel Catholicorum vel Euangelicorum ex iis, quae §. 64. 66. propofita funt, intelliguntur.

(*a*) *Ger.* MASTRICHT *hift. iur. ecclef.* n. 38. p. 20. *Jo.* SCHILTERI *inft. iur. Can. lib. I. c. 2. §. 1. f. Io. Laur.* MOSHEIM *Kirchen-Recht der Proteftanten p.* 215. Auctor Anonymus (NELLER) *iuris publ. eccl. Cathol. c.* 1.

§. 75. *Subfidia* iurisprudentiae ecclefiafticae fpecialia funt hiftoria *ecclefiaftica*, inprimis *Germaniae* (*a*), notitia *antiquitatum ecclefiafticarum* (*b*), hiftoria *iuris Canonici*, ftudium *conciliorum* (*c*), notitia *literaria* fcriptorum ecclefiafticorum (*d*).

(*a*) *Jo.* SCHILTERVS *de libertate ecclefiarum Germ.*

(*b*)

(b) *Iof.* Bingham *Origines feu antiquitates ecclefiaft. B. Parentis origines praecipuarum materiarum iuris ecclefiaft. Io. Sam.* Brvnqvel in diff. *de vtilitate ex hiftor et antiquit. facris in iurisprudentiae ecclefiafticae ftudio capienda*, praemiffa *Innoc. Cironii obf. iuris Can.* Blafius Vgolinvs in *thefauro antiquitatum facrarum.* Venetiis 1763.

(c) *Fr.* Salmon *traité de l'Etude des Conciles et de leur Collections.*

(d) *Ellies du* Pin *bibliotheque des auteurs ecclefiaftiques tom. XII. Chrift. Gottl.* Bvderi *biblioth. iuris* felecta cap. XV. *Dan.* Nettelbladt *Initia hiftoriae litterariae iuridicae uniuerf. §. 422. f.* Praecognita vberiora vniuerfae *iurisprudentiae ecclefiafticae* pofitiuae Germanorum tradit *Chrift. Fried.* Glück. Halae 1786.



PARS

PARS SPECIALIS.

LIBER I.

DE

MINISTERII POTESTATE SEV DE ORDINE ET INDE DEPENDENTE STATV ECCLESIASTICO.

TIT. I.

DE

STATV ECCLESIASTICO IN GENERE.

ARGVMENTVM.

§. 76. Status ecclesiasticus omnium membrorum ecclesiae communis. 77. Fundamentum Status ecclesiastici specialis, 1) ratione officii. 78. Status clericalis. 79. Status ecclesiasticus, in specie talis. 80. 2) ratione vitae religiosae: inde Status religiosus.

§. 76. STATVS ECCLESIASTICVS in sensu *generali* est status, *a quo pendent iura et obligationes in ecclesia.* Est is vel COMMVNIS *omnium membrorum ecclesiae*, vel SPECIALIS, seu *certorum membrorum ecclesiae proprius.* *Communis* determinatur per iura et obligationes, quae Christiano, *qua membro ecclesiae*, competunt (*a*).

Ac-

Acquiritur *tum* iure *natiuitatis et ſuſcepti baptiſmi* (*b*), *tum* ex *receptione* in eccleſiam: acquiſitus *conſeruatur*, donec quis eſſe deſinit membrum eccleſiae: idemque probatur *profeſſione eiusdem fidei publicae*, et *communione ſacramentorum*, nec non *iudicio* ipſius *eccleſiae*, quo quis pro *membro eius* agnoſcitur (*c*).

(*a*) In ſenſu generali *perſonae eccleſiaſticae* vocantur omnes, qui *ſtatu eccleſiaſtico communi fruuntur*, ſiue laici ſiue clerici ſint. *Arn.* CORVINVS de *perſonis et benef. eccl. l.* 1. *tit.* 1. *n.* 3.

(*b*) *c.* 3. *X. de presbytero non baptiz. Ant.* RICCIVLLVS tr. *de neophytis* adiectus tr. de *iure perſon. extra eccleſiae gremium exiſtent.* Romae 1622.

(*c*) *B. Parens* in *iure Eccleſ. lib. I. tit.* 1. *§.* 61. *Jo. Gottl.* GONNE de *probatione religionis §.* 26. LONDORP *Acta Publ. tom. VI. lib.* 3. *c.* 33. *art.* 39. *p.* 46. SCHAVROTH *in Concl. corp. Euang. tom. II. p.* 529. *tom.* 3. *p.* 699. 714.

§. 77. Status eccleſiaſtici *ſpeciales* determinantur per ſpecialem qualitatem membrorum eccleſiae, quam habent vel ratione *officii in eccleſia*, vel per *vitam religioſam*, Complexus functionum eccleſiaſticarum ex fine eccleſiae in aliorum vtilitatem obeundarum conſtituit *officium* in eccleſia: idque vel *ſacrum* eſt, quod verſatur in functionibus ad *miniſterium*, V. D. pertinentibus, vel *eccleſiaſticum*, quod in miniſterio non verſatur, quo tamen adminiſtrantur alia, quae ad eccleſiam pertinent.

§. 78. Ab *officio ſacro, in certa eccleſia alicui collato*, iure antiquo tantum aeſtimatus eſt

STA-

STATVS CLERICALIS. In isto constituti, *clerici* dicti sunt: inter quos pro *gradu officii*, seu *ordinis*, praecipui fuerunt *Episcopi*, *presbyteri*, et *diaconi* (§. 26.); iisque accesserunt lectores, cantores et ostiarii (*a*). Sine officio sacro in certa ecclesia, non intelligebatur clericus; quod adeo verum est, vt ordinatio eius irrita haberetur (*b*). Sequiori aeuo inde a sec. XII. haec immutatio invaluit, vt sola POTESTAS MINISTERII, tamquam *facultas*, seu potentia, *auctoritate ecclesiae collata, peragendi functiones, quae ministerio V. D. insunt*, separatim collata sit sub ORDINIS appellatione, et in ea *destinatione ad ministerium* posita tota ratio *status clericalis* (*c*). Hoc sensu Christiani distinguuntur in CLERICOS, *qui auctoritate ecclesiae ad ministerium canonice dicantur*, et in LAICOS, *qui ad illud non dicantur* (*d*). Quae canonica destinatio, inter Catholicos aeque ac inter Protestantes, *in specie* peragitur *collato ordine*: ideoque clericus est, *cui collatus est Ordo*. Sed seruatur praeterea in ecclesia Romana *generalis* destinatio *per primam tonsuram* data (*e*): in eaque ideo clerici vel *ordinati* sunt vel *tonsurati* (*f*).

(*a*) Numerum clericorum Iustinianus in Nov. 3. et 6. eorumque *creationem* seu ordinationem in Nov. 123. et 137. sanctione ciuili definiuit.

(*b*) c. 1. c. 2. D. 70.

(c) *Bernh.* Zeger VAN ESPEN in *Iure eccles. uniuerso* p. 2. *sect.* 1. *tit* 8. c. 6. tom. I. *oper.* nouae edit. de a. 1753. p. 515. *Lud.* ENGEL in *Collegio vniu. iur. Can. lib. I. tit.* 55. §. 1.

(d) c. 7. C. 1. *qu.* 1. *c.* 1 D. 21. Eodem sensu *Claud.* FLEVRY *in inst. iur. eccl.* P. I. c. 3. §. 2. clericos vocat *Christianos seruitio ecclesiae dicatos. Gratianus* post c. 41. c. 2. *qu.* 7. [Atque hoc solum sensu *diuinitus institutam* s. *diuini iuris* esse censent hanc distinctionem.]

(e) *Ceremonia* est, qua quis interueniente solenni crinium resectione *canonice* praeparari et disponi dicitur ad ordinem suscipiendum. c. *vlt. de temp. Ordinat. in* 6. Origines eius ad sec. VII. refert *Io.* MORINVS *de ordinat. P.* 3. *ex.* 15. c. 3. Conf. *Lud.* THOMASSINVS *de vet. et noua eccl. discipl. P.* I. *L.* 2. c. 3. [Testimonium super tonsura collata a. 1452. Comiti Bertoldo de Henneberg ab episcopo Nicopolitanensi Episcopi Wirceb. vicario gen. in pontiff. vide in SCHVLTES *Gesch. Hennebergs.* T. II. n. 204. p. 274. Verba huc pertinentia sunt: *Tonsuram primam contulimus clericalem, iuxta morem ecclesie Romane, ascribentes ipsum militie clericali.*]

(f) c. 6. X. *de transact.* c. 11. X. *de aetat. et qual. praef.* c. *vlt.* X. *de temp. ord. in* 6.

§. 79. STATVS vero in specie ECCLESIASTICVS vocatur, quem quis habet per ***collatum officium in ecclesia;*** siue hoc sit ***officium sacrum,*** siue officium ***ecclesiasticum.*** Vocantur inde personae vel ECCLESIASTICAE vel POLITICAE (*a*), prout vel ***sunt in officio ecclesiae,*** vel ***in eodem non sunt.*** Ex quibus intelligitur, clericos, ***qua tales,*** non esse in officio sacro (*): nec tamen ***omnes personas ecclesiasticas*** esse clericos (*b*).

(*a*) Ita in *Instr. pac. Osn. art.* XVII. §. 2.

(*) Sed ad officium sacrum destinatos.

(*b*) *Clerici* et *personae ecclesiasticae* distinguuntur in c. 12. *de elect. in* 6. et passim. ESPENIVS *in obs. ad Canon. Gregorii X. tom.* IV. *op. p.* 129.

§. 80. Per obligationem solennem ad ***vitam religiosam*** determinatur STATVS RELIGIOSVS

seu

feu REGVLARIVM, in quo funt, qui ad *vitam, in actibus religiofis ex praefcripta norma feu regula peragendam folenniter obftringuntur: regulares* dicti, quibus opponuntur *feculares. Clerici* non minus, quam *laici,* regulares et feculares effe poffunt.

(*) Huic titulo egregie illuftrando inferuit *Dan.* NETTELBLADT *repraefentatio membrorum tam ecclefiae Romano-Catholicae, quam Euangelicae; in Obff. iur. eccl. num.* I. II.

TIT. II.

DE DISCRIMINE CLERICORVM RATIONE ORDINVM IN ECCLESIA ROMANA.

ARGVMENTVM.

§. 81. *Ordinum gradus.* 82. *Ordinum maiorum clerici.* 83. *Quatuor ordinum minorum clerici.* 84. *Effectus ordinum collatorum.*

§. 81. *Ordinis,* cuius in clerico praecipua ratio habetur (§. 78.), plures introducti funt *gradus* in ecclefia Romana: cum *minifterium* confideretur tamquam complexus plurium functionum, ad illud pertinentium, eique annexarum; inter quas praecipua ratio habetur *facerdotii,* feu facultatis celebrandi facrificium euchariftieum (*a*). Per fingulos ordinis gradus defignatur *facultas* feu *potentia, peragendi functiones determinatas minifterii.*

(*a*)

(a) *Io.* MORINVS *de sacris ecclesiae ordinat.* P. III. c. 2. §. 6.

§. 82. Ordines *maiores* et *sacri* vocantur, quibus tribuitur facultas peragendi ea, quae *ipsam sacerdotii functionem* concernunt. In his constituti, *clerici maiorum ordinum* dicuntur. Inter quos I. alii sunt *in sacerdotio*, quibus datur facultas ad ipsam functionem sacerdotii, *presbyteri* videlicet, ceu sacerdotes simplices, et *episcopi*, ceu sacerdotes maiores, vocati simul ad functiones *speciales*, sacerdotio annexas (a); alii II. sunt *in ministerio*, quibus tribuitur capacitas, *sacerdoti operas vulgares praestandi in functione sacerdotii*, qui prout sacerdoti vel immediate vel mediate assistunt, *diaconi* vel *subdiaconi* vocantur (b).

(a) Qualia sunt potestas ordinandi, confirmandi, consecrandi, vngendi reges, chrisma conficiendi: cujusmodi actus ordinis episcopalis PONTIFICALIA dicuntur c. 1. §. 8. 9. D. 25. c. 9. X. *de aetate et qual. praefic.* I. *Val.* EYBEL *introd. in ius eccles. lib.* 2. §. 164. *p.* 119. BINGHAM *lib.* II. *Cap.* I. §. 1. sq.

(b) c. 1. §. 8. 9. D. 25. c. 1. §. 7. 8. 11. D. 21. c. 2. §. 3. X. *de Sanct. trinit.*

§. 83. Ordines *minores* et *non sacri* vocantur, quibus datur *facultas, obeundi in ecclesia determinatas functiones, quae sacerdotio ex usu ecclesiae sunt subordinatae,* quales in officio *ostiarii, lectoris, exorcistae, acolythi* continentur (a). A collata potestate obeundi ea, quae sub praedic-

tis

tis officiis olim continebantur, (§. 78.) *clerici minorum ordinum* vocantur.

(a) c. 1. D. 21. c. 1. D. 25. c. 16. 17. 18. 19. D. 23. De eorum origine vid. *Io.* MORINVS *de ordinat.* P. III. *ex.* 11. c. 1. p. 152.

§. 84. Clerici, *qua tales*, diſtinguuntur a *collato ordine*: et vi huius tantum *potentiam* habent ea, quae *ſui ordinis* ſunt, peragendi, a qua *validitas actus* aeſtimatur (a), non vero *ius*, eadem in certa eccleſia exercendi: quod aliunde pendet, videlicet a *collato officio* vel alia *ſpeciali conceſſione* (b). Differt inde *clericus in genere*, cui vel *ſolus ordo*, vel *ſola prima tonſura* data eſt (c), a clerico, *certae eccleſiae* adſcripto ad functiones in ea exercendas.

(a) c. 1. X. *de ordinatis ab epiſc. qui renunc.*
(b) *Auguſtini* BARBOSA *in iure eccleſ. lib.* I. c. 34. n. 35.
(c) Hanc in rem obſeruandum, 1) *minores* ordines non conferri eorum obeundorum cauſa, ſed vt his velut gradibus, licet eosdem ipſo exercitio non ingrediantur, conſcendant ad maiores: ideoque monet MORINVS l. c. P. III. *ex.* 11. c. 1. p. 159. ab omnibus ſuſcipi hos ordines, ſed numquam ab his, qui eos ſuſceperunt, exerceri; praeſertim cum officium *oſtiarii* et *acolythi* vtplurimum a laicis, officium lectoris et exorciſtae a presbyteris exerceatur: deinde 2) nec *diaconos* vel *ſubdiaconos* conſtitui, vt habeantur, qui diaconorum vel ſubdiaconorum functiones obeant, quippe quas ſupplent ipſi presbyteri, ſed vt etiam per hos ordines aſcendatur ad presbyteratum; quod agnoſcit ESPENIVS *in iur. Eccleſ. P.* I. *tit.* 1. §. 8 *et* 13. Presbyteros, in genere ordinatos, *Vtopienſes* vocat *Franc.* DVARENVS *de ſacris eccleſiae miniſteriis lib.* I. c. 16. p. 110. vt ab aliis, qui certas eccleſias regunt, diſtinguantur. Ex quibus intelligitur, quam otioſa cum *ipſa tonſura* ſit illa *ordinum* et *clericorum* diuiſio, ſuo merito a noſtratibus repudiata.

Tit. III.

DE DISCRIMINE CLERICORVM RATIONE OFFICIORVM IN ECCLESIA EVANGELICA.



ARGVMENTVM.

§. 85. Clericorum nullum discrimen ratione ordinis. 86. Discrimen eorum ratione officiorum sacrorum, horumque subordinationis, 87. ratione inspectionis ecclesiasticae. 88. Ad simplicia munera ecclesiastica admoti, clerici non sunt.

§. 85. Ratione *ordinum* in ecclesia euangelica Germanica nullum est clericorum discrimen: conuenire enim visum est, *ordinem*, seu ministerii potestatem referre ad *actus omnes, qui ministerio insunt.* Seruatur tamen inter clericos discrimen a qualitate *officii sacri*, eiusque *subordinatione*; idque ad analogiam *primitiuae* ecclesiae.

§. 86. Officium *sacrum* vel in *sola administratione eorum*, quae *ordinis* sunt, versatur, vel annexam simul habet *inspectionem ecclesiasticam in plures ecclesias.* Ratione *solius officii sacri* I. clerici sunt vel PASTORES seu PRESBYTERI, qui ad obeundum exercitium *omnium actuum*, ad ministerium pertinentium, vel PRAEDICATORES *seu* CONCIONATORES, qui ad solum *officium praedicandi* in certa ecclesia constituuntur. Inter plures

eius-

eiusdem ecclesiae pastores, ratione *subordinationis* (a) intercedit discrimen; inter quos alius est PASTOR PRIMARIVS, cui simul directio sacrorum in eadem ecclesia committitur, alii *subleuandae functionis pastoralis* causa eidem adiuncti, DIACONI, vel SVBDIACONI vel *simili appellatione* distinguuntur.

(a) Io. BRVNNEMANNVS in *iur. Eccl.* L. 3. c. 1. §. 15. *Dav.* MEVIVS P. 3. *dec.* 218. *Casp.* ZIEGLERVS *de diaconis et diaconiss. cap* 8. *B. Parens* in *iure ecclesiast. Lib.* I. *tit.* 23. §. 18. Similes eisdem sunt *vicepastores*, de quibus agit ESPENIVS *Iur. Eccl.* P. I. tit. 3. c. 2.

§. 87. II. Ratione *inspectionis ecclesiasticae, alicui per plures ecclesias commissae,* dicitur SVPERINTENDENS seu *inspector:* cuius idem est ac EPISCOPI in primitiua ecclesia officium, qua appellatione eundem Hieronymus designat (a).

(a) *in* c. 5. D. 95. c. 24. D. 93.

§. 88. Officia, quibus tantum certae functiones in *executione actuum ordinis* praestantur, *mere ecclesiastica* sunt, nec ordinem annexum habent. Qui ad illa constituuntur, veluti *custodes* seu aeditui, *Cantores, ludimagistri, clericorum* numero non sunt (a) sed *personae ecclesiasticae* et simplices ministri ecclesiae (§. 78.).

(a) Incongrue et in sensu improprio hos *clericos* vocat CARPZOVIVS in *iurispr. eccl. P.* I. *dec.* 75. *n.* 10. eosque cum *clericis minorum ordinum* comparat; nec accurate *clericos* et *personas Ecclesiasticas* a se inuicem discernit. Ob officium, ecclesiae praestandum, eosdem *ministros ecclesiae* appellat *lib.* I. *def.* 75. quo nomine eosdem compellat ESPENIVS in *iur. eccles.* P. I. *tit* 4. c. 2. §. 4. Vid. STRVBEN *Rechtl. Bedenken tom.* IV. N. 63. [Magis inconcinna etiam est appellatio *cleri minoris* passim vsitata.]

TIT. IV.

TIT. IV.
DE IVRIBVS CIRCA ORDINATIONEM IN ECCLESIA ROMANA.

(Lib. I. tit. XI. *de tempor. ordinationum et qualitate ordinand.* Tit. XII. *de ſcrutinio in ord. fac.* Tit. XIII. *de ordinatis ab epiſcopo.* Tit. XIV. *de Aetate et qualit. praeficiendorum.* Tit. XV. *de S. Vnctione.* Tit. XVI. *de Sacramentis non iterandis.* Tit. XVII. *de filiis presbyter. ordin. vel non.* Tit. XVIII. *de ſeruis non ordin.* Tit. XIX. *de obligatis ad ratiocinia ordin. vel non.* Tit. XX. *de corpore vitiatis ord. vel non.* Tit. XXI. *de bigamis non ordin.* Tit. XXII. *de clericis peregrinis.*)

ARGVMENTVM.

§. 89. *Ordinatio.* 90. *Ius ordinandi epiſcopale.* 91. *Ordinationis ſpecies ab eius obiecto.* 92. *Subiectum ordinationis ratione tituli,* 93. *ratione qualitatum,* 94. *vnde dicuntur irregulares,* 95. *rat. ſcrutinii.* 96. *Forma ordinationis. Conſecratio.* 97. *Vis ordinationis.*

§. 89. ORDINATIO ex *nouiori eccleſiae diſciplina* eſt *actus ſacer, quo confertur ordo* (*a*) (§. 78.) Eſt ergo modus, quo quis fit clericus. Peragitur inter ritus ſacros: quos inter eſt *manuum impoſitio,* ritus eccleſiaſticus perantiquus (*b*).

(*a*) Quoad in ordinatione *ſacramentum* quaeritur, eius conſideratio eſt *theologica. Iuridice* accepta conſideratur tamquam *ceremonia ſacra, qua inaugurantur clerici, iisque ordo confertur:* prout eam deſcribit BENEDICTVS PP. XIV. *de ſynodo dioeceſana p.* 299.

(*b*) *B. Parens in iure eccl. lib.* I. *tit.* XI. §. 11. 16.

§ 90. IVS ORDINANDI eſt ius *ſtatuendi de his, quae collationem ordinis concernunt:* in eoque continetur ius, ordinationem *decernendi,* et dandi aliis *licentiam* ordinandi (*a*). Eſt illud pars poteſtatis eccleſiaſticae, epiſcopis vindicata ex inſtituto eccleſiaſtico (*b*). Vnde et ipſa *functio ordinationis* actibus *ordinis epiſcopalis* accenſetur (*c*).

(*a*) c. 3. X. *de temporibus ordinat. in* 6.

(*b*) Hoc aperte agnoſcit *Franc. de* ROYE *in inſtitut. iur. Can.* lib. I. c. 10 p. 51. et ſuboſcure ESPENIVS *in iure eccl. P.* 2. *Sect.* 1. *tit.* 9. c. 2. Conf. c. 24. D. 93. *Dav.* BLONDELLVS *de epiſcop et presbyt. Sect.* 3. *p.* 309. Imaginarius ordinationis conceptus eſt, quo non ex *iure eccleſiae,* ſed quaſi per manum ex opinata ſucceſſione epiſcoporum in locum apoſtolorum poteſtas ordinandi deducitur. *Dionyſ.* PETAVIVS *de poteſtute conſecrandi ſacerdotibus a Deo conceſſa.*

(c) c. 1. 2. 3. X. *de temporibus ordinat. in* 6. [In epiſcopo, qui valide ordinare poſſit, requiritur, non ſolum vt ſit conſecratus, ſed etiam, quia poteſtas eius intra dioeceſeos limites continetur, vt ſit *proprius* ordinandi, vel ratione *domicilii*, vel *originis*, vel *beneficii*, vel *familiaritatis* triennalis. Quodſi proprius ordinando literas *dimiſſoriales* dedit, etiam non proprius rite confert ordinem. In quibusdam caſibus attenduntur etiam *dimiſſoriales praelatorum regularium:* ſed hoc ex priuilegio papali. Cf. *Damaſc.* KLEINMAYRN *vetus et noua diſciplina de proprio ordinandor. epiſcopo.* 1763. THOMASSIN *vet. et noua diſcipl.* P. II. l. I. c. 1. HEDDERICH *Elem. iur. can.* P. II. c. 62. 63. SCHENKL *Inſt. iur. eccl. P.* II. *Sect.* I. c. 1. §. 414.]

§. 91. Quot ſunt ordines, tot habentur *ordinationum ſpecies*, quibus ſingulis confertur poteſtas peragendi ea, quae ſingulorum ordinum ſunt. Conferri vero debent *per gradus* et ſeruatis *interſtitiis* (*a*), intra quae in ſingulis ordinibus ſubſiſtendum eſt.

(*a*)

(a) c. 1. 2. D. 59. c. 1. 2. D. 77. c. vn. X. *de Clerico per ſaltum promoto.* LEO ALLATIVS *de aetate* et *interſtitiis in ordine ſeruand. p.* 69. *Lud.* THOMASSINVS *de diſcipl. eccleſ. P.* I. *lib.* 2. c. 36.

§. 92. *Titulus ordinationis* iure *antiquo* eſt officium ſacrum, in certa eccleſia obeundum: ſine quo nemo poterat valide ordinari (§. 78). (*a*). Ex *nouiori* eccleſiae diſciplina *tituli,* in hoc ſenſu, nulla amplius ratio habetur, et omnis ordinatio eſt *abſoluta.* Alio eoque nouo ſignificatu pro titulo ordinationis habetur *ſufficiens vitae ſubſidium ad vitam clerico conuenientem agendam* (*b*). Talis eſt titulus vel *beneficii,* vel *patrimonii* certi et ſufficientis, vel *paupertatis* (*). Ordinatio, ſine tali titulo facta, non quidem, vt olim, irrita eſt, ſed ordinator ad ordinatum *alendum* obligatur (*c*).

(*a*) c. 6. *Concil. Chalced.* c. 2. D. 70. ESPEN. l. c. p. 517.
(*b*) c. 4. X. *de Praebend.* c. 13. X. *de aetat. et qualit. praeſ.* Canones circa nouum titulum ordinationis collegit *Io. Petr.* GIBERTVS *in Corp. iur. Can.* Part. II. tit. 9. p. 291. 296. *De ordinatione ad titulum patrimonii et paupertatis* ſcripſit *Io. Chriſt. Wilh. de* STECK. [*Io. Vlr. de* CRAMER *Nebenſtunden* P. XX. obſ. VI.]
(*) Adde titulum *menſae* ſ. *penſionis*, quo gaudet is, cuius ſuſtentationem congruam alius in ſe recepit et literis deſuper datis pollicitus eſt. B. Auctor hunc referre ſolebat ad titulum *patrimonii* nempe *alieni.* — Sed et titulus *paupertatis* ſub alio generaliori, ſcilicet *profeſſionis religioſae* continetur, qui intuitu ordinis mendicantis in ſpecie *paupertatis* dici ſolet. Requiritur titulus ſolum ad ordines majores.
(*c*) c. 2. 4. 16. X. *de praebend.*

§. 93. In ordinando deſiderantur tum 1) *habilitas ab obeundum miniſterium,* tum 2) *qualitates,*

tates, canonibus determinatae, ad illud ex *utilitate ecclesiae* et ex *dignitate ſtatus clericalis* obeundum. Ex illius defectu *incapax* (*a*), et ex harum defectu *inidoneus* et *irregularis* vocatur. *Irregularitas* inde dicitur *defectus qualitatis, canonibus determinatae* (*b*), *ob quam quis impeditur ordines ſuſcipere ſuſceptosue exercere* (*).

(*a*) *Non baptizati et foeminae* incapaces ſunt, et ne valide quidem ordinantur *c* 1. *X. de presbytero non baptizato* c. 25. 29. *D.* 23. *Arn.* CORVINVS *de beneficiis et perſ. eccleſ. L.* 2. *tit.* 16. §. 4.

(*b*) *c.* 18. *X. de ſentent. excommunic.* Vocabulum *irregularitatis* ante ſec. XIII. ignoratur, et ab hoc demum tempore multa ad irregularitatem relata ſunt. ESPEN *I. E. P.* 2. *S. I. tit.* 10. *c.* 1. §. 5. *Iul.* CAPONVS ICt. Neapol. in *inſtit. iur. Can. L.* 1. *tit.* 25. *p.* 159.

(*) Adeoque de iure etiam ad beneficia, quae officii adnexa ſunt, adipiſcenda incapax redditur. Sed hoc non ſemper attenditur.

§. 94. Contrahitur (*) *irregularitas* 1) ex defectu *aetatis*, ſingulis Ordinibus ſtatutae (*a*), 2) *natalium legitimorum* et *ingenuorum* (*b*), et 3) *ſcientiae* (*c*), 4) ex vitio *corporis*, executionem ordinis impediente, vel ſcandalum pariente (*d*), 5) ex iudicio *ſanguinis*, quod quis egit vel promouit (*e*), 6) ex *bigamia*, in quam quis etiam incidiſſe creditur per *ſecundas nuptias* vel per nuptias *cum vidua* (*f*), 7) ex *crimine publico* et manifeſto (*g*), 8) ex *homicidio voluntario* (*h*), 9) ex obligatione ad *rationes* ex *adminiſtratione* publica vel priuata reddendas (*i*). In his impedimentis epiſcopis diſpenſandi

ius

ius eſt (*k*), niſi ſint Pontificis diſpenſationi reſeruata.

(*) Generatim omnem irregularitatem deſcendere tradunt vel ex *defectu*, vel ex *delicto*, eandemque eſſe vel *totalem*, vel *partialem*, itemque vel *temporalem*, vel *perpetuam*.

(*a*) In Minoribus ſufficit aetas ſeptennio maior: in ſubdiacono XXII in diacono XXIII. in presbytero XXV. annus incoeptus, in epiſcopo XXX. exactus deſideratur c. 1. *D.* 77. *Clem.* 3. *de aet. et qual. praef.* c. 7. *X. de Elect. Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *de ref.* c. 12.

(*b*) c. 1. 4. 8. *X. de ſeruis non ordinandis* c. 7. 14. 17. 18. *X. de filiis presbyterorum.*

(*c*) In *minoribus* ordinibus ſaltem peritia linguam latinam legendi et ſcribendi, in *maioribus* ſcientia ad functionem ordinis neceſſaria deſideratur. *Conc. Trid.* c. *I.* c. 4.

(*d*) c. 6. *D.* 55. c. 2. 4. *de corpore vitiatis*, c. 2. *X. de Clerico aegrotante.*

(*e*) c. 5. 9. *X. ne cler. ſecul. negot.* c. 4. *X. de rapt.* c. 10. *X. de exceſſ. prael.*

(*f*) c. 34. *D.* 50. c. 1. 2. *X. de bigamis non ordinand.*

(*g*) c. 23. *D.* 50. c. vlt. *X. de teſtib.*

(*h*) c. 24. *X. de homicid.* c. 3. *eod. in* 6. *Clem. vn. eod.*

(*i*) c. 1. *de obligatis ad ratiocinia.*

(*k*) c. 1. *de aet. et qual. praef. in* 6. c. 12. X. *de fil. presb.* c. 1. 2. *eod. in* 6. c. 1. X. *de corp. vitiatis.* c. 2. 4. X. *de bigam. non ordinand. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *dec.* 2. *de ref.* c. 6. *Pirrh.* CORRADVS *de praxi diſp. L.* 3. c. 6. *n.* 9.

§. 95. Decernendae ordinationis cauſa requiritur SCRVTINIVM, ſeu *inquiſitio in ea, quae ſecundum canones in ordinando deſiderantur.* Dirigendum eſt tum in *titulum* ordinationis, tum in *impedimenta canonica*, tum in *ſcientiam* ordinandi, praeuio *examine* (*a*).

(*a*) c. vn. *de ſcrutinio in ordine faciendo* c. 1. X. *de eo qui furtiue ordines ſuſcepit* c. 45. X. *de Simoniac.* c. 13. *de electione. Petr.* GIBERTVS *l. c. tit.* 9. *Sect.* 26. *p.* 284.

§. 96. Ordinatio facienda eſt ex *forma ſolenni* in eccleſia recepta (*a*), et *tempore* per canones

nones definito (*b*). Solennior eſt *epiſcopalis*, qua ordo epiſcopalis confertur, quae ab interueniente chriſmatis *vnctione* ſpeciatim CONSECRATIO vocatur (*c*).

(*a*) c. 8. 11. 15. *ſq.* D. 23. *c.* 3. 9. 16. X. *de tempor. ordin. c. vn.* §. *pen.* X. *de ſacr. vnct.* Io. MORINVS *de ordinat. P. III. exerc.* 2. *et ſeq.*

(*b*) c. 5. *D.* 75. *c.* 1. 3. 8. X. *de temp. ordinat.* [*Conc. Trident. Seſſ.* XXIII. c. 11. 13. 14. *de reform.* c. 14. *de temp. ord.* Ad maiores ordines conferendos deſtinata ſunt ſex Sabbata; videlicet *Sabbata quatuor temporum*, *Sabbatum ſitientes* (quod praecedit dominicam Paſſionis) et *Sabbatum ſanctum*. Praeter haec nonniſi priuilegio Pontificali inſtructo ordinare licitum, quale Epiſcopis Germaniae per facultates quinquennales concedi ſolet. Seruanda ſunt praeterea interſtitia, de quibus ESPEN P. II. T. X. c. V.]

(*c*) c. 7. D. 23. c. 1. 4. *et* 64. c. 1. 2. D. 66. c. *vn.* X. *de ſacra vnct.* *Pontificale Rom. p.* 75.

§. 97. Ordinatio canonice peracta 1) *potentiam* tantum dat ſacra, quae *cuiusque ordinis* ſunt, *valide* peragendi; 2) *ſtatum clericalem* tribuit iuraque et commoda eidem annexa; 3) *iterari* non debet, et ſi quid in ea non legitime actum, caute tantum ſupplendum (*a*). Denique 4) *ordinationi maiorum ordinum*, qui in ſacerdotio ſunt, ea vis aſſeritur, vt *characterem* imprimat, qualis nec deleri nec auferri poſſit: quamquam eius vis et virtus ab eccleſia ſuſpendi queat (*b*).

(*a*) c. 10. D. 67. c. 25. C. 1. *qu.* 7. c. 1. X. *de ſacram. non iterand.*

(*b*) c. 97. C. 1. *qu.* 1. *Conc. Trident. ſeſſ.* 23. *de ref.* c. 4. GONZALEZ *in Comm. ad Decret. tit. de Clerico excomm. depoſito vel interd. miniſtrante n.* 7. *Tom. V. p.* 420. Io. MORINVS l. c. P. III. *ex.* III. c. 1. ex. V. c. 9. §. 10. Subdiaconatus et ordines minores characterem non imprimere cenſentur. *Idem* l. c. ex. XI. c. 1.

TIT.

TIT. V.

DE IVRIBVS CIRCA ORDINATIONEM IN ECCLESIA EVANGELICA.

ARGVMENTVM.

§. 98. *Ius ordinandi eiusque exercitium.* 99. *Ordinationis titulus.* 100. *Qualitates ordinandorum.* 101. *Scrutinium.* 102. *forma ordinationis.* 103. *Eius effectus.*

§. 98. Iura circa ordinationem in *ecclesia Euangelica specialius* determinantur tum per *politiam* ecclesiae, tum per veram *indolem ministerii.* IVS ORDINANDI (§. 90.) est ius *ecclesiae* (*a*). Eius EXERCITIVM in *decernenda* ordinatione eaque aliis committenda est penes *iudicia ecclesiae* (*b*): ipsa FVNCTIO *ordinationis* vero penes *superintendentes*, vel in horum defectu apud alios *ordinatos*, quibus ex *decreto iudicii ecclesiastici* committitur (*c*).

(*a*) Vid. ARTICVL. SMALCALD. *tit. de potestate et iurisd. episcop.* LVTHERI sententiam neruose proponit *Vit. Lud.* DE SECKENDORF *in hist. Lutheranismi lib.* 3. §. 22. p. 60. 61.

(*b*) Vid. formula *de ecclesiae gubernatione de* a. 1545. apud SECKENDORFIVM l. c. *lib* 3. §. 119. *n.* 13. p. 524. CARPZOVII *iurisprud. eccles. lib. I. tit.* 4. *def.* 51. *Christ.* WEBER *de iure Consistoriorum c.* 27. *sect.* 6.

(c) Ordinatio, olim subinde a *presbyteris* peracta, ex *instituto ecclesiae* praecipuam functionem *episcopi*, seu *superintendentis*, constituere coepit. Huc pertinet sententia Hieronymi in c. 24. D. 93. *Quid enim facit, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter non faciat.* Vid. *Dav.* BLON-

BLONDELLVS l. c. *Casp.* ZIEGLERVS *de episcopis lib.* 3. c. 8. *n.* 11. 15. nec non in tr. *de Superintendente cap.* 14. *Io.* BRVNNEMANN *ius eccl. lib. I. c. V.* §. 19. [Interdum *Doctoris Theologiae* dignitati hoc tributum est, vt ea gaudentes, etsi non ordinati, alios tamen rite ordinarent. LEDDERHOSE *Hessen-Cassel. KirchenR. Abschn. I. Hauptst. I.* §. 4.]

§. 99. Ordinatio tantum *vna* est, eaque hoc *solo fine* fit, vt quis habilis declaretur ad ministerium, eique facultas ad functiones ministeriales in ecclesia obeundas tribuatur. Hinc *Titulus* ordinationis, est *generalis*, isque *vnicus*, videlicet *functio officii sacri* (*a*).

(*a*) Arg. c. 6. *Concilii Chalcedon. c.* 2. D. 70. *Io.* BRVNNEMANN l. c. p. 22. *Car. Wilh.* LOESCHER *de ordinat. sine titulo clerico protestantium collata licita et vtili.*

§. 100. In *Ordinandis* exiguntur *qualitates*, quas indoles ministerii et existimatio status ecclesiastici requirit; prout vel *iure diuino*, vel *ordinationibus ecclesiasticis* sunt definitae (*a*). Iuris-Canonici sanctiones (§. 94.), quoad cum his conspirant, nec cum *aliis doctrinis ecclesiae* pugnant, *in subsidium* obtinent.

(*a*) *I. Tim. III. Tit. I.* 6. 7. 8. *Aetas XXV. annorum* definita est in plerisque ordinationibus. Vt ordinandi *indigenae* sint, non desideratur, nisi vbi id iure particulari cautum est.

§. 101. Ad decernendam ergo ordinationem requiritur *scrutinium*, quod est penes *consistorium* (§. 98). In eo tam *doctrinae* et *scientiae*, quae praeuio examine fit, quam reliquarum

rum *qualitatum* inueſtigatio ſit, non quidem more iudiciario (*a*), per idonea tamen vitae morumque teſtimonia ita inſtruenda, vt de iis ſufficienter conſtet (*b*).

(*a*) c. 43. §. 1. *de elect. in 6.*
(*b*) De ſcrutinio rite inſtituendo agit B. *Parens* in Iur. eccl. lib. 1. tit. 12. §. 9. Inſtituto laudabili erecta paſſim ſunt *ſeminaria Candidatorum*; vel habentur *matriculae exſpectantium Candidatorum*, in quas ſtudiorum omnesque vitae eorum rationes rite exploratae referuntur, ſeruata curatiori in eorum vitam inſpectione: de quibus vid. *Ordinat. eccleſ.* D. Sax. Erneſti de a. 1667. p. 26. et *Haſſiaca* de a. 1723. p. 31. et *Conſtitutio regia* d. 27. Sep. 1735. in *Corp. Conſtit. Calemb.* tom. I. p. 889. [Huc quoque pertinet prudentiſſimum Sacri Senatus Hannoverani inſtitutum *Ephoratus* circa ſtudia et mores indigenarum Theologiae ſtudioſorum in Academia Georgia Auguſta moderanda, ſuperiore anno inchoatum.]

§. 102. Ordinatio facienda eſt ex *forma in eccleſia approbata* (*a*), et quidem vel *die dominico* vel alio *feſto* (*b*), publice *in eccleſia*: et ſatis fini eius conuenienter peragi ſolet in *eccleſia principali* totius prouinciae vel dioeceſeos. Cum vnice ex ſalute eccleſiae peragenda ſit: *gratis* nec ob pretium conferenda eſt (*c*); etiamſi non reprobentur honoraria, iam olim probata (*d*).

(*a*) Forma, a *Luthero* ad rationes miniſterii in Euangelio conſtituti adornata, repetita fere eſt in omnibus Conſtitutionibus eccleſiaſticis.
(*b*) c. 1. D. 75. c. 3. X. *de temporib. ordinat.*
(*c*) *Conc. Chalced.* c. 2. c. 1. C. 8. *qu.* 1.
(*d*) Nov. 56. c. 1. nov. 123. c. 3.

§. 103. Per ordinationem *generatim* confertur omnis *poteſtas miniſterii*; nec quis ſine ea

officio

officio ſacro in eccleſia defungi poteſt (*a*). Nec ratio intelligitur, cur ſemel *legitime* collata, iteranda ſit (*b*): quamquam in qualibet *officii ſacri* collatione ſpecialis *introductio* interueniat, ab *ordinatione* omnino diuerſa.

(*a*) c. 1. X. *de clerico non ordinato miniſtrante.*
(*b*) *Io.* SCHILTER *in inſtit. iur. Can.* lib. 1. tit. 15. §. 6. *Io.* BRVNNEMANN l. c. lib. 1. c. v. §. 11.

Tit. VI.

DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS CLERICORVM IN GENERE.

(Lib. III. Tit. I. *de vita et honeſtate clericorum.* Tit. II. *de cohabitatione clericor. et mulierum.* Tit. III. *de Clericis coniugatis.* Tit. L. *Ne clerici vel monachi ſecular. negotiis ſe immiſceant.* Lib. V. Tit. XXIV. *de clerico venatore.* Tit. XXV. *de clerico percuſſore.*)

ARGVMENTVM.

§. 104. *Ex ſtatu clericali deſcendit Obligatio ad vitae honeſtatem,* 105. *ad decorum clericale,* 106. *vt abſint a negotiis ſecularibus.* 107. *Obligatio ad coelibatum.* 108. *Iura clericorum.*

§ 104. Obligationes et iura, quae per *ſtatum clericalem* et *eccleſiaſticum* determinantur, *ad Clericos* in genere pertinent. Vi eius I. obſtringuntur, ad VITAE HONESTATEM in *agendis*

dis, quae *praeceptis religionis* conueniunt, et *omittendis*, quae his aduerſantur (*a*): iisque ideo *ebrietas*, *alea*, conſortiumque *ſuſpectum* cum mulieribus tum *extra* domum, quam *in* domo, multoque magis *concubinatus* ſub poenis arbitrariis fugienda ſunt (*b*).

(*a*) *I. Petr. V.* 3. *Tit. II.* 7. *II. Cor. VI.* 3. c. 1. 4. *D.* 35. c. 14. *X. de Vita et honeſt. clericorum.*
(*b*) c. 15. *X. eod.* c. 3. 4. 6. *X. de Cohabitatione cleric. et mulierum* c. 6. *D.* 82.

§. 105. II. Actiones externas, iure communi non determinatas, *ſtatui clericali conuenienter* attemperare tenentur, quod eſt DECORVM CLERICORVM, per canones et conſtitutiones eccleſiaſticas in veſtitu decenti, in omittenda venatione, in fuga tabernarum et popinarum et in totius vitae decora ratione definitum (*a*).

(*a*) c. 2. 4. 5. 14. 15. X. *de vita et honeſt. clericor.* c. 1. 2. X. *de Clerico Venatore* c. 1. X. *de clerico percuſſore.* *Andr.* DU SAUSSAY *panoplia ſacerdotalis ſeu de venerando ſacerdotum habitu.* Lutetiae Paris. 1658.

§. 106. III. Clerici a NEGOTIIS SECVLARIBVS, iis videlicet, quae in *communem vtilitatem aliorum in republica* ſuſcipiuntur, alieni eſſe obligantur, ne illis tractandis intenti, ab officio ſacro auocentur. Iisdem 1) interdicta eſt *negociatio, venditio et conductio negotiatoria*, exercitium artium *illiberalium* lucri cauſa ſuſcep-

tum

tum (*a*), 2) *praxis* Medicinae, Chirurgiae, et iurisprudentiae (*b*), 3) militia (*c*), 4) *iurisdictionis crimininalis* exercitium (*d*), 5) administratio *tutelae* vel *curae* (*e*). Clerici, his similibusque negotiis sese immiscentes, iudicii ecclesiastici decretis ad officium reuocantur (*f*).

(*a*) c. 1. C. 14. *qu.* 4. c. 1. 6. X. *ne clerici vel monachi secular. negotiis se immisceant.* NOV. 123. c. 6. *Henr.* LINCKIVS *de clerico artifice et negotiatore c.* 3. Iura tamen realia, praediis inhaerentia, exercere, illis non est interdictum. *Michael* GRASSVS de *negotiatione Clericis interdicta* p. 110.

(*b*) c. 1. 3. 6. 9. X. *ne clerici secul. negot.* quorsum pertinet procuratio *negotiorum forensium* et notariatus officium c. 4. 8. X. *eod.*

(*c*) c. 36. D. 50. c. 2. X. *de vita et honest. cler.*

(*d*) *c.* 5. 9. *X. ne clerici secul. neg. c.* 4. *X. de rapt.* Praelatis tamen iurisdictionem criminalem sine *metu irregularitatis* aliis delegare permittitur c. 3. *ne clerici secular. negot. in* 6.

(*e*) *L.* 33. §. 7. *C. de episc. et cler.* [Secus tamen est, ubi *pietatis* causa interuenit, inter propinquos et necessitudine coniunctos.]

(*f*) *c. vlt. X. ne cler. sec. neg.* CARPZOV. *I. E. lib. I. def.* 148.

§. 107. Singularis est *ecclesiae Romanae* disciplina, quod clericos *maiorum ordinum* sub legem *coelibatus* vocauerit, *matrimonio* eisdem sub poena nullitatis et sub grauiori censura interdicto (*a*). *Minorum ordinum* clericis aeque ac *tonsuratis* seruatum est *cannubii ius*, ita tamen, vt coniugati *beneficio*, si quod habent, et spe ad *maiores ordines* adspirandi excidant (*b*). In *ecclesia Euangelica* restituta est clericis, quae

eis *lege diuina* et ex *praxi primaeuae ecclesiae* debetur, *coniugii libertas* (*c*).

(*a*) c. 1. 4. *X. de clericis coniugatis.* Orientalis ecclesiae contraria sententia et praxis et olim fuit et etiamnum est. c. 12. 14. D. 31. c. 6. X. *de Cleric. coniug.* ESPENIVS *in observ. ad Decretum Grat. t. 3. op. p.* 528. Praeconcepta *vitae asceticae* opinio, in coelibatu quaesita, occasionem dedit prohibitioni, ante sec. XI. non nisi *particularibus conciliis* constitutae. Inde et lex Gregorii VII. de coelibatu clericorum graues vbique fere contentiones inter tot clericos coniugatos excitauit, expositas a *Io. Laur.* MOSHEMIO in *Instit. hist. Eccl. p.* 406. Consilia MAXIMILIANI II. de ea abroganda continet eius constitutio de a. 1564. in GOLDASTI *tom. II. Constit. imp. p.* 387. [*G.* CALIXTVS *de coniugio Clericorum* ed. Henke. P. I. II. 1783. 84. 4. *Franc. Ant.* ZACCARIA *istoria polemica del celibato sacro.* Roma. 1774. 8. ins Teutsche übers. von *J. C. Dreyssig*-KOERNER *vom Coelibat der Geistlichen.* Leipz. 1784. BVINCK *coelibatus clericorum firmatus.* Düsseld. 1786. 4.]

(*b*) c. 3. 5. *X. de cleric. coniug. cum rerum ecclesiasticarum substantia per tales* (coniugatos) *soleat deperire.*

(*c*) Conf. SECKENDORFII *hist. Luth. L. I.* §. 166. *p.* 292. *et L. II.* §. 6. *p.* 28. *sq.*

§. 108. Sunt et *iura* clericorum singularia, ex *statu clericali* descendentia, quod 1) gaudeant *priuilegio fori* ecclesiastici (*a*), quod et ad omnes *personas ecclesiasticas* productum est; quod 2) a *muneribus* et *functionibus publicis personalibus* immunes sint (*b*), iisdemque 3) *specialis reuerentia* debeatur, qua vtique digni sunt, qui ministerio *actu* funguntur (*c*).

(*a*) c. 38. *C.* 11. *qu. I. Auth. Statuimus C. de episc. et cler.* c. 3. 12. *X. de foro competente.*

(*b*) L. 6 *C. de Episc. et cler. Nov.* 131. *c.* 5. *c.* 4. *de censib. in* 6. *c.* 3. *et* 7. X *de immunit. eccles.*

(*c*) *Christ.* THOMASIVS *de officio principis Euangel. circa augenda salaria et honores ministror. eccles.* §. 8. *s.* Sanctitas clericorum poena excommunicationis munita est in ecclesia Romana; quod est *priuilegium canonis c.* 29. *C.* 17. *qu.* 4. c. *vn.* X. *de cler. coniug. in* 6. c. 16. c. 54. X. *de sent. excommunicat.*

LIBER

LIBER II.

DE

REGIMINE ECCLESIASTICO.



SECTIO I.

DE REGIMINE ECCLESIASTICO

IN ECCLESIA ROMANA.

TIT. I.

DE REGIMINE ECCLESIASTICO IN GENERE.

(Lib. I. Tit. 33. *de maioritate et obedientia.* Tit. 32. *de officio iudicis ordinarii*).

ARGVMENTVM.

§. 109. *Poteſtas eccleſiaſtica iurisdictionis nomine venit.* 110. *Regimen eccleſiaſticum eſt eius exercitium;* 111. *externum vel internum.* 112. *Partes regiminis E.* 113. *in eccleſiam vniuerſam, et in eccleſias particulares ſubordinatas.* 114. *Syſtema hierarchicum.* 115. *Ratio iurisdictionis hierarchicae.* 116. *Annexa Dignitatibus.* 117. *Quis eius capax.* 118. *Competentia eius.* 119. *Subordinatio intuitu iuris circa ſacra.*

§. 109. Progredimur ad *poteſtatem eccleſiaſticam*, quae ſua natura et ab origine collegialis (§. 7.), et ſucceſſu temporis ad rationes im-

imperii ciuilis efformata eſt, poſtquam quae ad *officium* directionis et inſpectionis epiſcopalis in *prima* eccleſia pertinuerunt, in eccleſia *Romana* epiſcopis ſub colore iuris diuini (*a*) iure proprio vindicata et cum imperio coniuncta ſunt. In ſenſu generali vocatur IVRISDICTIO ECCLESIASTICA (*b*) tamquam *poteſtas publica, definiendi omnia, quae in eccleſia pertinent ad eius ſalutem.* Tamquam *publica poteſtas* efficax facta eſt, poſtquam conjuncta eſt cum *imperio.*

(*a*) Inconcinne prorſus *ex iure clauium et ex iure pascendi* deducitur. Vtroque tantum *miniſterii poteſtas* deſignatur, non coactiua et iurisdictionalis: quod luculenter oſtendit *Marc. Ant.* DE DOMINIS, *de poteſtate eccleſiaſt. lib. V. cap.* 1. *et* 2.

(*b*) *Ant. Dad.* ALTESERRA *in vindiciis iurisdictionis eccleſiaſt. lib.* 2. *c.* 1. 2. 3. *Petr.* LEVRENIVS *de foro beneficiario P. I. qu.* 310. *Iac.* WIESTNER *in inſtitut. Canonicis lib. I. tit.* 32. §. 2. [*Z. B. van* ESPEN *iur. eccl. vniv. P. III. Tit.* 1. 2.]

§. 110. REGIMEN ECCLESIASTICVM eſt *exercitium iurisdictionis*, ſeu poteſtatis *eccleſiaſticae*: eique reſpondet *ſubiectio* et *obſeruantia* membrorum eccleſiae (*a*). SVPERIORES in eccleſia ſunt, quibus competit *regimen eccleſiaſticum*, eique ſubiecti *ſubditi* cenſentur.

(*a*) c. 5. 6. 12. X. *de maioritate et obedientia* c. 11. 16. X. *de Officio iud. Ordinar. Gratianus* poſt c. 41. C. 2. *qu.* 7.

§. 111. Regimen eccleſiaſticum, ratione *obiecti*, vel EXTERNVM eſt vel INTERNVM, prout

vel

vel in poteſtate circa *ſacra externa* vel in poteſtate circa *ſacra interna* exercenda verſatur (§. 2. §. 12) (*a*). Iura quae vtrique inſunt, ſimul ſumta, *plenitudinem poteſtatis* efficiunt: et regimen eccleſiaſticum inde vel *plenum* vel *minus plenum* dicitur.

(*a*) Vid. quae circa hanc monet *Casp.* ZIEGLERVS *de iurib. maieſtatis lib.* I. c. 13. §. 15. Vocatur etiam *ſpiritualis iurisdictio c.* 6. *de praebendis in* 6. Verſatur inprimis in *cura animarum* et in legitimo exercitio eorum, quae *ordinis* ſunt. Actus miniſterii videlicet, quoad validitatem ad *ordinem*, quoad legitimum exercitium ad *iurisdictionem internam* referuntur. Vnde et haec parocho tribuitur c. 12. X. *de poenitent. et remiſſ. Petr.* LEVRENIVS *l.* c. P. 2. *qu.* 443.

§. 112. Partes *regiminis eccleſiaſtici* ſunt *inſpectio eccleſiaſtica efficax* (§. 109.) (*a*), et *directio* ſeu rectoria poteſtas, quae verſatur tam in *iure ſtatuendi* de his, quae pertinent ad eccleſiam (*b*), quam in iure ſecundum *ius conſtitutum definiendi, quod in cauſis eccleſiaſticis iuſtum eſt*, hoc eſt, in *poteſtate iudiciaria.* Poſterior in ſenſu *ſpeciali* vocatur *iurisdictio eccleſiaſtica*; quae vel *ciuilis* eſt, ſi ius dicendum eſt in cauſis eccleſiaſticis, *iura ſingulorum* concernentibus, vel *diſciplinaris*, quae verſatur in *puniendo* eo, quod *aduerſus leges* commiſſum eſt.

(*a*) c. 2. 3. 5. X. *de ſupplenda negligentia praelatorum.*
(*a*) *Iurisdictionem legislatoriam* eam appellat Caſp. BARTHEL *de iure reformandi antiquo* art. 2. §. 8. p. 134. et art. 3. 4. 5.

§. 113. Ex *nexu ecclesiarum omnium*, quo vnita est ecclesia Romana, descendunt iura determinata regiminis ecclesiastici in particulares ecclesias, *quae ex inspectione ecclesiastica* et quae eius intuitu oritur, subordinatione intelliguntur. Divisa est ecclesia Romana I. in DIOECESES, quarum quaelibet est *regio*, *regimini ecclesiastico pleno subiecta*, II. in PROVINCIAS, quarum quaelibet est corpus plurium dioecesium vnitarum: III. in PATRIARCHATVS, tamquam corpora plurium prouinciarum (*). Regimen in *ecclesiam Romanam vniversam* per subordinationem determinatur et continet iura determinata *inspectionis ecclesiasticae*, sub *primatus* nomine (*a*). Regimen ecclesiasticum *particulare*, quoad competit per dioecesim, versatur in exercitio ipsius potestatis ecclesiasticae, et *plenum* est (*b*), licet subordinatum. Quatenus vero competit per *prouincias* vel *patriarchatus*, *determinata* tantum *iura* regiminis ecclesiastici, ex subordinatione oriunda, complectitur.

(*) Descriptio in *Patriarchatus* non aeque ac illa in dioeceses et prouincias per vniversam ecclesiam Romanam protenditur (§. 150.).

(*a*) Aubert. MIRAEI *notitia episcopatuum orbis Christiani lib. I. c.* 21. *sq.* Petr. Ios. CANTELIVS in Metropolitanarum vrbium historia. CAROLI A S. PAVLO *Geographia sacra seu notitia dioecesium omnium veteris ecclesiae* cum notis *Lucae Holstenii*, Amstelodami 1711. Dionys. SAMMARTHANI *Gallia Christiana in prouincias ecclesiasticas distributa*, noua Edit. Parisiis 1715. Vol. X. [*Franc. Xav.* HOLL *Statistica Eccl. Germanicae* T. I. Heidelb. 1779. 8.]

(*b*)

(*b*) *c.* 18. *C.* 24. *qu.* 1. *Eſpen. iur. Eccl. P.* 1. *tit.* 16. *c.* 1. §. 9.

§. 114. Ex nexu eccleſiarum ſubordinato intelligitur *hierarchia eccleſiaſtica*, quae ea eſt eccleſiae Romanae politia, qua *exercitium poteſtatis eccleſiaſticae per eccleſiam eiusque partes inter epiſcopos eccleſiae per ſubordinationem difinitum eſt* (*). Iuris *poſitiui eccleſiaſtici* eſt: ſiquidem in primitiua eccleſia ius omnium epiſcoporum fuit aequale. In *ſyſtemate hierarchico papali*, per proprias pontificum conſtitutiones efformato, poteſtas eccleſiaſtica in pontifice reſidere creditur (*a*): in ſyſtemate *epiſcopali* vindicatur epiſcopis ſaluo nexu ſubordinationis (§. 53.) (b).

(*) *Bonav.* Schalk *über die kirchl. Regierungsform bey den Katholiken.* Frf. u. Leipz. 1789. 8.

(*a*) vid. c. 4. X. *de uſu pallii.* Quaeſtio haec agitata eſt in concilio Tridentino, ſed non deciſa. Pallauicinus in hiſt. Conc. Trid. lib. 18. c. 14. Benedictvs PP. XIV. de Synodo dioeceſana lib. 1. c. 4. p. 11.

(*b*) Hanc ex inſtituto tuetur Io. Lavnoyvs lib. 2. Epiſt. 5. tom. V. op. p. 215. *Petr. de* Marca de *Concordia ſacerdotii et imp. lib. V. c.* 26. ibique *Baluzius* in app. Espen. tom. III. op. p. 554. Io. Petr. Gibert in *Corp. iur. Can. P. II. p.* 9. Defenſa eſt per *Declarationem Archiepiſcoporum Germ.* per *Placita in Congreſſu Emſano* propoſita d. 25. Aug. 1786. Vid. *neue Staats - Canzl. tom. XXI. p.* 303. [Hedderich *Elem. iur. can. P. I. Sect. I. Cap. II. Tit. I.* §. 37. *ſq.*]

§. 115. Iurisdictio, quae vi *poteſtatis eccleſiaſticae hierarchicae* exercetur, propria et ordinaria eſt, et qui ea pollent, ordinarii dicun-

cuntur (*a*). Huic ineſt ius, tum *committendi* aliis eius *exercitium*; vnde iurisdictio *vicaria* oritur (*b*), tum etiam partes determinatas iurisdictionis aliis *concedendi* (*c*): quae ita conceſſa, *delegata* vocatur et ratione cauſarum, in quibus data eſt, *vim* ordinariae iurisdictionis habet.

(*a*) tot. tit. *de Officio iudicis ordinarii* c. 7. *de Officio ordinarii in* 6. *I. P.* GIBERT *l. c.* tom. 2. *tit.* 7. *p.* 79. *et* 100.

(*b*) c 2. de Confuet. in 6. c. 3. de appellat. in 6. *Henr.* PIRRHING in *iur. Can.* lib. I. tit. 29. Sect. 1. §. 1. tom. I. p. 535.

(*c*) *Veluti priuilegio*, cuius vim habet *conſuetudo* et *praeſcriptio immemorialis* c. 6. *X. de except.* c. 18. *X. de praeſcript.* c. 10. *X. de off. archid.* c. 3. §. 8. *de appellat. in* 6.

§. 116.. Officia, quibus hierarchica iurisdictio annexa eſt, *maiora*, et ob *praeeminentiam publicam*, cum iisdem coniunctam, *Dignitates eccleſiaſticae* PONTIFICALES, ſeu PRAELATVRAE in ſenſu ſpeciali vocantur (*a*). Officia, quibus *delegata* iurisdictionis pars cum praeeminentia publica annexa eſt, vocantur *Dignitates* MAIORES vel etiam PRINCIPALES, et in ſenſu generali *praelaturae*. Diſtinguuntur ab his *perſonatus*, qui praeeminentiam publicam, certo officio eccleſiaſtico ſimplici nexam deſignant.

(*a*) *Dignitatis* appellatio hoc ſenſu in nomen *artis* abiit. tot. tit. de *praebendis et dignitatibus*. BENEDICTVS PP.

PP. XIV. de ſynodo dioeceſana lib. 3. c. 1. p. 62. *Henr.* PIRRHING l. c. lib. I. *tit.* 25. §. 3. I. P. GIBERT in iur. Can. tom. II. p. 18.

(*b*) In Concordatis Nat. Germ. de a. 1448. §. 4. recenſentur 1) Dignitates *pontificales*, 2) *maiores* Dignitates in eccleſiis Cathedralibus, et Dignitates *principales* in eccleſiis collegiatis.

§. 117. Iurisdictionis eccleſiaſticae *capax* cenſetur, qui capax eſt vel praelaturae, vel officii, cum quo illa eſt connexa (*a*).

(*a*) Rationem reddit I. P. GIBERT l. c. p. 18. *quod iurisdictio eccleſiaſtica externa ſit iuris poſitiui, ideoque ab eccleſia concedi poſſit cui vult.* De Abbatiſſis et praepoſitis vid. Fr. SCHMIER in iurispr. Canon. lib. I. tr. V. c. 6. §. 6. 113. 114. tom. I. p. 565. Iurisdictionis internae tantum capaces cenſentur clerici c. 10. X. de conſtitut. c. 2. X. de iudiciis. c. 18. X. de foro competent. c. 12. X. de reb. eccleſ. non alienand.

§. 118. Competentia iurisdictionis aeſtimatur ex relatione exercitii iurisdictionis ad certam cauſam. Itaque competentia iurisdictionis *ordinariae*, tam eius quae *iure hierarchico*, quam eius, quae vi *mandati* vel vi *ſpecialis conceſſionis* exercetur, aeſtimatur tum ratione *diſtrictus aſſignati*, tum ratione *cauſarum*, tum ratione *perſonarum* iurisdictioni eccleſiaſticae ſubjectarum (*a*).

(*a*) *c.* 11. *X. de off. iud. c.* 3. 4. *in* 6. *de temp. Ordinat.*

§. 119. Iurisdictio hierarchica, quaqua patet, ratione exercitii, quod per regna et respublicas ſeſe exſerit, ſubordinata eſt *Impe-*

rio

rio ciuili, ideoque ſubeſt iuri maieſtatico circa ſacra (*a*). In Germania ſubiecta eſt iuri maieſtatico Imperii (*b*), et in territoriis principum Imp. iuri territoriali circa ſacra.

(*a*) Vindicias eius in Gallia iam ſec. XIII. egit Philippus Pulcher. Vid. *Hiſtoire du differend d' entre le Pape Boniface VIII. et Philippe le Bel, Paris* 1655.

(*b*) *Art. V. tot. Inſtr. pac. Weſtph.*

TIT. II.

TIT. II.

DE PONTIFICE ROMANO.

ARGVMENTVM.

§. 120. *Pontifex Romanus.* 121. *Iura papalia communia et reseruata.* 122. *Reseruata sunt uel primaria vel secundaria.* 123. *Papatus. Plenitudo potestatis.* 124. *Subiectio erga Pontificem immediata et mediata.* 125. *Subordinatio potestatis papalis.*

§. 120. Primum locum in hierarchia tuetur PONTIFEX ROMANVS, qui est *vrbis Romae episcopus, ad Regimen* ecclesiasticum in *ecclesiam Romanam constitutus* (*a*) (§. 113). Per dignitatem *vrbis* ad praecipuam dignationem, et ad *archiepiscopi* et *patriarchae* praerogatiuam, *honorisque primatum* (*b*), ab hoc per gradus, per artes, per secula ascendit ad *potestatis primatum*, colore *vicariatus diuini* firmatum (*c*).

(*a*) c. 13. X. *de iudiciis* c. 13. *Extrav. Comm. de praebend. et dignit*

(*b*) Monet ESPENIVS *in iur. eccl. P. I. tit.* 21. 3. episcopi, archiepiscopi, patriarchae et primatus honores in gestis pontificum semper distinguendos esse. De origine et incrementis primatus vid. *Elties* DU PIN de *ecclesiae disciplina diss. IV.* *Phil.* MORNAEI *historia papatus* *Sam.* PVFENDORF *von der Monarchie des Stuhls zu Rom.* *Ernst. Sal.* CYPRIANVS *vom Ursprung und Wachsthum des Pabstthums.* [(MILBILLER's) *Gesch. des Hildebrandismus* B. I. II. *Leipz.* 1787. 8. *Pet. Phil.* WOLF's *Gesch. d. Roemisch-Kathol. Kirche unter d. Reg. Pius VI.* B. I. *Einleitung.* Zürich. 1793.]

(*c*) Mirum est, proferri a Pontifice, et ferri in ecclesia potuisse dicteria, *Pontificem non puri hominis sed veri Dei vicem gerere in terris*, c. 3. X. *de translat. episc. Dei*

locum

locum tenere in terris, c. vn. X. vt beneficia sine deminut. *confer*, et *Christi Vicarium agere*, c. 2. 4. X. de translat. episc. c. 4. X. de elect. c. 13. de iudic. c. 8. X. de rerum permut. c. 3. X. de Verb. Signif. in 6. Clem. 2. de Sentent.

§. 121. Iura PAPALIA sunt, *quae pontifici per ecclesiam Romanam competunt*; eaque vel COMMVNIA, quae simul sunt *penes vniuersam ecclesiam*, in concilio generali congregatam, vel RESERVATA, quae sunt iura *ei soli propria*.

§. 122. Iura papalia RESERVATA inde a sec. XI. maxime per dictatus Gregorii VII. constituta, vel PRIMARIA sunt, quae descendunt ex *determinata inspectione ecclesiastiaca* in ecclesiam vniuersam, ideoque sua natura intelliguntur saluo et illaeso iure regiminis ecclesiastici particularis subordinati (*a*), vel SECVNDARIA, quae pendent a *speciali acquisitione* (*b*). Haec in singulis regnis per *specialia concordata* et per *obseruantiam specialem* definita sunt, et in Germania speciatim per *Concordata Nat. Germ. de a.* 1447. et 1448. (*c*).

(*a*) Espen *iur. eccl. P. I. tit.* 16. *c.* 2. *et* 3.

(*b*) Haec originem ducunt *ex spuriis Pseudo Isidori Decretalibus* (§. 55.), quarum praesidio Pontifices vsurpare coeperunt *concurrentem* cum quolibet ordinario *iurisdictionem*, potestatem sibi RESERVANDI *iura* cuiuslibet *ordinarii propria*, eumque in *horum* exercitio PRAEVENIENDI, indeque deductas CAVSAS MAIORES, quae sunt *causae regiminis ecclesiastici particularis, sub colore grauitatis earum, a iurisdictione Ordinarii exemtae et Pontifici reseruatae*. *I. P.* Gibert *in Corp. iur. Can. T. II.* p. 118 *vsque ad* p. 147. Febronivs c. 4. p. 185. *f.* Inter nationum grauamina actum est de iisdem vel tollendis vel restringendis in concilio

Con-

Conſtantienſi, *Baſileenſi*, et tandem in concordatis Nationum. *Io. Chriſt.* BARTHEL *de concordatis Germ. diſſ. prael.* c. *II. S.* 6. *t. I. op.* p. 242. *et diſſ. gener.* c. 2. *S. I.* p. 321. *ſ.* [Prima *cauſarum maiorum* mentio occurrit in Epiſtola Innocentii I. ad Victricium Ep. Rotomagenſem de a. 1404. (editionis noſtrae p. 505.) *vt cauſae maiores poſt iudicium epiſcopale ad ſedem apoſtolicam referantur.* Quorum verborum etſi non ea mens fuerit, vt cauſarum maiorum iudicium ſibi reſeruaret Pontifex, ſed vt tantum de cauſis ab epiſcopali concilio iudicatis de more ad eum referretur, vt Synodus Sardicenſis decreuerat his verbis: *optimum ac valde congruentiſſimum eſſe, ſi ad Petri Apoſtoli ſedem de ſingulis quibusque prouinciis domini zeferant Sacerdotes;* facile tamen patet, in his ipſis relationibus rei per varias artes poſtmodum auctae et amplificatae primas origines eſſe quaerendas. Et nimium ſane ſpuriis *Pſeudo-Iſidori* decretalibus tribuunt, qui ab iisdem prima quaſi fundamenta pontificiae dominationis repetunt. Quin impoſtor ille, quidquid molitus fuerit, non tam noui quid addidiſſe cenſendus eſt auctoritati Rom. Pontificis, quam potius, quae diu ante vſurpata et ab eccleſia quodammodo conceſſa vel dimiſſa fuerant, explanaſſe et in aliorum praeiudicium exemplis demonſtraſſe.]

(c) *Concordata principum* ſub *Eugenio IV.* nec non concordata ſub *Nicolao V.* a. 1448. inita, apud CRAMERVM in *Nebenſt. tom.* 49. *N.* 2. 3. *tom.* 50. *N.* 2. [cf. ſupra §. 64.]

§. 123. *Complexus iurium papalium communium et reſeruatorum in regimine eccleſiaſtico interno et externo per eccleſiam vniuerſam* PAPATVM conſtituit. Iura iſta ſimul ſumta efficiunt *plenitudinem poteſtatis papalis* (*a*).

(*a*) c. 4. X. *de auctorit. et vſu pallii.* [*Clem.* 2. *de ſent. et re iudic.*] *Petr. de* MARCA *de Conc. Sac. et imp. lib. V.* c. 26. §. 5. *ſ.* ESPEN *in iur. eccl. P. I. tit.* 21. c. 3. *nouae edit. Tom. I.* p. 192. *Io.* GERSON *de auctoritate eccleſiae Tom. I. op.* p. 145. Sed de *plenitudinis poteſtatis* ſignificatu admodum contenditur, isque aliter accipitur in *aula Romana.* vid. *Io. Bapt.* BRASCHIVS *de libertate eccleſiae in confer. benef. Tom. III. cap.* 15. p. 290. [Tranſiit ex ſtylo curiae vox *plenitudinis poteſtatis* deinde in aulam Caeſaream, natione aeque ambigua.]

§. 124. Papatui respondent obligationes membrorum ecclesiae Pontificiae, quae vel *subiectionis* vel *obseruantiae* rationem habent (*a*). Dimanauit inde olim mos *Imperatorum* et *Regum*, sub auspiciis regiminis. Pontifici testandi *obseruantiae significationem* per *legatos obedientiae* (*b*). Subiectio vel *immediata* est, quae Pontifici nullo intermedio praelato (*c*), et *mediata*, quae eidem mediante alio praelato debetur. In personas *immediate* subiectas exercet iurisdictionem *immediatam*: in mediatas, iurisdictioni *ordinariorum* subiectas, non nisi *iura reseruata*: quorsum pertinet iurisdictio in suprema instantia (*d*).

(*a*) c. 5. X. *de maiorit. et obed.* c. 13. X. *de iudic.*

(*b*) *Christ. Gottl.* BVDER *de legatis obedientiae Romam missis* cap. I. et II. [Hic mos inde ab Henrico V. vsque ad Leopoldum I. ita obseruatus est, vt legatus *obedientiam* significaret: inde vero a Carolo VI. significat solam *obseruantiam.*]

(*c*) Haec aucta est per frequentes *exemtiones* ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum a iurisdictione ordinariorum. *Erasmus* A CHOKIER de *iurisdictione ordinarii in exemtos deque illorum exemtione ab ordin. iurisdictione P.* I. *qu.* 1. *Ge. Henr.* AYRER *de potestate Pontificis circa exemtiones cap.* II. §. 3. *s.*

(*d*) *Concil. Trident. sess.* XXIV. *de reform.* c. 20. Tribunal Pontificis supremum est *Rota Romana*, de qua vid. *Io. Bapt.* Cardinalis DE LVCA in *relatione curiae Romanae for. t.* III. *op. p.* 96. *s* [et seorsim *Colon.* 1683.] *B. Parens* in Praef. ad *Meuii decisiones* §. X. *s.* [*Notitia congregationum et tribunalium curiae Romanae* auct. *Hunold.* PLETTENBERGIO S. I. *Hild.* 1693. 8. LEBRET *Vorlesung. über die Statistik* T. II.]

§. 125. Poteſtas papalis adſtricta eſt ad *ſacra eccleſiae Pontificiae* (*a*): eaque ſubordinata *eccleſiae vniuerſae*, in *Concilio generali* congregatae; prout agnitum eſt in decretis concilii *Conſtantienſis* et *Baſileenſis* (*). Ratione *reipublicae* iura papalia ſubordinata ſunt *iuri circa Sacra* in ſingulis regnis, et in Imperio R. G. *iuri maieſtatico imperii et imperatoris* (§. 119). Imperatori ſpeciatim competit tum aduocatia, tum *ſublimis inſpectio* in legitimum exercitium iurium papalium (*b*). Ceterum iuri papali nec ſacra eccleſiae *Orientalis* nec ſacra eccleſiae *Euangelicae* obnoxia ſunt (*c*).

(*a*) *Ellies du* Pin *de antiqua eccleſiae diſcipl. diſſ. VII. in qua probatur, pontificem aut eccleſiam nullam habere in reges eorumque bona auctoritatem directam vel indirectam, nec poſſe reges ab ipſis vllatenus deponi, aut eorum ſubditos a fide et obedientia eximi.* *Io.* Schilter de *libert. eccl. Germ. lib. IV. V. VI. Io. Ge.* Estor *in vindiciis libert. eccleſ. Germ. contra appellat. ad Pontif. legat. Sect. IV. Pragmatiſche Geſchichte der Bulle in Coena Domini.* Francof. 1772. [Endres d. *de vero ac genuino libertatis eccleſiarum Germaniae fundamento.* Wirceb. 1774.]

(*) Hinc non attendenda clauſula Bulla Pontificis inſeri ſolita: *non obſtantibus decretis quibuscunque in Vniuerſalibus etiam conciliis editis et edendis.* Ceterum de requiſitis et legitima auctoritate Concilii generalis, tum in cauſis eſſentialibus religionis et vniuerſam eccleſiam concernentibus, tum diſciplinaribus cf. Hedderich *Elem. iur. Can.* P. I. Sect. I. cap. II. tit. III. §. 76 ſq.]

(*b*) *Capitulat. Caeſ. art.* XIV. §. 1. 3. 4. 5. *I. Iac.* Moser *von der Teutſchen Religions - Verfaſſung lib.* 3. *c.* 3. [Tractatio iur. publ. *de Appellationibus et Euocationibus ad Curiam Romanam, ad illuſtrationem art.* XIV. §. III. IV. *et* V. *Capit. Caeſ.* inſerta *Concord. in N. G. integris var. additam illuſtr.* T. II. n. III. p. 105. Hedderich d. *de eo, quod circa recurſum ad Imperatorem ex legibus Germaniae in ſacris ſpeciatim obtinet.* Bonn. 1778. Diſſ. noſtra

 de

de foro in caufis Concordatorum competente P. I. Goetting. 1797.]

(c) Iura papalia inter Euangelicos *omni validitate* et *executione* deltituta declarantur in *Inftr. Pac. Osn. art. V.* §. 19. Conf. *Articuli Smalcald.* tit. *de poteftate Papae.*

Tit. III.

DE CARDINALIBVS.

ARGVMENTVM.

§. 126. *Cardinales, eorumque ordines.* 127. *Confiftorium et congregationes cardinalium.* 128. *Eorum conftitutio.* 129. *De Cardinale, protectore nationis.*

§. 126. Cardinales funt *Praelati, ecclefiis maioribus, quae Romae et in eius vicinia funt, praefecti, et a Pontifice in confilium affumti in regimine ecclefiaftico* per ecclefiam Romanam (*a*). *Senatum ecclefiafticum* Pontificis conftituunt: in quo tres ordines funt Cardinalium, *epifcoporum, presbyterorum* et *diaconorum*, aucti omnes dignitate, prout creuit epifcopi Romani auctoritas, et in proxima poft eum dignitate conftituti. Numerum eorum LXX. definiuit Sixtus V. (*b*). [Inter caetera, quibus gaudent, iura et praerogatiuas, longe potiffimum eft *ius eligendi Pontificem;* cuius quafi annexum eft *adminiftratio ciuilis in terris ecclefiae Romanae,* fede vacante.]

a)

(a) c. 17. *de elect. in* 6. c. vn. *Extrav. Io.* XXII. *de praeb.* c. 3. *X. de postulat.* Cardinalis appellatio olim communis fuit clericis ordinariis [alicuius ecclesiae] ad differentiam aduentitiorum et subsidiariorum c. 2. X. de *off. c. Archipresbyt.* c. 3. 4. *D.* 79. Praecipuum in eligendo pontifice negotium *Nicolaus II.* a. 1050 tribuit episcopis cardinalibus et clericis cardinalibus in c. 1. D. 23. *Lud. Ant.* MVRATORIVS diss. 61. de Cardinalium institutione in om V. *Antiquit. Italiae p.* 156. MOSHEIM *hist. Eccles. p.* 399. [Interdixit aliarum ecclesiarum canonicis hoc titulo vti Pius V.]

(b) *Onuphrius* PANVINIVS *de episcopatibus, titulis et diaconiis Cardinalium p.* 20. *Hieron.* PLATI *de Cardinalis dignitate et officio. Iac.* COHELLII *notitia cardinalatus et de praecipuis Romanae aulae officialibus p.* 21. *Io. Ge.* ESTOR de *Cardinale impubere diatr.* I. *cap.* II. *et* III. [*Xav.* GMEINER *Institut. iur. eccles. P.* I. *Sect.* II. *Cap.* II.] Titulus *Eminentiae* illis tributus est ab Vrbano VIII. a. 1630. vid. *Valent. Ferd.* DE GVDENVS *Codex diplom. Tom.* IV. *n.* 359. *p.* 790. [Rubeum pileum ab Innocentio IV. repetunt. Sed Pauli II. demum decretum fuit, ne quis praeter Cardinales seculares pileum coccineum et colorem coccineum in reliquo ornatu praeferret; id quod tandem a Gregorio XIV. etiam ad regulares productum est.]

§. 127. Vniuersum collegium Cardinalium, coram Pontifice congregatum, *Consistorium*, et causae regiminis ecclesiastici, ad illud ex obseruantia deferendae, *consistoriales* vocantur: in quibus eorum suffragia censentur consultatiua (*a*). *Congregationes Cardinalium* sunt collegia particularia Cardinalium, quibus *certum genus causarum ecclesiasticarum* a Pontifice committitur (*b*).

(a) Cardinalis de LVCA in *relatione Curiae Romanae disc.* 5. *n.* 6. *Petr.* DE MARCA *de conc. sac. et imp. L.* I. c. 9. *n.* 7. 8. *Gabriel* PALAEOTVS *de sacri consistorii consultationibus.*

(b) Quales sunt *Congregatio inquisitionis*, *Congregatio indicis*. *Congregatio pro interpretatione Concilii Tridentini*, *Congregatio super negotiis Episcoporum et Regularium*,

 Con-

Congregatio rituum. Recenſet easdem ESPENIVS in *iure Eccl. P.* I. *tit.* 22. *cap.* III. *vsque ad c.* X. decretisque earundem, niſi legitime publicatis, imperantiumque conſenſu probatis, extra Italiam vim non tribui docet.

§. 128. *Conſtitutio* et *Promotio* eorum fit a ſolo Pontifice in Conſiſtorio Cardinalium (*a*). Ius tamen *nominandi* aliquem, in Cardinalem promouendum, diuturno vſu et obſeruantia Imperatori aliisque Regibus obuenit (*b*).

(*a*) *Io.* MABILLON in Muſeo Italico tom. II. p. 424. [Iuramentum ab iis praeſtandum exhibet LE BRET *Vorleſung. üb. die Statiſtik.* T. II. p. 740.]

(*b*) Vid. *Io. Iac.* MOSERI *Staats - Recht tom.* IV. c. 44. p. 7. [Concilii Baſileenſis decreta de reformandis Cardinalibus *Seſſ.* XXIII. incaſſum plane laborarunt. Immo ex acceptatione N. G. tantum iuris quaeſitum, vt creationes numerum 24. excedentes effectus iuridicos non ſortiantur, nec beneficia eorum, ſi in curia Romana obire eos contigerit, pontifici reſeruentur, niſi intra numerum 24 ſeniorum fuerint. Vid. GREGEL de iurib. N. G. ex accept. Decr. Baſ. quaeſ. §. 114.]

§. 129. Ex nexu inter ſacerdotium et imperium inualuit, vt regna et respublicae vnum ex Cardinalibus aſſumant *Protectorem.* Nationis Germanicae Protectorem deſignat Imperator ad *procuranda negotia eccleſiaſtica Germaniam concernentia* in Aula Romana (*a*).

(*a*) Vid. *Capitul. Caeſar. nouiſſ. art.* 23. §. 4. et MOSERVS *l. c. tom.* IV. p. 22. *ſq. Io. Gottl.* BOEHME *de Nationis Germanicae in curia Rom. protectione.* [Neueſte *Religionsgeſch* T. VII. p. 464. Ad horum exemplum etiam Ordines Regularium impetrarunt a Pontifice Protectorem Ordinis. HEDDERICH *Elem. iur. can.* P. I. §. 116.]

TIT.

TIT. IV.

DE LEGATIS PAPALIBVS.

(Lib. I. Tit. XXX. *de Officio Legati*).

ARGVMENTVM.

§. 130. *Legati papales.* 131. *Dati vel nati.* 132. *Legati a latere et Nuncii.* 133. *Ius circa eos recipiendos.* 134. *et circa eorum tribunalia tollenda in Germ.*

§. 130. In *iurium papalium* in exteris regnis *exercitio* Pontifex inde a ſec. XI. uti coepit LEGATIS (*a*), *quibus partes regiminis eccleſiaſtici per determinatas prouincias committit* (*b*).

(*a*) Vſus eſt iisdem ad *avctoritatem papalem* per regna firmandam, et ad exercendam cum quolibet Ordinario iurisdictionem, *eodem aeuo* aſſertam. ESPENIVS *in iur. eccl. P. I. tit.* 21. *c.* 4. *tom. I. p.* 193. Arcanum dominationis papalis in his legationibus collocat. *Petr.* DE MARCA *de Conc. Sac. et imp. lib. V. c.* 47. [*Matth.* A CORONA *de poteſtate et dignitate legatorum Apoſtolicorum. Leod.* 1672. Integram legatorum ac nuntiorum Pontificis hiſtoriam eleganter contexuit *C F.* MOSER in libro anonymo: *Geſchichte der päbſtlichen Nuntien in Deutſchland.* Fr. u. Leipz. 1788. 90. III. Tomis. 8. Cf. etiam (*Conſtantii Langhaider*) *Commentatio de legatis et nuntiis Pontificum eorumque fatis et poteſtate.* 1785. 8. et *Phil.* HEDDERICH *von dem Päbſtlichen Geſandſchaftsrecht.* 1787.]

(*b*) *c.* 1. *X. de officio legati c.* 2. *eod. in* 6. Differentiam eorum 1) a legatis ad *negotia eccleſiaſtica* expedienda dimiſſis, qui antiquiores ſunt, olim *apocriſiarii* et *reſponſales* dicti, explicat ESPENIVS in *iur. Eccl. P. I. tit.* 22. *Ianus* A COSTA in *Comment. ad Decret. p.* 153. Differunt non minus 2) a *legatis Pontificis*, ad *negotia Status publici* apud exteras gentes expedienda conſtitutis.

§. 131.

§. 131. Legati vel DATI sunt, vel NATI, prout tales sunt vel ex *speciali Pontificis constitutione*, vel *vi Dignitatis*, *cui officium legati ex privilegio Pontificis annexum est* (*a*). In praecipuis archiepiscopatibus annexum est *Dignitati archiepiscopali;* et hodie fere abiit in *titulum* honoris, siquidem legatis natis vix seruata sunt iura vicaria papalia, nisi quae ipsis dantur speciali concessione (b).

(*a*) c. 1. 8. 9. *X. h. t. c.* 1. *eod. in* 6. *c.* 1. *X. de appellat.*
(*b*) Exemplo specialis concessionis, Archiepiscopo Salisburgensi, ceu *Legato Nato*, datae hoc illustrat *Lud.* ENGEL in *Coll. iur. Can. lib. I. tit.* 29. *n.* 10. Singulari exemplo ius *Legati Nati* annexum est *regiae dignitati* in Sicilia vi cuius Rex *supremam inspectionem ecclesiasticam* exercet, constituto regio tribunali, nulli appellationi obnoxio, in quo *iurisdictio ecclesiastica* exercetur sub titulo *Monarchiae Siciliae.* Rogerio, Siciliae Regi, is titulus datus est Bulla *Vrbani II.* de a. 1097. de cuius ratione et fatis vid. *Io. P.* DE LVDEWIG, *Singularia iuris publ.* p. 452. et *Lud. Ellies du* PIN *Defense de la Monarchie de Sicile.* [*Ioh.* SCHOTT *de legatis natis.* Bamb. 1778. ID. d. *de iure perpetuae legationis apostolicae per dioeceses Bambergensem, Ratisbonensem et Misnensem Archiepiscopo Pragensi haud competente.* Bamb. 1781. *von* SARTORI *geistl. u. weltl. Staatsrecht der Teutschen Erz- u. Dom-Stifter.* B. I. Th. I. §. 197. sq.]

§. 132. *Legati Dati*, seu *Missi* ad exercenda iura papalia per prouincias assignatas (*a*), vel sunt LEGATI A LATERE, si *ex ordine cardinalium*, vel NVNCII, si ex *alio ordine ecclesiastico* assumuntur. Solent hodie legati a latere tantum constitui ad specialia Negotia Status (*b*): quamquam Nunciis saepe data sit potestas legati a latere.

(*a*) c. 4.

(*a*) *c.* 4. *c.* 9. *X. h. t. c.* 1. *c.* 3. *c.* 4. *eod. in* 6. *c.* 36. *de elect.* in 6. *c.* 25. *X. de priuil. Ian.* a COSTA in Comm. ad Decret. p. 148. Fr. ZYPAEVS *in iure Pontificio nouo lib. I. p.* 47.

(*b*) *I. Iac.* MOSERI *Staats-Recht t.* 3. *p.* 156. *tom.* 4. *p.* 2. [*Thomas* DE LA TORRE *de authoritate, gradu et terminis legatorum a latere.* Rom. 1667. *Pet. Andr.* GAMBARVS *de officio atque auctoritate legati a latere.* Venet. 1571. f.]

§. 133. Ius mittendi legatos, quo vſi ſunt Pontifices in negotiis ad *inſpectionem eccleſiaſticam* ſuperiorem pertinentibus, inde a ſec. XI. adhiberi coepit ad iura *Ordinariorum* per legatos in provinciis aſſignatis minuenda et labefactanda (a): conſtitutis tandem in prouinciis tribunalibus, quae *Nunciaturae* dicuntur, quae colorem *ſeruitutis iuris publici* mentiebantur. Ad quae molimina coercenda *Imperantes*, pro tuendis iuribus eccleſiae regni ſui, vſi ſunt iure *ſummi imperii* et ipſo *iure Gentium* in non admittendis Nunciis (*b*), nec iisdem niſi ex requiſito *ſpeciali conſenſu* regio recipiendis, et examinatis prius eorum mandatis *et facultatibus*, adductisque multis *reſtrictionibus* harum facultatum (*c*).

(*a*) Datum illis olim a Pontifice eſt ius procurationes exigendi in prouinciis aſſignatis c. 17. c. 23. X de Cenſibus. Iniqua eorum olim per prouincias patrata facinora deſcribit *Petr. de* MARCA l. c. lib. V. c. 40. 50. 51. 52. 53. 54.

(*b*) Vid epiſtola FRIDERICI I. ad Hadrianum IV. apud GOLDASTVM tom. I. *Conſtitut. Imp.* p. 263.

(*c*) *Franc.* FLORENS tom. II. Op. p. 172. THOMASSINVS P. I. lib. 2. c. 119 ESPENIVS l. c. p. 195. [Quanto ſtomacho eiusmodi reſtrictiones et impedimenta legatis pon-

pontificiis iam saec. XIV. strui solita tulerit Iohannes XXII. testis est *c. vnic. de consuet. Extrav. Comm.*]

§. 134. Quae in Germania inde a sec. XVI. proprio Pontificum ausu *Viennae*, *Coloniae* et *Lucernae* erectae sunt Nunciaturae, locum fecere perpetuis grauaminibus Statuum Imp. in comitiis propositis, et consiliis de istis tollendis (*a*). Vindicias libertatis Germaniae iam egerunt Status Imp. variis specialibus constitutionibus aduersus Nunciorum violationes iurisdictionis ecclesiasticae non minus quam secularis (*b*). Causam *Aduocatiae* ecclesiae Germanicae a. 1785. egit Imp. Iosephvs II. in Nunciaturis ex Germania eliminandis: eaque causa iam ad *comitia Imperii* reuocata est (*c*).

(*a*) *Grauamina Statuum Imp. Norimb. c.* 5. 6. 7. *Diet. Herm.* Kemmerich de *iudiciis nunciaturae apostolicae in Germ. c.* 2.

(*b*) Rec. Imp. de a. 1654. §. 164. [Conclus. Consil. Imp. Aul. d. 27. Febr. 1787.] Capitul. Caes. art. 14. §. 4. *Ge. Melch. de* Lvdolph *de iurisdictione officialium in caus. ciuil. tom I. Obs. for. p.* 324. *Io. Ge.* Estor *in Vindiciis libert. eccl. Germ.* contra appellationes ad Pontificis nuncios Sect. 3. [*Iac.* Abel disq. *de iure et officio summor. imperii tribunalium circa usurpatoriam Nuntiorum Pontificiorum in causis Germaniae ecclesiasticis iurisdictionem.* Wetzl. 1787. 4. Mohl *Unters. der Frage: in wiefern Streitigkeiten der deutschen katholischen Kirche zur Reichstäglichen Berathschlagung geeignet sind?* 1788.]

(*c*) Inter plura scripta, quae [post propositam Archiepiscoporum Germaniae in congressu Emsano declarationum] de Nunciaturis prodierunt, doctrina et argumentis praeualet *Grundliche Entwickelung der Dispens- und Nunciatur-*

tur - Streitigkeiten zur Rechtfertigung des Verfahrens der vier Teutſchen Erzbiſchöffe wider die Anmaſsungen des Röm. Hofs. 1788. [Neque curia Romana aduerſus haec Metropolitanorum Germaniae conamina venali hominis Germani calamo vti dedignata eſt in libro: *Sanctiſſimi Domini noſtri Pii Papae Sexti reſponſio ad metropolitanos Moguntinum, Treuirenſem, Colonienſem et Salisburgenſem ſuper Nuntiaturis apoſtolicis* Romae 1789. 4. De caeteris cf. KLÜBER *Litt. d. T. StaatsR. §.* 1488.]

TIT. V.

DE

IVRIBVS EPISCOPORVM IN SPECIE DE IVRE DIOECESANO.

(Lib. I. Tit. XXXI *de officio iudicis ordinarii*).

ARGVMENTVM.

§. 135. *Epiſcopi ſimplices et non ſimplices.* 136. *Ius epiſcopale et dioeceſanum.* 137. *Eius indoles.* 138. *Iura in eo contenta.* 139. *Ius dioeceſ. epiſcoporum Germ.* 140. *Subordinatum eſt iuri circa ſacra.* 141. *Exemtio a iure dioeceſano.*

§. 135. *Epiſcopi* vel *ſimplices* ſunt, ſi tantum conſiderantur ratione dioeceſeos, cui praeſunt: vel *non ſimplices*, ſi ſimul conſiderantur ratione praerogatiuae, qua pollent inter ceteros epiſcopos. Origines huius praerogatiuae deſcendunt ex vnionibus epiſcopatuum per cam-

eamdem provinciam, nec non per eamdem praefecturam praetorianam et tandem per orbem Romanum (§. 27. §. 30).

§. 136. IVS EPISCOPALE, qua tale seu simplex, est *potestas ecclesiastica plena per dioecesem, quamquam subordinata.* Quod cum adstrictum sit ad dioecesem, IVS DIOECESANVM appellatur (*).

(*) Idem antiquitus i. e. ante a. 1220. *legis dioecesanae* nomine veniebat c. 1. C. X. qu. I. et c. 54. C. XVI. qu. I.

§. 137. Ius episcopale dioecesanum I. complectitur omnem potestatem ecclesiasticam, *internam* et *externam*, *per dioecesem* (§. 110.) (*a*), *subordinatio eius* vero tantum concernit legitimum eius exercitium: II. *Adstrictum est ad dioecesem* (*b*), in qua *fundatum* est in omnes *res* et *loca* ad ecclesiam pertinentia et in *omnia ecclesiae membra* (*c*). III. *Tribuitur sola promotione ad Episcopatum* (*d*).

(*a*) c. 16. 18. X. *de Off. iud. ordin.* c. 7. *de off. ord. in* 6. *Episcopus in sua tota dioecesi iurisdictionem ordinariam noscitur habere.* ESPENIVS *in iur. Eccl. P. I. tit.* 16. c. 1. §. 9. *Tom. I.* p. 126. *Ant.* PEREIRA *von der Macht der Bischöfe.* Francf. 1773. [*Fr. Ant.* HAVE *systema primaeuum de potestate episcopali eiusque applicatio ad episcopalia quaedam iura in specie, punctationibus* I. II. et IV. *congr. Emsani exposita.* Trev. 1788. 4. Ex antiquioribus potissimum huc spectant *Augustini* BARBOSAE *de officio et potestate episcopi tripartita descriptio.* Lugd. 1641. Colon 1681, fol. *Casp.* ZIEGLER *de episcopis eorumque iuribus et priuilegiis.* Viteb. 1686. 4. *Henr.* LINKII tr. *de iure episcopali.* Altorf. 1694. 4.]

(*b*) c.

(*b*) c. 7. 8. C. 9. qu. 2. *Clem. vn. de foro comp. c.* 18. X. *de Decim. c.* 9. 12. *X. de Praefcript.* [Hinc adeo aeftimanda *competentia iuris dioecefani*, nifi exemtio doceatur.]
(*c*) c. 7. *de offic. Ordinarii in* 6. *c.* 3. *de paroch. c.* 7. *de priuileg. in* 6.
(*d*) *c.* 7. §. 1. *c.* 15. *X. de Electione.*

§. 138. Iura *fingula*, quae iuri epifcopali infunt, funt partes ***regiminis ecclefiaftici per dioecefem***, quae verfantur *tum* in poteftate *ftatuendi* de his, quae pertinent ad falutem dioecefeos (*), *tum* in poteftate fecundum *ius conftitutum* definiendi caufas fingulorum (§. 112.). Illa in fenfu *fpeciali* ad LEGEM DIOECESANAM (*a*), haec ad LEGEM IVRISDICTIONIS (*b*) referri folent. Annexa his funt *iura Status*, quae funt *iura honoris* per dignitatem epifcopalem competentia.

(*) Quae nititur vel maxime *infpectione ecclefiaftica*, coniuncta cum iure vifitandi dioecefem.
(*a*) c. 16. c. 18. X. *de off. iud. Ord. c.* 8. C. 10. *qu.* 3. *c.* 6. 14. 21. *X. de Cenfib. c.* 9. *X. de maior. et obed.* BENEDICTVS PP. XIV. *de Synod. dioecef.* p. 11. ALTESERRA *in vindic. Iurisd. eccl. lib.* 2. *c.* 2. p. 87. 90. [*Lex dioecefana* quando *legi iurisdictionis* opponitur, fignificat tributa et omnis generis exactiones, quas ratione officii et poteftatis intra dioecefem petere poteft epifcopus. Huc referri folent 1) *cathedraticum* f. *fynodaticum*, 2) *quarta decimarum* et *mortuariorum* 3) *procurationes* in vifitationibus pendenda, quae tria agnofcuntur iam c. 16. X. *de off. iud. ordin.*, et 4) *fubfidium charitatiuum*. Sed haec omnia hodie pro diverfa locorum confuetudine et vi iuris circa facra dominorum territorialium variis modis circumfcripta funt, et monafteriorum ecclefiae vbique ab eiusmodi penfionibus immunes effe praetendunt. Inualuit autem diftinctio inter *legem dioecefanam* et *legem iurisdictionis*, quam antiquior ecclefia prorfus ignorabat, inde ab a. 1220. ex decretali Honorii III. c. 18. X. *de officio ordin.* Debetur ingenio gloffatoris Ioannis Hugutionis, et in vfum deducta fuit primum a partibus caufam fuam apud pontificem promouere cupientibus. Agnouit pontifex diftinctionem in libel-

libello propositam, quam ignorasse se paucis annis ante, decretali a. 1218 lata, c. 16. X. *eod.* ostenderat, indeque *ansam praebuit* variis conatibus monasteriorum, episcoporum potestatem circumscribendi. Sed nulla vis huius distinctionis, ne quidem ex mente pontificis, si casum recte consideraveris. Quodsi ad enumerationem omnium, quae iuris et potestatis episcopalis sunt, retinere eam placeat, addantur quae *ordinis* sunt. Inde distributio in *iura* 1) *ordinis*, 2) *status* et *dignitatis* 3) *iurisdictionis* et 4) *legis dioecesanae*. Sed longe satius est iura episcopalia spectare tum ratione *ordinis* ac *status*, tum ratione *dioeceseos*. Illa etiam episcopo nullius dioeceseos seu titulari; haec soli ordinario propria sunt: quorsum pertinent 1) *inspectio per dioecesem* coniuncta cum *iure visitandi* et eius annexo, *procurationes* exigendi 2) *potestas legislatoria* cum *iure dispensandi*, 3) iurisdictio sensu stricto, cui inest *potestas cogendi* et poenis *coercendi* (§. 112) 4) *ius* de *bonis ecclesiasticis disponendi* et *conferendi beneficia*.)

(*b*) *c.* 18. *X. de off. iud. Ord.* *I. C.* BARTHEL *de iure reform. nouo art.* 2. §. 1. *t. I. op. p.* 262. *Greg.* ZALLWEIN *in iur. eccl. t. IV. p.* 167. *Steph.* RAVTENSTRAVCH in *instit. iur. eccl. Germ.* §. 143. *sq.*

§. 139. Episcopi *in* GERMANIA ratione Imperii Rom. Germ. vel *immediati* sunt vel *mediati*. Habent *Immediati* 1) *territorium S. R. I. seculare*, episcopatui annexum, in quo duplicem repraesentant personam, *principis* et *Status Imp.* in exercenda superioritate territoriali, et *Episcopi* in exercendo iure dioecesano: 2) *dioecesem latiorem*, per certa vicina statuum imperii secularium territoria pertingentem, iuri *dioecesano* seu *episcopali* tantum subiectam.

§. 140. Ius episcopale, perinde ac tota Potestas ecclesiastica, ratione *reipublicae*, subest

iuri

iuri circa ſacra, vi cuius poteſt ea ratione determinari, prout id exigit *ſalus reipublicae*. In Germània ſubordinatum eſt I. *iuri circa ſacra maieſtatico* Imperii et imperatoris; idque exercitum eſt in eodem in ſecuritatem eccleſiae Euangelicae ſuſpendendo (§. 140.), perinde vti, quoad non ſuſpenſum eſt, reuocatum eſt ſub *Aduocatiam Imperialem* (*a*). Subeſt II. iuri *territoriali circa ſacra* Statuum imp. per quorum territoria ius dioeceſanum exercetur, vi cuius ius competit prouidendi, vt intra fines cauſarum eccleſiaſticarum et ad normam pactorum publicorum exerceatur, neque quid innouetur absque ipſorum conſenſu (*b*).

(*a*) *Capitul. Franz II. art. I. §. 2. Inſonderheit wollen Wir die Ertz- und Biſchöfe bei dem bisher ruhig beſeſſenen Umfang ihrer Ertz- und Bisthümer, ſo wie ihrer Metropolitan- und Dioeceſan-Gerechtſame, dort, wo ihr ius dioeceſanum und ihre geiſtliche Gerichtbarkeit durch den Weſtphäliſchen Frieden nicht ſuſpendirt iſt, erhalten.*

(*b*) Concordata inter *Wilhelmum* D. Bauariae et inter Archiepiſcopum *Salisburgenſem* ceterosque *per Bauariam* epiſcopos a. 1583. inita exhibet *Wigul.* Hvndivs in *Metropoli Salisburgenſi Tom. I. p.* 63. [et *Ge.* Meyer's *Sammlung der Kurpfalzbaier. allgemeinen und beſonderen Landesverordnungen* B. II. Th. 7. p. 1021. ſq.] et ſimile *Concordatum* inter *Maximilianum Emanuelem* et *Auguſtanum* epiſcopum de a. 1631. eſt in *Euſebii* Amort *vindiciis iurisd. eccleſ. p.* 429. [Cf. Moshammer's *Sammlung von landesherrl. Verordnungen für die Bayriſchen Dicaſterien.* Ulm 1783. 8.]

§. 141. Exemtio eſt liberatio a iure dioeceſano: eaque vel *totalis* eſt vel *partialis*, prout ſit ab vniuerſo iure dioeceſano, vel a

deter-

determinatis eius iuribus (*a*). Iuſta non eſt, niſi fiat ex *conſenſu Ordinarii* (*b*). Quae quondam eo inconſulto ex abuſu Poteſtatis Papalis factae ſunt exemtiones, locum fecerunt grauaminibus publicis: quibus parum proſpectum eſt, quod epiſcopis a Pontifice in concilio Tridentino (*c*) delegata ſit iurisdictio in exemtos, cum aboleri mereantur (d). Data ſubinde eſt *exemtio totalis* cum iure ſeparati territorii ex conſenſu Ordinarii et accedente *Placito regio* impetrata (*e*): ex qua ortae ſunt *Praelaturae Nullius*, quibus annexa eſt *dioeceſis vel quaſii*, et quae inſtructae ſunt *iure epiſcopali vel quaſi*.

(*a*) c. 18. *X. de Priuilegiis c.* 10. *eod. V. S. in* 6. ESPEN. *in I. E. P. III. tit.* 12. *c.* 2. 3. 5.

(*b*) c. 3. X. *de reſtit. in int. c.* 4. 9. X. *de confirm. vtili c.* 10. 13. 17. *de Priuil. Io. Petr.* GIBERT *in corp. iur. Can. Tom. II.* p. 438.

(*c*) ſeſſ. 6. de reformat. c. 3. ſeſſ. 14. c. 4. 5. ſeſſ. 25. c. 6.

(*d*) Hoc vi iuris *circa ſacra* in *terris Auſtriacis hereditariis actum* eſt in conſtitutione *Ioſephi Imp. II.* d. d. 11. Sept. 1782.

(*e*) c. 3. *X. de reſtit. in int.* c. 15. *et* 18. *X. de praeſcript. Io.* SCHILTERVS *de libert. eccleſ. Germ. lib.* 7. *c.* 2. §. 10. *Ge. Henr.* AYRER *de pontificis R. poteſtate circa exemtiones abbatum Sect. II.* §. 14. 15. [Talis olim erat exemtio abbatiae Fuldenſis antequam ipſa in epiſcopatum converteretur.]

Tit. VI.

DE PAROCHIIS ET IVRIBVS PAROCHORVM.

(Lib. III. Tit. XXIX. *de Parochiis et alienis Parochianis*).

ARGVMENTVM.

§. 142. *Parochia. constitutio et fines.* 143. *Eius* 144. *Parochiani.* 145. *Iura parochialia.*

§. 142 Dioeceses descriptae sunt in parochias (*a*), quae continent *determinatum districtum, intra quem habitantes, vi politiae ecclesiasticae, coetum constituunt de religione sub cura animarum presbyteri colenda. Presbyter*, ad curam animarum per parochiam exercendam constitutus, PAROCHVS est (*b*). Solet etiam ipse *coetus* parochia vocari.

(*a*) Origo parochiarum seculo IV. antiquior non est. Vid. *B. Parens in iure Parochiali Sect.* 2. c. 2. §. 43. 47. *I. P.* Gibert *in corp. iur. Can. Tom II. p.* 208. [Conferri merentur *Io. Bapt.* Gvadagninvs *de antiqua paroeciarum origine etc.* P. I. II. Brix. 1782. 8. *Marii* Lvpi *diss. III. de Parochiis ante annum Christi millesimum.* Bergomi 1788. 8. *Aug.* Barbosae *pastoralis sollicitudo* s. *de officio et potestate Parochi.* Lugd. 1640. Colon. 1712. 4. *Lud.* Engel *manuale parochorum, de iuribus parochialibus.* Salisb. 1662. 8. *Franc. Ant.* Reclvsii tr. de *re parochiali.* Romae 1773. 4. *De parochi libri sette, di Gius. Ant.* Cornaro in Pavia. 1788. 4.]

(*b*) *Ad regimen parochiae assumtus* dicitur in c. 7. §. 2. X. *de Elect.* c. 14. *eod. in* 6. nec non *rector curatus* c. 3. X. *de off. iud. ord.* c. 3. X. *de eccl. aedific. Clem.* 2. *de Sepult.* [Audit etiam *Plebanus*, vel *Curatus* simpliciter.]

§. 143. Cum *constitutio* parochiarum *in republica* vel maxime concernat *publicum exercitium religionis*: ius *concedendi erectionem parochiae* dependet a *iure reformandi* (§. 21.). Ipsa vero constitutio *parochiae* eiusque *finium* in dioecesi est *iuris dioecesani* (*a*). *Fines parochiales*, auctoritate ecclesiastica definiti, iuris publici esse censentur, *praescriptioni ordinariae* haud obnoxii, si de illis indubitata fide constat (*b*).

(*a*) c. 3. *X. de ecclesiis aedific. Concil. Trident. sess.* 24. *de reform.* c. 13.

(*b*) c. 4. *X. de parochiis.* Si de finibus certis non constat, praescriptioni 40 annorum locus est c. 9. X. *de praescript. B. Parens l. c. Sect. III.* c. 3. §. 13.

§. 144. Parochiae subiecti *Parochiani* vocantur; qui tales sunt vel *ex lege* vel ex *libera voluntate*. I. Ex lege seu ex *politia ecclesiae* parochiani sunt omnes *eidem religioni addicti*, intra parochiam *domicilium* constituentes, nisi exemtio doceatur (*a*). *Duplici* domicilio instructus, in vtroque est parochianus (*b*): et *vxor*, eisdem cum marito sacris addicta, vna cum liberis et domesticis eiusdem est parochiae, cuius est maritus (*c*). II. Ex *spontanea addictione* tales

les fieri poſſunt *peregrini*, ad tempus in loco habitantes (*d*): qui aliquin parochiani non ſunt, niſi quoad ſacra talia, quorum adminiſtratio ex politia eccleſiae *ad locum habitationis* adſtricta eſt. *Diuerſae religioni* addicti, licet intra parochiam commorantes, parochiani non ſunt, ſiue religionis ſuae exercitio publico vel priuato ſiue tantum domeſtica deuotione fruantur (*e*).

(*a*) c. 5. *X. de parochiis.* Ordinum religioſorum priuilegia frequentes *exemtiones* continent. [Exemtio a parochia fundatur dato iure priuatorum ſacrorum.]
(*b*) c. 2. de *Sepulturis in* 6.
(*c*) c. 7. *X. de ſepulturis.*
(*d*) c. 5. *X. de paroch.* c. 3. *de Sepult. in* 6.
(*e*) *Inſtr. Pac. Osn. art. V.* §. 31. 34. [Qui publico religionis exercitio fruuntur, gaudent parocho proprio; quibus priuatum tantum relictum eſt, ii tamen non prohibentur in vicinia publico religionis intereſſe.]

§. 145. IVS PAROCHIALE eſt, *quod parocho vi demandatae curae animarum per parochiam competit* (*a*). Continet I. ius *adminiſtrandi ſacra parochialia*, qualia ſunt ſacra omnia, vi *ordinis presbyterialis* peragenda (*b*). II. Adſtrictum eſt ad *Parochiam* (*c*), nec competit in *aliena* parochia, nec intuitu *alienorum* parochianorum ſine parochi ordinarii conſenſu vel ſuperioris conceſſione (*). III. Coniunctum eſt cum *iure cogendi* parochianos ad ſacra in propria parochia percipienda et cum iure *ar-*

 cen-

cendi alienos parochianos (*d*), nec non IV. cum iure *exigendi* a parochianis praeſtationes, in vſus eccleſiae parochialis vel in ſtipendium parochi legitime impoſitas (*e*).

(*a*) c. 10. X. *de praeſcriptione.*
(*b*) c. 4. 5. X. *de paroch. Clem. 2. de ſepult. Clem. 2. §. vlt. de relig. dom.*
(*c*) c. 2. 3. X. *de paroch.* c. 12. X. *de poenitent. et remiſſ.* c. 1. C. 13. qu. 1. c. 6. D. 71.
(*) Idem contingere poteſt per *diuiſionem* parochiarum ampliorum, vnde *parochus maior* et *eccleſia maior* dicitur, cui alia exinde auulſa ſubordinata eſt, reſeruatis eccleſiae maioris parocho in minori quibusdam iuribus, veluti patronatus, ſcrutinii, baptismi, ſepulturae, decimarum etc.
(*d*) c. 2. *X. de paroch.* c. 4. *C.* 9. *qu.* 2.
(*e*) c. 10. X. *de praeſcript.* c. 9. X. *de his quae fiunt a prael.* c. 6. 7. 20. X. *de decimis.* c. 42. X. *de Simonia.* [Cf. *Caſp.* ZIEGLER *de dote eccleſiae* (Vitemb. 1717. 4.) c. IX, §. 61. et GRELLMANN's *Geſch. der Stolgebühren.* Goett. 1785. 8.]

[§. 145. [b]] Parochi officio ſuo defungi impediti, vel ex cauſa canonica abſentis, vicem ſuſtinet VICARIVS, vel *perpetuus*, vel *temporaneus;* vterque ab epiſcopo vel cum approbatione epiſcopi inſtituendus. Vterque ratione *officii* ad ea omnia obligatur, quae ſunt ipſius parochi; non item vterque *iuribus* iisdem fruitur. Vicarii *ad tempus*, ſeu *coadiutores*, dati parochis minus aptis, eum, cui dantur, non omnino a cura exſoluunt, nec in omne ius eiusdem ſuccedunt, victu tamen ſufficienti ex fructibus beneficii prouidendi (*a*). Vicarii *parochorum primitiuorum*, quoad ſpiritualia et

cu-

curam animarum proprii ac ordinarii paſtores cenſentur, temporalia autem et ius redituum ad collegia ſeu dignitates ſpectat, quibus parochialis eccleſia hoc ſolum intuitu annexa eſt, vnde amoueri pro lubitu poſſunt (*b*). Vicarii autem *perpetui*, quoad iura ſpiritualia parochis fere pares, ius et titulum beneficii ipſi conſequuntur, nec ab eo, niſi ex cauſa canonica remoueri poſſunt (*c*). A Vicariis his, qui ex officio munia parochialia exercent, diuerſi omnino ſunt *Capellani* aliique *cooperatores*, "qui ſubſidiariam duntaxat in iis, quae parochus ipſis demandare velit, operam praeſtant et a nutu Parochorum, ſecundum dioeceſium Conſuetudinem pendent, nec iis inuitis quidpiam iuris parochialis exercere poſſunt" (*d*).

(*a*) *Synod. Trid. Seſſ.* XXI. c. 6. *de reform.* Contra eorum inſtitutionem ne quidem exemtioni locus eſt.

(*b*) Neller d. *de genuina idea et ſignis parochialitatis primitiuae, eiusque principio, incorporatione, ex chartis Trevirenſibus confecta.* Treuiris 1752. Eivsd. d. de *iuribus parochi primitiui ex iure communi et ſtatutario Treuirenſi confecta.* ib. 1752. Cum parochis *primitiuis* non confundendi ſunt parochi *principales*, veri, proprii, actuales, at non reſidentes, collegiorum ac monaſteriorum, quibus eccleſia parochialis non quoad temporalia ſolum, ſed et quoad ſpiritualia et curam animarum incorporata eſt; rectores qui curam animarum non per ſe, ſed per alios deputatos et ab Epiſcopo approbatos exercent, penes quos adeo ius curae cum vindicatione iurium parochialium etiam ſpiritualium reſidet, quique eminus ſaltem directorium curae gerere et intendere debent vicariis ſuis inſtar parochi alterius ex cauſa canonica abſentis. *Neller* d. priori §. 3. et Schenkl *inſt. iur. eccl.* P. I. Sect. I. §. 311. p. 376. (ed. 4. Colon. 1798.) Quae ratio ſit in parochiis in *com-*

 men-

mendam datis, quales commemorat HOLL in *ſtatiſtica Eccleſ. Germ.* §. 189. ſcire velim?

(c) *Cap.* 3. *de officio Vicarii.*

(d) *Schenkl.* l. l. p. 377. Hodie tamen in plerisque dioeceſibus, in quibus *Seminaria clericorum* vigent, parochis licentia pro lubito cappellanum cooptandi ademta eſt.

TIT. VII.

DE IVRIBVS ARCHIEPISCOPORVM ET PRIMATVM.

ARGVMENTVM.

§. 146. *Ius Metropolitanum. Archiepiſcopus.* 147. *Iura Metropolitica communia et reſeruata.* 148. *Iura reſeruata qualia?* 149. *Epiſcopi prouinciae ſubiecti et exemti.* 150. *Ius patriarchicum.*

§. 146. Inter epiſcopos non ſimplices ſeu cum praerogatiua pertinent *Archiepiſcopi* et *Primates.* Archiepiſcopi alia iura ſunt, quae *iure Epiſcopi* exercet in dioeceſi propria, alia, quae ipſi, ceu *archiepiſcopo* ex determinata inſpectione eccleſiaſtica per prouinciam competunt (*a*). Horum complexus *ius metropoliticum* dicitur. Non intelligitur, niſi ſaluo iure dioeceſano.

(*a*) c. 2. 4. 8. C. 9. *qu.* 3. c. 9. 11. X. *de off. iud. ord.* c. 13. X. *de arbitris* c. 13. X. *de maioritate et obed.* c. 8. X. *de exceſſib. Praelat. Ant. Dad.* ALTESERRA *in vind. iurisd. eccleſ. VIII.* c. 12. 13. *Petr. Ioſ.* CANTELIVS *in Metrop. vrbium hiſt. civ. et eccleſiaſt.* [Archiepiſcopi nomen, perinde ac illud *Exarchae* et *Patriarchae*, ab initio non metropolitis

tis fimplicibus, fed primo inter metropolitanos, *qui tam metropolitanis, quam caeteris epifcopis praefidebat* Ifidor, Orig. VII. 21.) proprius, mature in merum titulum abiit, non metropolitanis folum, fed epifcopis quoque infigniorum ciuitatum dari folitum.]

§. 147. Inter iura metropolitica alia *honoris* iura funt, dignitati archiepifcopali annexa; alia *iurisdictionis*, quae ex *fubordinatione dioecefium* vnius prouinciae defcendunt: et vel folius archiepifcopi propria eique *referuata* funt, vel *communia*, cum confenfu epifcoporum omnium totius prouinciae in concilio prouinciali exercenda (*a*). Haec olim infignia fuerunt, fed pleraque increfcente Pontificis potentia interuerfa et huic fub colore *maiorum caufarum* afferta (§. 124.) (b).

(*a*) c. 4. 6. 17. D. 18. c. 25. X. *de accufat.*
(*b*) Hiftoriam infracti iuris metropolitici recenfet *Petr.* DE MARCA *de conc. facerd. et imp. lib.* 6. c. 14. 15. et ESPENIVS *in iur. Eccl. P. I. tit.* 19. *et* 20. [*Ant.* PEREIRA *Proteftation wider die Roem. Kanzleyregeln oder Beweis vom Recht der Metropolitane über ihre Bifchöffe. Ueberf. mit Anm. von I. F.* LE BRET. Frf. u. Leipz. 1780. 8.]

§. 148. Inter *referuata* archiepifcopi iura pertinet *conuocatio* et *directio* concilii prouincialis, *vifitatio* totius prouinciae, non tamen prius, quam caufa in concilio prouinciali probata, inftituenda (*a*), nec non *iurisdictio ecclefiaftica ordinaria*, maxime *contentiofa*, eaque tam *immediata* in provinciae epifcopos (*b*), quam *mediata* in eorum dioecefanos, caufa

per

per appellationem ad ipſum deuoluta. [Haec eſt iurisdictio *ſuperioris inſtantiae*, ſaluo iure dioeceſano in metropoli exercenda (*c*).

(*a*) c. 14. 21. 25. X. *de Cenſib. c.* 1. *et vlt. eod. in* 6. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform.* c. 3.

(*b*) Cognitio de criminibus epiſcoporum maioribus Pontifici, et de minoribus Concilio Prouinciali reſeruata eſt in *Conc. Trid. ſeſſ.* 13. *c.* 8. *et ſeſſ.* 24. *c.* 5. *de reformat.* [PALLAVICINVS *Hiſt.* Conc. *Trident.* l. XXIII. c. 12. n. 8.]

(*c*) c. 11. X. *de off. iud. ord.* 1. *et* 5. *eod. in* 6. *c.* 1. *de foro comp. in* 6. *c.* 66. X. *de appell. c.* 3. *eod. in* 6. *c.* 1. X. *de offic. legat. c.* 7. *de ſent. excomm. in* 6.

§. 149. *Epiſcopi prouinciae*, Metropolitano ſubiecti, *ſuffraganei*, eidem vi impetratae exemtionis non ſubiecti, *exemti* dicuntur (*a*). Suffraganei ſub muneris ſui auſpiciis metropolitano ſuo ſubiectionem iureiurando firmare tenentur (*b*); [per eundem conſecrandi (*)].

(*a*) c. 10. C. 3. *qu.* 6. c. 51. 52. C. 16. *qu.* 1. c. 11. X. *de Elect. c.* 1. *de Cenſib. in* 6. *c.* 1. *de foro compet. in* 6. Suffraganei *Archiepiſcopi Moguntini* ſunt epiſcopus Eichſtadienſis, Herbipolitanus, Paderbornenſis, Hildeſemenſis, Wormatienſis, Spirenſis, Auguſtanus, Argentoratenſis, Conſtantienſis, Curenſis, Fuldenſis, Corbeienſis; Suffraganei *archiepiſcopi Treuirenſis* ſunt Metenſis, Tullenſis, Verdunenſis; *Archiepiſcopi Colonienſis* ſuffraganei Leodienſis, Monaſterienſis, Osnabrugenſis; *Archiepiſcopi Salisburgenſis* ſuffraganei, Friſingenſis, Brixienſis, Gurzenſis, Lauantinus, Secouienſis, Chiemenſis, Leobenſis; *Pragenſi* Litomericenſis et Regino - Gradecienſis, Buduicienſis; *Olomucenſi* Brunenſis et Oppelienſis ſ. Troppauienſis; *Viennenſi* Neoſtadienſis, Lentienſis, et ad S. Hippolytum; *Goritienſi* Tridentinus, Tergeſtinus et Gradiſcenſis ſubiecti ſunt. *Exemti* epiſcopi ſunt Bambergenſis, Paſſauienſis, [Ratisbonenſis,] Wratislauienſis. *Labacenſi* iam ipſa archiepiſcopali dignitate auctus eſt. Vid. *Io. Iac.* MASCOV de *primatibus metropolit. et epiſc. Germ.* §. 21. *ſ. Io. Fr.* BESSEL de *iure publ. Romano eccleſiaſt.* diſſ. V. p. 270. ſ. *Io.*

Io. Iac. MOSER *Staatsrecht* t. XI. c. 55. p. 216. f. *Marc.* HANSITZIVS in *Germania Sacra tom. III.* Diff. mea de *Origin. praecip. iurium Archiep. Colonienf. in Elect. iur. civ. tom. II.* p. 446. *Fr. Xav.* HOLL *Statiftica Germ. Heidelberg.* 1779.

(c) c. 13. X. *de maiorit. et obedient. Concordata Nat. Germ.* §. 3. ibi: *Prouifi Metropolitanis fuis et aliis praeftent debita iuramenta et alia, ad quae de iure tenentur.*

(*) HEDDERICH d. *de iure confecrandi fuffraganeos metropolitis Germaniae vindicato ex Concordatis Principum.* Treviris. 1774.

§. 150. PRIMATIS vel patriarchae minoris nomen datum eft primo inter archiepifcopos vnius regni vel Ditionis, cui determinatae partes regiminis ecclefiaftici communis erant demandatae, veluti in conciliis habendis et in iudicio fuperiori caufarum ecclefiafticarum (*a*). Saepius *primatis* nomen tantum *honoris titulum* denotat, quo diftincti funt archiepifcopi (*b*).

(*a*) c. 8. C. 9. *qu.* 3. c. 9. X. *de off. iud. ord.* c. 23. X. *de Priuil. Nov.* 123. c. 22. c. 3. C. 6. *qu.* 4. ALTESERRA l. c. L. VIII. c. 14. [*Primatis* nomen, vt illud Archiepifcopi, olim Metropolitis, Exarchis, Patriarchis commune fuit. Placuit imprimis ecclefiae Africanae, titulorum pompam femper refpuenti, vt fignificaret metropolitas fuos, qui aetatis praerogatiua ad hanc dignitatem vocabantur; prima fede prouinciae, Carthagine excepta, femper ambulante. *Exarchae* titulus a rectoribus prouinciarum imperii Romani mutuatus mature defiit. Poteftas *Patriarchae*, qualem antiquior ecclefiae, tum obferuantiam, tum canonum auctoritatem fecuta, agnouit in Alexandrino, Antiocheno, Conftantinopolitano et Romano, nomen quidem aetate fuperat, eademque in vno Pontifice Romano refidua titulum *papae* affectauit, ex quo Patriarchae titulus faec. VI. infigniori cuicunque metropolitae per Italiam ac Galliam tribui confueuit. Sequiori aeuo ipfe Pontifex Romanus hoc titulo ambitionem praelatorum lactauit, qui proinde *Patriarchae minores* f. *inferiores* dici

dici ſolent. Tales hodie ſunt *Vlyſſiponenſis*, *Indicus*, *Venetus* et *Ciliciae* in *Armenia*.]

(*b*) *Petr. de* MARCA de *conc. ſacerd. et imp. L. VI. c.* 19. *et in diſſ. de Primatibus* §. 51. *Phil. Bernh.* ZECH de *orig. fat. et iurib. priuatum Germ. cap.* 2. 3. *Io. Iac.* MASCOV. l. c. §. 5. *I. P. de* LVDEWIG de *iuribus primatus Germ. archiepiſcopatus Magdeb.* tom II. op. p. 769.

TIT. VIII.

DE AVCTORITATE ET VSV PALLII.

(Lib. I. Tit. VIII. *de auctoritate et vſu pallii*).

ARGVMENTVM.

§. 151. *Pallii ratio.* 152. *Eius vis et auctoritas.* 153. *Ius illud concedendi.* 154. *Obligatio illud petendi et modus concedendi.* 155. *Eius vſus reſtrictus.*

§. 151. Ad iura *honoris archiepiſcopalis* pertinet *honor pallii.* Imperatorum indulgentia pallium olim *patriarchis* in ſignum honoris conceſſum eſſe conſtat. Sed inde a ſec. VIII. Patriarcha Romanus *Archiepiſcopis* in *honoris* argumentum illud conferre, eoque collato, hos ſibi obnoxios et ſubiectos reddere coepit (*a*). Tranſiit denique in *formam hodiernam*, qua id conſtituunt Faſciae duae, quatuor circiter

citer digitorum latae, ex candida lana contextae, crucibusque diſtinctae, et in vtraque extrema parte iunctae, ita vt reliquis veſtimentis pontificalibus impoſitae, humeros ante et retro a dextra et a ſiniſtra cingant (*b*).

(*a*) Origines Pallii explicant *Petr. de* MARCA *de Conc. Sac. et imp. lib.* 6. *c.* 6. 7. *Franc.* FLORENS *Oper. t. I. p.* 222. *Theod.* RVINARTVS in disquiſ. hiſt. *de pallio archiepiſcopali c.* 13. *I. C.* BARTHEL *de pallio. c.* I. II. III. ESPENIVS *I. E. P. I. tit.* 19. *c.* 8. [THOMASSINVS in *vet. ac noua eccleſ. diſcip. P.* 2. *L.* 1. *c.* 25. *I. H.* BOEHMER *in iure eccleſ. Proteſt. L.* 1. *t.* 8.]

(*b*) [Aliter eius formam diſcribit BARTHEL l. c. et GMEINER in *inſtit.* T. I. p. 136. et HEDDERICH in *Elem.* T. II. tit. VIII. pag. 49. nimirum *quod* ſit *faſcia quatuor digitorum, habens deſuper circulum humeros conſtringentem, et duas lineas ab vtraque parte, videlicet ante et retro tantisper perdentes etc.* Figuram aere expreſſam habes apud PERTSCH. diſſ. prima.] Solemnem illud conficiendi et in altari, B. Petro dicato, benedicendi rationem tradit ESPENIVS l. c. c. 7. §. 7.

§. 152. **Pallium eſt honoris ſignum in determinato exercitio pontificalium.** Solis decretis pontificum demum I. propoſitum eſt principium, ***per pallium*** conferri ***plenitudinem Pontificalis officii*** (*a*). Ad ea, quae ius ***dioeceſanum*** vel ***iurisdictionem*** concernunt, pallium non pertinet (*b*).

(*a*) c. 3. X. h. t. c. 8. §. 1. D. 100. c. 28. X. *de Elect.* ESPEN. l. c. tit. 19. c. 7. §. 14. BARTHEL l. c. c. X. §. 6. Huc pertinet ius *inungendi* et *coronandi* Reges, vt exemplo illuſtrat OTTO Friſingenſis Chron. lib. 7. c. 22. [Cf. Quaeſtio anonymi: *an Electores Archiepiſcopi Moguntinus aut Colonienſis ſacro duntaxat Pallio carentes rite inungant Germanorum regem?* in *theſ. iur. Eccl.* T. II. p. 556. — Innocentius PP. III. diſerte ait c. 28. X. *de elect.* non licere archiepiſcopo ſine pallio convocare concilium, conficere

criſma,

chriſma, dedicare baſilicas, ordinare clericos, et epiſcopos conſecrare; adeo vt plus poſſit episcopus ſimplex conſecratus, quam archiepiſcopus poſt conſecrationem. *I. H. Boehmer* ad l. l. Decretal. Tenendum tamen, non demum per collationem pallii poteſtatem iſta peragendi transferri, ſed acceptam per conſecrationem tantum ſuſpendi, donec pallium impetretur, quo ea, quae iure proprio exercere potuiſſet, iam vice pontificis peragere ſignificatur.]

(*b*) c. 11. 15. X. *de Electione.* [Formula, qua tradi ſolet, circa haec ſic audit: *Ad honorem omnipotentis Dei, et diuae Mariae ſemper virginis atque B. B. apoſtolorum Petri et Pauli, nec non eccleſiae ſibi commiſſae N. tradimus tibi pallium de corpore ſancti Petri ſumptum, in quo eſt plenitudo pontificalis officii cum patriarchalis, tum archiepiſcopalis nominis appellatione, vt vtaris eo intra eccleſiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in priuilegiis ab apoſtolica ſede conceſſis.*]

§. 153. II. Ius concedendi pallii vſum refertur ad *reſeruata papalia* (*a*). *Obſeruantia communi* annexum ex [pallium] *archiepiſcopatibus* (*b*), et iure *priuilegii* nonnullis epiſcopatibus tam *exemtorum* (*c*) quam *ſuffraganeorum* epiſcoporum (*d*), ſaluo horum erga Metropolitanum nexu. Vtrum ad conceſſionem pallii, *Suffraganeo* faciendam, *Metropolitani* conſenſus ex Germania obſeruantia requirendus ſit, diſputatum eſt, in pallio Epiſcopo *Herbipolitano* a. 1753. conceſſo (*e*).

(*a*) *c. 23. X. priuilegiis.*

(*b*) *c. 1. D. 100. c. 3. X. h. t.*

(*c*) In Germania pallii vſum habet Epiſcopus *Bambergenſis*: et Epiſcopus *Paſſauienſis* inde ab a. 1728. vid. MOSERI *Staats - Recht tom.* XI. p. 237. [Certe abs Imperatoris conſenſu pallium Epiſcopo Germaniae tribui non poſſe docet STECK in *Vindic. libert. eccleſ. Germ.*]

(*d*) *c. 15. X. de praeſumt.*

(*e*) Vid.

(e) Vid. *Io. Casp.* BARTHEL *de pallio* c. 6. 7. 8. *et Io. Ge.* PERTSCHII *diss. iur. Can. de orig. vsu et auctoritate pallii archiepiscopalis*, [dissertationes binae Helmst. 1745. et 46. Successit EIVSDEM *Pallium Herbipolitanum impugnatum et defensum biga opusculorum*, ib. 1754. in qua] iura sedis Moguntinae contra Herbipolensem de collato huic nuper pallii vsu vindicantur. *Selecta Iuris Publ. nouiss.* *tom.* 31. *c.* 2. *tom.* 32. *c.* 4. Cf. de scriptis huc spectantibus MOSER *von dem neuesten Zustande des T. StaatsR.* 1770. p. 17. sq. nec non PÜTTER *Litt. d. D. Staatsr.* T. III. et KLÜBER §. 1470.]

§. 154. Etiamsi ius pallii *praelaturae* annexum sit: ad rationes tamen systematis papalis (§. 114.) pertinet, quod praelatus, nouiter prouisus, ad pallium speciatim petendum, et quidem intra *tres menses* a die consecrationis, sub iactura praelaturae (*a*), obstrictus censeatur; idque *taxa* ingenti soluta redimendum sit, cum olim *gratis* traderetur (*b*). Decretum ritu solenni, et praestito prius *fidelitatis* et *subiectionis iureiurando*, praelato vel eius speciali procuratori, a Pontifice vel ab eius delegatis traditur (*c*).

(*a*) c. 1. D. 100. c. *vn. Extrav. Comm. h. t.*
(*b*) quod vult. c. 3. D. 100. vid. BARTHEL l. c. c. 11. §. 16. *f. B. Parens in I. E. lib. I. tit.* 7. §. 11. 12. [*Decret. Conc. Basil. Sess.* 21. *de annatis.* (Concordata int. T. I. p. 78.) *Grauamina Nat. Germ.* apud GOLDASTVM in *Constit. Imp.* T. II. p. 120. *Bad-Emser Punctat.* art. 21. Adde SARTORI *Staatsrecht d. T. Erz- u. Dom-Stifter* T. I. P. II. c. 16. §. 518.]
(*c*) Origines huius iurisiurandi recenset PERTSCH l. c. *cap.* X. §. 12. 14. c. 4. X. *de elect.* c. 23. X. *de priuil.*

§. 155. Pallii vsus adstructus est ad personam archiepiscopi vel episcopi, et ad *prouin-*

uinciam vel *dioecesim*, cui praeest (*a*), nec non ad *pontificalia*, inter missarum solennia determinatis diebus peragenda (*b*). Hinc *duplici pallio* indiget, qui praeest duabus ecclesiis, honore pallii insignitis; et ad aliam similem sedem translatus ad *novum pallium* impetrandum obligatur (*c*): nec id *commodari* alteri potest, et pallatus cum eo *sepeliendus* (*d*).

(*a*) c. 1. c. 4. §. 2. c. 5. 6. X. h. t. [*Solus Romanus Pontifex*, ait Innocentius III. c. 4. X. h. t. *in missarum solemniis pallio semper vtitur et vbique: quoniam assumtus est in plenitudinem ecclesiasticae potestatis, quae per pallium significatur. Alii autem nec semper, nec vbique, sed in ecclesia sua, in qua iurisdictionem ecclesiasticam acceperunt, certis debent vti diebus; quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.*]

(c) c. *vlt.* *X. h. t.* [Enumerantur quidem in Pontificali Romano. Sed ex lege *vlt.* X. h. t. apparet, singulos ecclesias peculiari in hoc iure ex priuilegiis Pontificum frui.]

(c) c. 4. *in f. X. de postulat. praelatorum.*

(*d*) c. 2. *X. h. t.*

Tit. IX.

TIT. IX.

DE
REGIMINE ECCLESIASTICO VICARIO.

(Lib. I Tit. XXVIII. *de officio vicarii.* Tit. XXIII. *de officio archidiaconi.* Tit. XXIV. *de officio archipresbyteri*).

ARGVMENTVM.

§. 156. *Vicarii vel dati vel nati.* 157. *Vicarii in actibus Ordinis,* 158. *et in iurisdictione.* 1) *Archidiaconi.* 159. *eorum iura.* 160. 2) *vicarii dati.* 161. *illorum iurisdictio vicaria.*

§. 156. *Ordinarii* cuiusque ius eſt conſtituendi *Vicarios*, ad *exercitium determinatarum* functionum regiminis eccleſiaſtici, *vice eius obeundarum. Vicarii* ſunt vel DATI, vel NATI, prout tales ſunt vel *ex ſpeciali conſtitutione*, vel *iure officii*, cui ex politia eccleſiae annexa eſt vicaria poteſtas.

§. 157. Quod in ſpecie attinet ad *vicarios epiſcopi*, horum alii vicarii ſunt in his, quae *Ordinis*, alii in his, quae *iurisdictionis* ſunt. Pertinent ad illos 1) vicarii epiſcopi in actibus *ordinis presbyteralis*, quos inter olim

con-

conſpicuus fuit ARCHIPRESBYTER (*a*): 2) vicarii in actibus *ordinis epiſcopalis*, ſeu in PONTIFICALIBVS (b).

(*a*) *c.* 1. *c.* 3. *X. de off. archipresb.* FLEVRY in *inſt. iur. eccl. P. I. cap.* 18. §. 6. ESPEN in *iur. eccl. P. I. lib.* 1. *tit.* 6. [Pertinebat ad eos maxime *inſpectio in clericos*, unde hodie illorum vicem ſupplent *Decani*, quorum alii ſunt *Vrbani*, qui clero eccleſiarum collegiatarum; alii *rurales:* qui presbyteris ſ. parochis ſimplicibus per certum diſtrictum praeſunt, ex quo ſcilicet per varias dioeceſes plures parochi inſtar Canonicorum in Collegia ſeu *Capitula ruralia* coierunt. Hisce Decanis pro diverſo dioeceſium ratione hodie non ſolum inſpectio in presbyteros decanatus ſui, ſed interdum etiam iurisdictio delegata in cauſis levioribus competit. HEDDERICH *Elem. iur. can.* P. II. §. 83. SCHENKL. *Inſt. iur eccl.* P. I. §. 285. cf. NELLER *de Archipresbytero plebium*, in *Ant. Schmidt Theſ. iur. eccl.* T. III.]

(*b*) Tales olim erant 1) *Chorepiſcopi*, rurales videlicet epiſcopi, epiſcopo Ciuitatis ſubiecti. c. 3. 4. 5. D. 68. *B. Parens* in *diſſ. iur. eccl. diſſ. V.* §. 5. *ſeq.* hodie vero 2) *epiſcopi titulares*, qui ſunt epiſcopi *ordinati ad epiſcopatus extinctos.* Inualuit videlicet inde a ſec. XIII. mos ordinandi epiſcopos ad ſolum *titulum epiſcopatuum extinctorum:* iique hodienum a pontifice, vi iuris reſeruati, hoc fine ordinantur, vt ſint, qui adhiberi poſſint *ad vicaria munia aliorum ſubleuanda* [c. 42. X. *de elect. Clement.* 2. eod.] ESPENIVS in *Iur. eccl. P. I. tit.* 15. *c.* 4. *tom. I. tit.* 15. *c.* 4. 117. *tom. III. p.* 387. [Audiunt etiam *Suffraganei.* Veri ſunt Epiſcopi tum ordinis, tum iurisdictionis ratione, ſed iura epiſcopalia ad dioeceſim adſtricta non niſi cum conſenſu ordinarii exercent. *F. Ant.* DÜRR d. *Suffraganeis ſ. Vicariis in Pontificalibus Epiſcoporum Germaniae.* Mogunt. 1782. 4.]

§. 158. Ad vicarios in his, quae *iurisdictionis* ſunt, pertinent I. ARCHIDIACONI (*a*), qui olim ex *mandato epiſcopi* ad vicarias functiones admoti (*b*), tandem diuturno vicarii muneris vſu facti ſunt *vicarii nati epiſcoporum*, *in*

in determinatis regiminis ecclesiastici iuribus, per dioecesim vel certum eius districtum exercendis (c).

(a) c. 2. *X. de off. archidiac.*

(b) c. 11. 14. 20. 21. 23. 26. *D.* 93.

(c) Vnus olim per dioecesim erat archidiaconus. Increscentibus dioecesibus, plures constituti sunt, et singulis *distincti* dioeceseos *districtus* assignati, *archidiaconatus* dicti vel *banna archidiaconalia*, plures parochias continentia. c. 12. X. *de off. iud. del.* c. 6. *et* 10. X. *de off. archid.* c. 54. §. 4. X. *de elect.* [Sic *Dioecesim Moguntinam* in *Archidiaconatus distinctam* ex diplomatibus sistere coepit et egregiis commentationibus illustrauit b. *Steph. Al.* Würdtwein, tomis IV. Manhemii 1769-90. 4. cuius praeclari operis continuandi spem facit vir harum rerum peritia clarissimus et subsidiis longe vberioribus instructus *Ioannes Wolfius*, Canonicus Nortunensis.]

§. 159. Differunt Iura archidiaconorum vicaria, prout aestimantur vel *iure Decretalium*, quo illis tribuitur *inspectio ecclesiastica* cum iurisdictione *correctiua* (a), vel *iure speciali*, quo illis consuetudine vel priuilegio acquisita est *iurisdictio ecclesiastica contentiosa* (b), vel *ex nouioris aeui obseruantia*, quo iura eorum *ob abusum* passim sublata vel restricta sunt. Est vero eorum potestas et iurisdictio *ordinaria*, vtpote *officio archidiaconali* annexa, *inferior* tamen et episcopo *subordinata* (c).

(a) c. 1. 5. *et* 7. X. *de off. archidiac.* c. 54. §. 4. X. *de Elect.* c. 2. X. *de excessibus praelator.*

(b) c. *ult.* X. *h. t.* *Nic.* Ianvarivs *de iure et officio archidiac.* c. 7. *et* 8. inter opera *Fr.* Florentis t. I. p. 356. *Ianus a* Costa *in comment. ad Decretal.* p. 130. 437. [Add. *Ant.* Schmidt d. *de synodis Archidiaconalibus* in T. III. *Thes. iur. eccl.* ab ipso editi n. IX. Idem in *institt. iur. eccl.* T. I. §. 123.]

(c)

(c) c. 1. 6. 7. 9. *X. de off. archidiac.* c. 3. *de Appell. in* 6. *Conc. Trid. seß.* 24. c. 20. *Io. Ge.* PERTSCH *von Archidiaconen und Officialen* c. 10. *Io. Paul.* KRESS *Erläuterung des Archidiaconal-Wesens.* c. V. §. 5. *s.* *Tob.* REINHARDT *in obs. ad Christianaei decision. Vol.* 1. *obs.* 29. *Laurentius a* DRIPT. in *speculo archidiaconali p.* 128. *sq.* *Ian. a* COSTA *l. c. p.* 130.

§. 160. Maior vſus inde a ſec. XII. eſſe coepit II. *vicariorum datorum* (*a*). Vocantur OFFICIALES et VICARII IN SPIRITVALIBVS, quibus vicaria epiſcopi poteſtas in *iurisdictione eccleſiaſtica* aliisque *partibus iuris dioeceſani* vel per dioeceſim vel per ſpeciales eius diſtrictus, exercendis committitur (*b*), qui inde vel *generales* ſunt, vel *ſpeciales* (*).

(*a*) Ante ſec. XII. eorum mentio non occurrit. c. 15. *X. de inſtitut.* c. 15. *X. de off. iud. ord.* quod ex vſu Galliae ESPENIVS in *Iur. eccl. p.* III. *tit.* 5. c. 1. §. 21. et ex obſeruantia eccleſiae Treuirenſis docet *Nic. ab* HONTHEIM *in hiſt. dipl. Treuirenſi tom. I. p.* 639. Primum in eccleſia Moguntina vicarium generalem a. 1391. conſtitutum refert *Val. Ferd. de* GVDENVS *in Cod. diplom. tom.* 2. p. 423. Conſtitutio eorum ſimul pertinuiſſe videtur ad reuocandam archidiaconorum poteſtatem. THOMASSINVS *de eccl. diſc. P. I. L.* 2. c. 8. n. 3. ESPEN *l. c.* §. 19. [Hinc in pleriſque dioeceſibus Germaniae Archidiaconorum nomen plane euannit; in quibusdam ſola honoris praerogatiua, in aliis poteſtate quidem, ſed ad arbitrium Epiſcopi reſtricta gaudent, aeſtimanda ex ſingulorum, epiſcopatuum formula. De iure Colonienſi vid. HEDDERICH *Elem.* P. II. §. 78.]

(*b*) c. 2. *de off. vicarii in* 6. c. 3. *de temp. ordinat. in* 6. *Clem.* 2. *de reſcript.* *I. P.* GIBERT *in corp. iur. Can. P.* 2. *p.* 111. ESPEN *lib. I. tit.* 12. *t. I. p.* 81. *Petr.* LEVRENIVS *de Vicario epiſcopi. qu.* 139.

(*) *Officiales* plerumque ad iurisdictionem contentioſam, *vicarii in ſpiritualibus*, qui alicubi etiam *Commiſſarii* audire ſolent, ad iurisdictionem voluntariam exercendam conſtituuntur. Speciales dicuntur etiam *foranei*, vel Commiſſarii *ſpeciales*, quorum hiſtoriam in dioeceſi Moguntina

tina ex diplomatum fide enarrat *Ioh.* WOLF's *hiſt. Abhandlung von den geiſtlichen Kommiſſarien im Erzſtifte Mainz, beſonders von denen im Eichsfelde.* Goett. 1797. 8.]

§. 161. Toto regimine eccleſiaſtico ad normam *regiminis politici* efformato, iurisdictio, quae illis olim committi ſolebat, hodie demandatur *dicaſteriis eccleſiaſticis*, quibus *vice epiſcopi* praeeſt *officialis* vel *Vicarius generalis*, et quibus ſubordinata ſunt iudicia officialium *foraneorum* vel *archidiaconorum*, vbi hi ſuperſunt (*a*). In nonnullis epiſcopatibus *Germaniae* iisdem vſu et obſeruantia vel ſpeciali Commiſſione epiſcopi ſimul relicta eſt *iurisdictio ſecularis* (*b*). Quod vbi euenit, ſimul Legibus imperii proſpectum eſt (*c*), ne ab eis in *cauſis ſecularibus* ad iudicia *eccleſiaſtica* appelletur.

(*a*) *c.* 3. *pr. de appellat. in* 6. *c.* 2. *de Conſuet. in* 6.

(*b*) De eccleſia Treuirenſi vid. *Nic. ab* HONTHEIM in *hiſt. dipl. Treuir. tom. II. p.* 541. *et tom. III. p.* 207 *et* 905. De Colonienſi, Monaſterienſi et Leodienſi vid. *Ge. Melch. de* LVDOLPH de *iurisdict. officialium in cauſis ciuilibus tom. I. obſ. Camer. p.* 309. *ſq.*

(*c*) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 164. *Capit. Caeſar. nouiſſ. art. XIV.* §. 4. *et* 5. [*Vlr.* DE CRAMER *Wetzlar. Nebenſtund.* T. I. *Pragmatiſche Erläuterung des* §. 164. *jüngern Reichsabſchieds und des dahin einſchlagenden Viſitations-Gutachten vom J.* 1713. in *Concord. Nat. G. int.* T. III. n. 8.]

SECTIO II.

DE

REGIMINE ECCLESIASTICO ECCLESIAE EVANGELICAE.

Tit. I.

DE

REGIMINE ECCLESIASTICO ECCLESIAE EVANGELICAE IN GENERE.

ARGVMENTVM.

§. 162. *Suſpenſio iurisdictionis eccleſiaſticae.* 163. *Ratio eccleſiae vniuerſae.* 164. *Politia eccleſiae particularis.* 165. *Diſcrimen eorum, quae ſunt miniſterii et regiminis.* 166. *Ius epiſcopale.* 167. *Statibus Euangelicis ſpeciatim acquiſitum.* 168. *Eius discrimen a iure circa ſacra territoriali.* 269 *Eius indoles.* 170. *Eius exercitium eſt regimen eccleſiaſticum.* 171. *Iura eius communia et propria.* 172. *Reſeruata et vicaria. Vicaria conſiſtunt in iurisdictione et inſpectione eccleſiaſtica,* 173. *quae et vi acquiſitionis aliis obuenire poteſt.* 174. *Subiectio clericorum et laicorum.* 175. *Regimen eccleſiaſticum immutari nequit, domino territorii religionem mutante.*

§. 162. Separatio *eccleſiae Euangelicae* a nexu regiminis *eccleſiae Pontificiae* iuſta ex cauſa et ſub tutela Statuum imper. Euangelicorum ſuſcepta (§. 40.), conſummata eſt per pacem *Religioſam* (*a*), et *Weſtphalicam.* Per

Per hanc (*b*) *Ius dioecesanum* et *tota iurisdictio ecclesiastica cum omnibus suis speciebus aduersus Augustanae confessionis Electores, principes, status, comprehensa libera Imp. nobilitate, eorumque subditos*, tam *inter Catholicos et A. C. addictos quam inter solos A. C. Status vsque ad compositionem Christianam dissidii religionis suspensa est* (*c*), simulque conuentum, vt *intra terminos territorii cuiusque* (§. 140.) *ius dioecesanum et iurisdictio ecclesiastica se contineret:* et si quid *iurium papalium* in bonis Statuum A. C. ecclesiasticis praetenderetur, id *validitate* et *executione* a brachio seculari impertienda careret (*d*). Etiamsi vero de religionis dissidiis amicabiliter conueniri non possit: haec *suspensio* tamen, perinde ac ipsa transactio Westphalica (*e*), perpetua est, ideoque *vim* habet *sublatae potestatis ecclesiasticae.*

(*a*) *Pax rel. de a.* 1555. *art.* 20. 25.

(*b*) *Instr. Pac. Osn. art. V.* §. 48.

(*c*) In *Proiecto P. W.* inter legatos *Caesareanos et Suecicos* conuento, positum erat: *sublata esto.* a Meiern *Acta Pac. Westph. tom. IV. p.* 97. 107. 188. 202. 573. Actum est deinceps ex monitis Statuum Cath. de verbo verecundiori *suspensionis*, quo vsa *Pax religiosa;* quamquam hoc eandem vim habere, et hoc ipso *iura tolli* agnosceretur ob pacis perpetuitatem. *ibid. p.* 603. 804. 825. 854. 880. 928. 964.

(*d*) *I. P. O. art. V.* §. 19.

(*e*) *I. P. O. art. V.* §. 14. *in f. Pax rel. de a.* 1555. *art.* 25.

§. 163. *Ecclesia Euangelica Germanica vniversa* cum potestatem ecclesiasticam numquam in aliquem transtulerit, superiorem in sacris non habet, et collegium aequale et liberum est in Imperio R. G. Speciali regimine non indiget (a): cum et causam eius agat *corpus Euangelicum*, quo consociati sunt Status imp. ratione *territoriorum* suorum *Euangelicorum*, de eis communi consilio tractandis et promouendis, quae *causas communes* ecclesiae Euangelicae et conseruationem iurium, per *Pacem Religiosam* et *Westphalicam* constitutorum, concernunt (§. 45. 52.) (b).

(a) Ad normam ecclesiasticam tamen *communi conuentione Ecclesiae Euangelicae Germanicae* sanciendum passim prouocatur in *Ordinationibus ecclesiasticis*. vid. *Artic. Sax. General. art.* 9.

(b) DE SCHAVROTH *coll. concl. corp. Euangel. tom. II. p.* 492. *Io. Iac.* MOSER *Staatsrecht tom. IX. c. X. p.* 116. *f. Io. Car.* KOENIG *de iure intercedendi corp. Euang. in causis religionis* in app. n. 2. p. 68.

§. 164. Quaelibet ecclesia Euangelica *particularis* constituit collegium in territorio, communi regimine externo vnitum (§. 45.). Illius *politia*, vi *potestatis ecclesiasticae* adornata, et legibus publicis in singulis territoriis speciatim constituta (§. 42.), vim habet constitutionis *perpetuae* et *fundamentalis*, non *sine ecclesiae consensu* innouandae.

§. 165.

§. 165. Vi politiae alia pertinent ad MINISTERIVM, quod per *art.* 28. *Auguſt. Confeſſ.* revocatum eſt ad limites, in *lege Euangelii* conſtitutos; alia ad REGIMEN ECCLESIASTICVM, quo exercentur iura poteſtatis eccleſiaſticae in ſacris externis eccleſiae dirigendis. *Illorum* adminiſtratio annexa eſt *officiis ſacris curatis*, *ſubordinata* tamen regimini eccleſiaſtico.

§. 166. *Complexus iurium regiminis eccleſiaſtici, quae Domino territorii Euangelici in Sacra externa eccleſiae Euangelicae ſui territorii competunt*, vno nomine et termino artis, ſtilo publico probato, IVS EPISCOPALE vocatur (*a*). In quo continentur tum 1) iura *poteſtatis eccleſiaſticae* (§. 7. 8.), eccleſiae non minus iure *diuino* et *naturali* quam *iure eccleſiaſtico Germaniae communi* competentia, tum 2) iura poteſtati eccleſiaſticae *annexa* (*b*), quoad haec videlicet cum *indole eccleſiae Euangelicae* conſiſtere poterant. Secundum hanc limitationem eidem inſunt iura ante hac tam papalia quam epiſcopalia (*c*).

(*a*) I. P. W. art. VII. §. 1.

(*b*) De *abuſibus* poteſtatis eccleſiaſticae emendandis tantum actum eſt in Auguſtana Confeſſione: ideoque in eius *Apologia art. XIV. de poteſtate eccl.* non modo diſerte declaratur: *in unſer Confeſſion iſt nichts geredt wider der Kirchen- oder Prieſter- Freiheiten, damit ſie von weltlicher Obrig-*

Obrigkeit, Kayſern, Königen und Fürſten begnadigt ſind: ſed et iura poteſtatis eccleſiaſticae exponuntur in A. C. *art.* 28. *in Apologia A. C. §.* 14. et in *Art. Smalcald. tit. vlt.*

(*c*) *Sam.* STRYK *de iure papali principum Euangel. c.* 11. §. 12. *Dan.* NETTELBLADT *de imperii ſacri Statuum proteſtant. natura* §. 37. *Ge. Ernſt Lud.* PREVSCHEN in tr. *daſs ein Catholiſcher Landesherr in Kirchen - und Ehe-Sachen Evangel. Unterthanen zu erkennen nicht befugt. cap. X.*

§. 167. Haec iura, ſub nomine IVRIS EPISCOPALIS, Domino territorii euangelici obuenerunt *mutuo Domini* et *eccleſiae ſui cuiusque territorii conſenſu*, et Salute *eccleſiae* id exigente (§. 41. 43.) (*a*). In ſingulis territoriis ſpecialius definita ſunt *pactis publicis* inter Dominum territorii et ordines prouinciales (*b*), et in ſecuro loco tantum conſtituta *ſuſpenſione totius iurisdictionis eccleſiaſticae*, lege Imp. publica facta (§. 162.).

(*a*) Ab *origine reformationis* haec fuit eccleſiae ſententia, ex eaque ſtatus Imp. Euangelici regimen eccleſiae ſibi *ſtilo publico* tribuerunt. CARPZOV in *iurispr. eccl. lib. I. def.* 2.

(*b*) Mox a primordiis reformationis cauſae eccleſiaſticae, tamquam cauſae totius prouinciae communes, in comitiis prouincialibus tractatae, et per receſſus prouinciales definitae ſunt. (Hertius) de *iure reformandi ſtat. Imp.* p. 24. Vis horum pactorum publicorum confirmatur in *Inſt. Pac. Osn. art. VII. §.* 1. [Cf. KOPP *von d. ält. u. neuern Verfaſſung der geiſtl. und Civil - Gerichte in d. F. Heſſencaſſeliſchen Landen* T. I. p. 205. LEDDERHOSE *Heſſencaſſel. Kirchenrecht* §. 17. p. 24. ſq. MATTHIAE *Beſchreibung der Kirchenverfaſſung in den Herzogth. Schleswig u. Holſtein.* T. I. p. 9. et 13. *Wirtembergiſche Religionsurkunden.* 1741. und *Erbvergleich* de a. 1770. *I. G.* HARTMANN *Geſetze des Herzogth. Wirtemberg* Th. IV. (*Kirchengeſetze* B. III.) Abth. I. cap. 1.]

§. 168.

§. 168. Statibus Imp. Euangelicis itaque *ius episcopale* non nisi vi *specialis tituli* obuenit: et ex eo tantum *coexistere* coepit *superioritati territoriali* Statuum Euangelicorum (*a*), non vero est pars superioritatis territorialis Differt ergo 1) a *iure territoriali* circa sacra Statuum Imp. Euangelicorum, quod est ius omnium Imp. Statuum *commune* (*b*), et a *superioritate territoriali* dependens: differt 2) a *iure reformandi*, tamquam parte iuris circa sacra territorialis (§. 23.) (*c*).

(*a*) *Io. Vlr. de* CRAMER de *iure circa sacra maiest. et oclleg.* §. 69. *Io. Steph.* PÜTTERI *ius publ. Germ.* §. 628.

(*b*) Hoc inter *antiqua iura* Statuum Imp. *in Pac. Osn. Art. VIII.* §. 1. recensetur tamquam *liberum ius territoriale tam in ecclesiasticis quam in politicis.* In art. V. §. 30. vocatur ius *ratione terrritorii et superioritatis vnicuique Statui immediato competens.* Ad hoc restringenda sunt ea, quae exposuerunt *Io. Ge.* REINHARD *de iure principum Germ. cum primis Saxoniae circa sacra ante tempora reformationis et Io. P. de* LVDEWIG *de principum S. R. I. potestatis in sacris ante paces religiosas. de* CRAMER *tom. II. obs.* 577.

(*c*) Hoc ius tum ex *iure superioritatis* pendet *I. P. O. Art. V.* §. 31. tum ius est *omnium Principum; Regum et Statuum immediatorum* commune *art V.* §. 39. Ideoque erroneum est, *ius reformandi* pro synonymo *iuris dioecesani et iurisdictionis ecclesiasticae* haberi posse: quo principio tamen vtitur *Io. Casp.* BARTHEL *de iure reform. nouo* art. 1. §. 2.

§. 169. Ius episcopale statuum Euangelicorum est 1) *summum* et a iurisdictione tribunalium imperii *liberum et immune* (*a*), cum iura acquisita contineat, qualia et ante reformationem ab ea independentia fuerunt: in

in ſe tamen 2) eſt *limitatum*, quatenus eius exercitium tam ex *Auguſtana Confeſſione* et *legibus prouinciae fundamentalibus*, quam ex *natura poteſtatis eccleſiaſticae* circumſcriptum eſt, quippe quae eadem lege penes dominum territorii eſt, qua ab origine eſt penes ipſam eccleſiam (§. 24.). Ex quibus intelligitur, quid ſit *officium circa ſacra*, quod continet complexum *obligationum* in ſacris eccleſiae Euangelicae ex eius ſalute et ex norma pactorum publicorum regendis.

(*a*) *Deo* tantum *eiusque ſupremo iudicio* rationibus de *eius exercitio* reddendis ſe obnoxios eſſe profitentur *Status Euangelici* in literis publicis, quas exhibet *Eb. Chriſt. Wilh. de* SCHAVROTH in *Collect. Concl. Corp. Euang.* tom. I. p. 290. *Io. Iac.* HELFFERICH *de indepedentia iuris circa ſacra Stat. Imp. Euangel.* §. 8. *ſ.* vid. *Obſ. iur. Canon. obſ. V.*

§. 170. Iisdem limitibus circumſcriptum eſt REGIMEN ECCLESIASTICVM, quo deſignatur *exercitium iurium, quae iuri epiſcopali inſunt*, per eccleſiam Euangelicam certi territorii (*a*) (§. 166. §. 169.).

(*r*) *Theod.* REINKINGK *de regimine ſecul. et eccleſiaſtico* P. III. Vti exercitium *iuris epiſcopalis* regimen eccleſiaſticum conſtituit; ita exercitium *iuris circa ſacra territorialis* ad regimen ſeculare pertinet.

§. 171. Inter *iura regiminis eccleſiaſtici* Dominii territorii Euangelici alia ſunt COMMVNIA, in quorum exercitio opus eſt conſenſu

ec-

ecclesiae, siue haec in territorio per synodos siue ab Ordinibus Prouincialibus repraesentetur, alia PROPRIA, in quorum exercitio ecclesiae consensu opus non est. Ad iura communia pertinent 1) iura ecclesiae *collegialia*, quoad *innouationem* in religione et in ecclesia respiciunt (*a*), 2) iura, quae ex norma *legum* prouinciae *fundamentalium* ad *consensum ecclesiae* adstricta sunt.

(*a*) In *constituenda* ecclesia omnia acta sunt *ex ecclesiae consensu*. In *triplici ordine*, quem Veteres in ecclesia constituunt, *Magistratus* videlicet, *Ministrorum V. D.*, et *plebis* non apta quidem continetur *membrorum ecclesiae* diuisio, recte monente PVFENDORFIO de *habitu religionis ad vit. civ.* §. 32. in eodem tamen proponitur *modus exercendi potestatem ecclesiasticam*, ex ecclesiae politia. Traditum inde est a maioribus, in *innouandis his*, quae ad ecclesiam pertinent, magistratum iure proprio *aduocatiae*, ipsam ecclesiam vero, in *ministris* et *populo* consideratam, virtute *potestatis ecclesiasticae* concurrere; ideoque etiamsi potestas ecclesiastica, *quoad exercitium*, *magistratu* relicta sit, nihil tamen in ecclesia *innouari* posse, nisi ipsa *ecclesia*, iisque, qui eam *repraesentant*, in partes vocatis. CARPZOVIVS *decision. illustr. Part. II. Dec.* 113. *n.* 22. *et in iurisprud. eccl. lib.* I. *def.* 69. *lib. II. def.* 247. *Io.* SCHILTER *in instit. iuris* Canon. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 8.

§. 172. Iura regiminis ecclesiastici *propria* sunt vel VICARIA, quorum exercitium ex politia ecclesiae certis officiis ecclesiasticis annexum est, vel RESERVATA, quorum exercitium est penes *ipsum territorii Dominum*, vel nomine eius penes *consilium sanctius* (*a*). Versantur *vicaria iura* in ecclesia secundum leges ecclesiasticas *dirigenda*, videlicet 1) in *iurisdictione ecclesiastica*,

in

in ſpecie ſic dicta, et 2) in *Inſpectione eccleſiaſtica*, qua tribuitur poteſtas curandi et efficiendi, vt quae ad eccleſias ſpeciales et ad cultum diuinum externum per certum diſtrictum pertinent, ex norma legum eccleſiaſticarum peragantur (*b*) (§. 8.). Vtraque, ratione *ſubordinationis*, vel *ſuperior* eſſe poteſt, cui ſubordinatum eſt exercitium omnis iurisdictionis et inſpectionis eccleſiaſticae vnius prouinciae, vel *inferior*, quae priori eſt ſubordinata.

(*a*) In Saxonia exercitium iurium *reſeruatorum* vi ſpecialis commiſſionis demandatum eſt *Senatui Eccleſiaſtico*. CARPZOV *in iurisprud. eccleſiaſt.* lib. 1. tit 1. def. 12. n. 18. *Chriſt. Ge.* WABST *Verfaſſung des Churfürſtenthums Sachſen* Sect. V. c. 2. §. 7. *B. Parens in iur. Eccleſ.* lib. 1. tit. 28. §. 49. 50. 51. 52.

(*b*) *Epiſcopalis ſollicitudo* vocatur in c. 10. X. *de officio archidiac.* et per *cenſuras* efficax redditur.

§. 173. Nihil impedit, quo minus tam *iurisdictio*, quam *inſpectio eccleſiaſtica inferior* per *certum* territorii diſtrictum *ſpeciali titulo* et ſubordinata ratione poſſit ab aliis, etiam a laicis, acquiri, et quidem tam *conceſſione* domini territorii Euangelici, quam *conſuetudine* (*a*) et *praeſcriptione immemoriali* (§. 118.). Quae ita competit *vi ſpecialis acquiſitionis*, his, quibus acquiritur, propria eſt, ſubordinata tamen: eaque paſſim obuenit *dominis territorii ſubalterni*, *magiſtratui* ciuitatum municipalium, *dominisque* praediorum *mediatis* (*b*).

(a) Huius consuetudinis rationes sunt, quod quae potestatis ecclesiasticae sunt, personis, iurisdictione vniuersali iam instructis, ex ecclesiae consensu et *ipso vsu et obseruantia* obuenerint (§. 43.). De his conf. *B. Parens tom. I. Consult. et Decis.* P. I. res. XXXV. n. 46. s. et resp. XXXIII. XXXIV. [A. a BALTHASAR *ius eccles. past.* T. I. p. 473.]

(b) *Henr.* LINK *de iure episcopali* cap. 15. n. 101. s. *Nic. Christ.* LYNCKER *resp.* 76. et 176. *Mich. Henr.* GRIENER *de iure territorii subordinati* diss. post. §. 7. *Christ.* DONDORF *de iurisd. ecclesiast. quatenus magistratui municipali in specie hexapolitano competat* c. 3. §. 14. in *Christ. God.* HOFMANNI script. rer. Lusat. tom. III. n. 4. *B. Parens* in *Iur. Eccl.* lib. I. tit. 28. §. 26. 27.

§. 174. Regimini ecclesiastico respondet *subiectio*. Quousque 1) *illud* patet (§. 166.), eousque *haec* pertinet; 2) eaque in genere obstringuntur omnia ecclesiae membra, *laici* et *clerici*, et 3) specialius *clerici* ratione officii sacri et ecclesiastici ex fide gerendi: qui eo nomine his, quorum iurisdictioni ecclesiasticae immediate subsunt, subiectionem et fidem ministerii *iureiurando* promittere tenentur (a).

(a) c. 10. 13. X. *de maiorit. et obedientia.* Inde ius exigendi iuramentum fidelitatis est annexum iurisdictionis ecclesiasticae. *B. Parens cons. et Dec.* tom. I. P. 2. resp. XXXIV. n. 85. et 109.

§. 175. Cum politia ecclesiae in territoriis Euangelicis vim constitutionis perpetuae et fundamentalis habeat (§. 164.): eadem quoque in casu *mutationis religionis*, qui in persona *domini territorii* contingit, salua esse, et *regimen ecclesiasticum* tale persistere debet, quale est ex *politia ecclesiastica* constitutum, per ecclesiae

mem-

membra ſub auctoritate Domini territorii exercendum. Huic vero fas non eſt, ſub vllo vel *iuris territorialis* vel *iuris epiſcopalis* alioue praetextu *ſacris alterius confeſſionis*, hactenus ibi receptis, vllum impedimentum aut praeiudicium *directe* vel *indirecte* afferre (*a*). Atque hoc in vtroque mutationis caſu, ſiue dominus territorii *alteri ſacrorum Euangelicorum parti* addictus, ſiue *Catholicus* praeeſſe incipit, obtinere debet tam ex *analogia* iuris et *paritate rationum* earundem, quam ex exemplo in *epiſcopatu Osnabrugenſi* conſtituto (*b*); eoque collineant *pacta publica* a Domino territorii cum Ordinibus prouincialibus et ſubditis in eius rei ſecuritatem in vim legis fundamentalis inita (*c*). Fallunt omnino, qui in hoc mutationis caſu iura papalia et epiſcopalia ſuſpenſa *reuiuiſcere* cenſent; cum horum ſuſpenſio manifeſte aduerſus *Statuum A. C. addictos ſubditos*, ideoque adverſus *totam eccleſiam territorii Euangelici*, vſque ad *compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis* conuenta ſit (§. 162.).

(*a*) *I. P. O.* art. VII. §. 1.

(*b*) *I. P. O.* art. XIII. §. 8.

(*c*) Sanctiones aſſecurationis Status religionis in Saxonia exhibentur in *Codice Auguſteo* tom I. p. 4. et p. 347. in FABRI *Staats - Canzl. tom.* 31. *p.* 644. 679. 699. De ducatu Wurtemburgico vid. SCHAVROTH l. c. tom. III. p. 833. De Haſſia vid. MOSERI *Staats - Archiv anni* 1755. *tom. I. p.* 164. [De recentioribus cf. PÜTTER *Lit. d. T. Staatsr.* T. III. §. 1517. et KLÜBER p. 605. Variis argumentis validi-

liditatem huiuscemodi pactorum circumſcribere conati ſunt *L. B.* de Ickstadt in diſſ. *Vindiciae iuris territorialis aduerſus capitulationum, pactorum et literar. reuerſalium abuſus.* Monach. et Ingolſt. 1759. et *I. C.* Barthel in d. *de iuſtis pactorum inter dominos territoriales eorumque ſtatus prouinciales et ſubditos limitibus.* Wirceb. 1771. Sed cf. Moser *von d. T. Religionsverf.* cap. 15. p. 212. et *von der Landeshoheit in Geiſtl.* B. 4. c. 7.]

Tit. II.

DE
REGIMINE ECCLESIASTICO VICARIO IN SPECIE DE IVRE CONSISTORII.

ARGVMENTVM.

§. 176. *Conſiſtorium in genere.* 177. *Eius conſtitutio pars politiae.* 179. *Ius illud conſtituendi.* 179. *In ſpecie* a) *Conſiſtoria prouincialia.* 180. *Iura principis euangelici circa illa.* 181. *Iura eorum ordinaria et extraordinaria.* 182. *Subiectio immediata erga conſiſtorium.* 183. b) *Conſiſtoria mediatorum.*

§. 176. Regimen eccleſiaſticum vicarium (§. 272.) exercetur per conſiſtoria (*a*) et Superintendentes. Consistorivm in genere eſt *collegium, quod conſtituitur ad exercenda determinata iura poteſtatis eccleſiaſticae per eccleſiam certae regionis.*

(*a*) *Romanis* conſiſtorium eſt collegium eorum, quorum conſilio vtebatur imperator in partibus regiminis ciuilis explicandis, *Iac.* Godofredvs in *Comment. ad Cod. Theod.* tom. I. p. 67. et tom. II. p. 69. Translatum deinde eſt ad *conſeſſum presbyterorum*, qui aderant epiſcopo in rebus eccleſiae tractandis, quo ſenſu et *conſiſtorium Cardinalium* appellatur. *Car. de* Fresne in *Gloſſar.* tom. II. novae edit. p. 992. nec non ad *collegia iudicantium c. 2. X. de ſentent. et re iudic.* et ad *curias epiſcopales. Henr.* Linckivs *de iure epiſcopali p.* 575. [De iure Conſiſtoriorum

rum cf. PÜTTER *Litt. d. T. Staatsr.* T. III. §. 1494. praecipui ſunt *Chr.* WEBER *Conſiſtorium* h. e. *de iure et ratione Conſiſtoriorum.* Arnſt. 1647. 8. et *Chr. Fr.* PLATHNER *oeconomia iuris conſiſtorialis.* Gosl. 1715. 4. Certiora ex ipſis ſat multis provinciarum Germaniae euangelicarum conſtitutionibus colliges.]

§. 177. Pars politiae eccleſiaſticae eſt, *iurisdictionem* et *inſpectionem eccleſiaſticam* in eccleſia Euangelica exerceri per conſiſtoria: eaque tum innititur principiis comunibus, in eccleſia agnitis (§. 41.) (*a*), tum confirmata eſt *particulari obſeruantia eccleſiarum legibusque* prouinciae *fundamentalibus*, et exinde legem perpetuam accepit (*b*).

(*a*) In *Articulis Smalcaldicis tit. de poteſtate et iurisd. epiſc.* anno 1537. placuit, ea, quae ad poteſtatem eccleſiaſticam pertinent. *iudiciis eccleſiae* eſſe demandanda. Idem propoſitum in formula de *gubernatione eccleſiae* de a. 1545. ſupra in nota §. 41 excitata. Prima conſiſtorii rudimenta, valde probante LVTHERO, Wittebergae a. 1539. et Lipſiae 1543. poſita ſunt. *Vit. Lud. de* SECKENDORF *in hiſt. Lutheranismi* L. III. §. 72. n. 7. et 110. n. 5. p. 219. 455. 456. *B. Parens in iure eccleſ.* Lib. I. tit. 28. §. 11. *Eſ. Frider.* PVFENDORF *obſeruat. iuris* tom. I. obſ. 166.
(*b*) *Matth.* STEPHANI in tr. *de iurisdictione lib. III.* P. 1. c. 15. n. 8. ex vſu terrarum Euangelicarum obſeruat, conſiſtoria ex conſenſu ſtatuum prouincialium et ſubditorum eſſe ordinata. MEVIVS P. III. *Dec.* 415. *n.* 9. *in f. Nic. Chriſt.* LYNCKER *Vol. I. Reſp. X. n.* 18. *ſ.* CARPZOV in *iurispr. eccleſ. lib. I. def.* 11.

§. 178. *Ius conſiſtorii* eſt ipſum ius conſtituendi conſiſtorium. Eſt illud *ius poteſtatis eccleſiaſticae;* ideoque tum 1) ius *eccleſiae* in exercendis iuribus collegialibus (§. 8.), tum 2) ius eorum, quibus *poteſtas* eccleſiaſtica *ſpeciali titulo* competit. Eſt ergo non minus ius

domini

domini territorii Euangelici (§. 168.), quam *mediatorum*, quoad his partes poteſtatis eccleſiaſticae ſint acquiſitae (§. 173.).

§. 179. Conſiſtorium PROVINCIALE eſt, quod conſtituitur ad exercenda *determinata iura poteſtatis eccleſiaſticae* per eccleſiam certi territorii (*). Conſtituitur vel a *domino territorii Euangelici* ad iura regiminis eccleſiaſtici vicarii exercenda, vel *nomine ipſius eccleſiae* ex *legis publicae diſpoſitione*. De hoc agendum eſt tit. VI.

(*) Inter plura per vnum idemque territorium conſiſtoria non vbique ſubordinationis nexus intercedit. Exemplo ſunt prouinciae Haſſo-Caſſelianae. Contrarium in Electoratu Sax. et in terris Holſaticis et Sleſuicenſibus obtinet.

§. 180. Ius Domini territorii Euangelici circa conſtitutionem *conſiſtorii Prouincialis* pertinet ad *iura reſervata* regiminis eccleſiaſtici (§. 172.): idque ſpeciatim continet 1) ius conſtituendi *membra conſiſtorii*, ex vtroque ordine, clericali et politico (*a*); 2) ius ferendi *Ordinationes conſiſtoriales*, quibus iura et officia Conſiſtorii ſecundum politiam eccleſiae definiuntur.

(*a*) *Iac.* BRVNNEMANNVS *in iure Eccl. lib.* III. *c.* 1. §. 5. LVDOVICI l. c. c. III. §. 1. *ſ.* MEVIVS P. IV. *dec.* 1. *Mart.* SCHRADERVS *de cauſis foris eccleſiaſt. praef.* Non deſunt exempla, principes Euangelicos *conſiſtorii ſui* egiſſe praeſidea. Ioannes Fridericus II. Dux Saxoniae in Ordinatione Coſiſtoriali de a. 1561. ſibi ſumſit praeſidium. *In ſolchem Conſiſtorio wollen wir, als der Landesfürſt, der Oberſte Praeſident ſeyn, und demſelbigen in eigener Fürſtlichen Perſon mit Gottes gnaediger Hülff iedesmal beywohnen.*

§. 181.

§. 181. Iura regiminis ecclefiaftici vicarii, confiftorio provinciali conceffa, vel *ordinaria* funt, quae iuxta *politiam ecclefiae ex regula* ei demandantur (*a*), vel *extraordinaria*, quae ei non competunt nifi *vi fpecialis commiffionis* (*b*). *Illa* confiftunt (1) in *iurisdictione ecclefiaftica contentiofa*, quae tantum eft iurisdictio *primae inftantiae;* cum fubordinata fit *fupremis prouinciae tribunalibus*, quibus demandata eft *iurisdictio ecclefiaftica fuperioris inftantiae* (*c*), 2) in *infpectione ecclefiaftica dirigente*, quae eft *fuperior*, quoniam continet *ipfum vicarium ius* epifcopale domini territorii Euangelici, ideoque ipfi immediate eft fubordinata.

(*a*) CARPZOV *iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 2. LVDOVICI *l. c.* c. 6. *Chrift.* WEBER de *iure confiftor. cap.* 26. in *Ahasv.* FRITSCHII *iur. eccl. tr. V. p.* 759. *Dav.* MEVIVS *Part.* III. *decif.* 257. *B. Parens in iur. ecclef. lib.* I. *tit.* 28. §. 50.
(*b*) *Adr.* BEYER in *add. ad. Carpzouii I. E. lib. I. def.* 12. WABST *Verfaffung des Churfürftenthums Sachfen. S.* 2. c. 3. 8. *p.* 160. [LEDDERHOSE *Heffen-Caffelifches Kirchenr.* §. 26.]
(*c*) *Dav.* MEVIVS *P. IV. dec.* 1. *B. Parens* in *iur. Ecclef. lib. I. tit.* 28. §. 38. 39. 42. *Ordinat. Tribunal. Cellenf.* P. I. tit. 1. §. 3. PVFENDORF *tom. III. obf.* 101. [MATTHIAE *Befchreibung der Kirchenverfaffung in den Herzogth. Schleswig u. Holftein* Th. II. Abschn. V. Abth. II. p. 268. fq.]

§. 182. Confiftorio prouinciali *immediate* fubfunt 1) *omnia ecclefiae membra*, fine difcrimine ftatus (§. 174.), ideoque confiftorium iura confiftorialia *immediate* exercet per prouinciam affignatam (*a*). 2) Ipfe vero *dominus ter-*

territorialis Euangelicus in caufis priuatis ecclefiafticis confiftorio fuo non fubeft, quamquam eius decifioni fponte fe fubmittere poffit (*a*). Ipfius vero ius, certas caufas ecclefiafticas, fpeciali iuris ratione id vrgente, a confiftorio *auocandi* (*c*).

(*a*) *Io. Henr.* BERGERI *electa Proceffus matrimon. th.* 13. 14. *Io. Balthaf.* WERNHER *Obferv. forenf.* part. VI. obf. 451.

(*b*) *B. Parens in iur. Eccl. lib.* I. *tit.* 28. §. 41.

(*c*) CARPZOV *iurispr. eccl. lib.* III. *def.* 14. *n.* 4. *B. Parens* in I. E. lib. I. tit. 28. §. 44. [Cf. MEVII decif. P. I. 217. II. 134. 135. 154. *Aug. a.* BALTHASAR *ius eccl. paftorale f. Anmerkung. üb. die Pommerfche Kirchen O.* T. I. p. 472. et impr. p. 478.]

§. 183. A confiftoriis prouincialibus differunt *Confiftoria mediatorum*, quae conftituuntur ad exercendas partes *infpectionis* et *iurisdictionis ecclefiafticae*, mediatis vi *fpecialis tituli* acquifitas (§. 175.) (*a*). Per *limites* huius *acquifitionis* 1) definiuntur iura horum confiftoriorum, eaque 2) *fubordinata* funt confiftorio prouinciali, nifi ab hoc exemta, et Domino territorii immediate fubiecta fint (*).

(*a*) *Dav.* MEVIVS P. III. dec. 114. *Iac. Frid.* LVDOVICI *Confiftorial-Procefs* c. 3. §. 18. 19. *B. Parens in Iure Eccl. lib. I. tit.* 28. §. 27. 29. De iure confiftorii fenatui ciuitatis Luneburgenfis competente vid. *Ef.* PVFFENDORF *in introd. ad Proc. Brunfuic. P. I.* c. 3. §. 19. [*Stralfundenfis* in Pomerania iura explicat *Auguftin a* BALTHASAR in *allg. hift. Nachr. von d. Pommerfch. Landesgericht.* p. 114. et *G. ab* ENGELBRECHT *Obferuat. fel.* 53. not. 2. p. 301.]

(*) Tali exemtione, ratione iuris confiftorialis h. e. iurisdictionis contentiofae et infpectionis ecclefiafticae gaudet Academia Georgia Augufta.

TIT. III.

DE IVRIBVS SVPERINTENDENTIVM.

ARGVMENTVM.

§. 184. *Diuisio ecclesiae ratione inspectionis* 185. *Superintendentes.* 186. *Ius eos constituendi.* 187. *Iura et officia.* 188. *Iurisdictione carent.* 189. *Quaedam eorum functiones ad scitis patronis vel praefectis principum peragendae.*

§. 184. Ecclesia cuiusque territorii Euangelici ratione *inspectionis ecclesiasticae subordinatae*, per certas regiones constitutae, diuiditur in *dioeceses*, easque vel *speciales*, quae plures parochias, vel *generales*, quae plures dioeceses, *communi inspectioni ecclesiasticae* subiectas, continent (*a*).

(*a*) Politiam ecclesiasticam in terris Brunsuico-Luneburgicis exhibet *Ordinatio Superintendentium* in tom. I. *Corp. Const. Calemb.* p. 259. De Politia Saxoniae vid. *Christ. Gottl.* WABST *Verfassung des Churfürstenthums Sachsen* p. 154. *Iul. Bernh.* ROHR *Obersächsisches Kirchen-Recht lib.* II. c. 2. §. 3. [VON BALTHASAR *Ius eccles. pastorale* s. *Anmerkg. üb. die Pommersche Kirchenordnung* T. I. p. 536 sqq. MATTHIAE *Beschreibung der Kirchenverfassung in den HH. Schleswig u. Holstein* B. I. Th. II. Absch. I. Abth. I. p. 38. *Handbuch des Mecklenburg. Kirchen- u. Pastoralrechts* (Schwerin 1783.) §. 137. LEDDERHOSE *Hessen Cassel. Kirchenrecht Abschn.* I. *Abth.* I. *cap.* III. §. 27 sq. *Allg. Gesetzbuch für die Preuss. Staat.* T. II. Tit. II. §. 150.]

§. 185. SVPERINTENDENTES sunt *pastores ecclesiae, ad inspectionem ecclesiasticam subordinatam per dioecesim exercendam constituti.* Sunt

instar

inſtar epiſcoporum primitiuae eccleſiae (§. 87.): eorumque conſtitutio eſt pars *politiae* eccleſiae Euangelicae (*a*). Diſtinguuntur in *ſpeciales* et in *generales* iuxta diſtinctionem dioeceſium (§. ant.) (*b*).

(*a*) *B. Parens in Iur. Eccl. lib. I. tit.* 31. §. 77. 78. De eis conſtituendis mox *ſub primitiis reformationis* actum eſt. Vid. inſtructio, ſtilo Lutheri adornata, ſub tit. *Unterricht der Viſitatorum an die Pfarrer im Churfürſtenthum Sachſen de a.* 1528. SECKENDORF *hiſt. Lutheranismi* lib. II. §. 56. n. 28.

(*b*) *Ge. Henr.* AYRER de *Superintendentibus eccleſiarum Proteſtantium epiſcoporum veteris eccleſiae propagine epiſtola.* Gött. 1740. nec non de *Adiunctis Superintendentium Veteris eccleſiae chorepiſcoporum propagine.* 1739. (*Opuſcul. T. I. p.* 169.) [Superintendentes ſpeciales diuerſis paſſim appellationibus veluti *Praepoſitorum*, *Inſpectorum*, *Metropolitanorum*, *Definitorum etc.* inſigniuntur.]

§. 186. *Ius conſtituendi Superintendentes*, limitesque determinandi inſpectionis eis commiſſae dependet a *iure inſpectionis eccleſiaſticae*, tamquam parte *poteſtatis eccleſiaſticae*. Eſt ergo *tum* ius *eccleſiae*, exemplo primitiuae eccleſiae, *tum* vi regiminis eccleſiaſtici *ius Domini territorii Euangelici*, quod pertinet ad eius iura reſeruata (§. 167. 172.) (*a*), *tum* ius eorum, quibus inſpectio eccleſiaſtica *ſpeciali titulo* acquiſita eſt (§. 173.) (*b*).

(*a*) CARPZOV *iurispr. eccleſ.* lib. I. def. 19.

(*b*) B. Parens *Conſult. et deciſ.* tom. I. p. p. 1. reſp. XXXIV. n. 96. 109. LVDOVICI *Einleitung zum Conſiſtorial-Proceſs* c. IV. §. 3. *Dav. Ge.* STRYBEN *Rechtliche Bedenken tom. I.* N. CLXXXII. p. 465.

§. 187. Per demandatam *inſpectionem eccleſiaſticam* certae dioeceſeos determinantur tum *iura* quae eidem inſunt (§. 172.) et *officia Superintendentium* ratione eccleſiarum, clericorum, locorum et bonorum eccleſiaſticorum per dioeceſim (*a*), tum *obligatio* ad conuenientem obedientiam et reuerentiam eis exhibendam (*b*). Ex more primitiuae eccleſiae *iure praecipuo* ſeruata illis eſt functio *ordinationis*, ideoque alii conſtitui non poſſunt quam *ordinati*. Solet vel ideo officium ſuperintendentis coniungi cum officio quodam *paſtorali* (*c*).

(a) Officium eorum ſigillatim explicat *Casp.* Zieglervs in tract. *Superintendens ad normam conſtit. eccl. in Sax. adornatus.* Viteb. 1712. 4. *cap.* VIII. *et ſq.*, *Chriſt. Gottl.* Lehmannvs *de officio Superintendent. in Elect. Sax. quod praeſtat Conſiſtorio, Eccleſiae et paſtoribus qualibet ſua actione.* Chemnitii 1725. 4. c. 25.

(*b*) Conf. c. 3. D. 94. c. 7. D. 95. *B. Parens in iur. eccl. lib.* I. *tit.* 31. §. 82. 85.

(c) Zieglervs l. c. c. 4. §. 7. Stryk in *not. ad Brunnemanni Ius eccl. lib.* 2. c. 8. §. 21. Rohr l. c. §. 4. 5. [In quibusdam territoriis functio ordinationis reſeruata eſt Superintendentibus generalibus, tanquam munus epiſcopi, in cuius locum ratione inſpectionis, ſucceſſerunt. v. Balthasar *Ius eccl. paſt.* T. I. p. 543.]

§. 188. *Inſpectio eccleſiaſtica* ſuperintendentis *adſtricta* eſt ad *dioeceſim*, et ſubordinata *conſiſtorio* prouinciali; deſtituta vero eſt iurisdictione: ideoque 1) eas inſpectionis partes non comprehendit, quae cauſae *cognitionem*

nem iudicialem defiderant, de quibus fuperintendens ad Confiftorium referre tenetur (*a*), 2) nec coram eo *forum* vel *inftantia* eft, fed tantum *audientia*, quae fpeciem notionis habet non tam ad decifionem comparatae, quam ad *amicabilem compofitionem*, vel ex *partium* voluntate, vel ex *confiftorii* commiffione, vel ex *praefcripto legis ecclefiafticae* inter litigantes tentandam (*b*).

(*a*) Idem officium eft *archipresbyteri*, cuncta referre ad epifcopum, nihilque ordinare c. 4. X. *de officio archipresbyteri*.

(*b*) c. 7. 11. D. 90. BRVNNEMANNI *Ius Eccl.* *lib.* I. c. 6. m. 2. §. 4. *lib.* 311. c. 1. §. 34. Legibus ecclefiafticis paffim cauetur, in litibus inter ecclefiae miniftros et aduerfus eosdem, amicabilem compofitionem coram Superintendente prius tentandam effe, quam caufa ad *confiftorium* deferatur. CARPZOV *Iurispr. eccl.* lib. III. def. 4. *Duv.* MEVIVS *Part.* III. *dec.* 218. *n.* 15. et *Part.* VII. *dec.* 26. *n.* 2. 3.

§. 189. Sunt *quaedam* infpectionis ecclefiafticae *partes*, maxime quae ftatum *oeconomicum* ecclefiarum, earum *vifitationem*, et clericorum *introductionem* refpiciunt, quae peragi a Superintendentibus debent adfcitis vel *patronis* ratione ecclefiarum patronatarum, vel *praefectis principum* quoad ecclefias praefecturarum: vt videlicet hi *poteftate fecu*-*lari* ea promoueant, quae eadem indigent (*a*). Eodem fine paffim ordinata funt *confiftoria inferiora* ad infpectionem ecclefiafticam subordi-

dinatam per dioeceſes exercendam, quibus Superintendens et praefectus principis intereſt (*b*).

(*a* Vid. *Superintendentz - Ordnung* in *tom* I. *Conſt. Calemberg.* p. 246. 248. 250. LEDDERHOSE l. l. §. 30. p. 40.]
(*b*) *Casp.* ZIEGLER l. c. *cap.* 16. §. 8. et 11.

TIT. IV.

DE PAROCHIIS EARVMQVE IVRE.

ARGVMENTVM.

§. 190. *Parochiae ratio.* 191. *Eius conſtitutio.* 192. *Parochiani et ſacra parochialia.* 193. *Eorum Obligationes.*

§. 190. Diuiſio eccleſiae *in parochias*, ex antiqua eccleſiae politia retenta, partem facit *politiae* eccleſiae Euangelicae. PAROCHIA, pro *ipſo coetu* accepta, eſt *vniuerſitas, inter eos, qui intra certum diſtrictum habitant, auctoritate eccleſiaſtica conſtituta, de religione ſub miniſterio paſtoris colenda.* Iura parochiae iure Canonico non *ex iure coetus*, cuius nullum ius eſſe cenſetur, ſed ex *iure parochi in coetum* (*a*) (§. 145.), inter *Proteſtantes* vero ſimul *ex iure coetus* aeſtimantur, hoc eſt, ex *iure vniuerſitatis*, auctoritate eccleſiaſtica adornatae (*b*).

(*a*) *Aug.* BARBOSA *de iure parochi cap.* 3.
(*b*) *Ge. Ad.* STRVVIVS de iure paroch. c. 3. *B. Parens* in tr. de *iure parochiali* S. II. c. I. §. 26.

§. 191.

§. 191. *Constitutio parochiarum* dependet a potestate ecclesiastica (§. 143.), pertinetque ad iura *reseruata regiminis ecclesiastici*, non vero ad iura vicaria tribunalibus principis data (§. 172.). Quae vero iura circa constitutionem parochiarum, eadem circa mutationem, dismembrationem, vel vnionem earumdem obtinent (*a*).

(*a*) *B. Parens l. c.* sect. 2. c. I. §. 22. S. *Ess. Frid.* PVFENDORF *observ. iur. vniv. tom* III. *obs.* 127. §. 6. *p.* 349.

§. 192. Constitutis parochiis, quodlibet ecclesiae membrum *certae parochiae* addictum esse debet, nisi habeat *ius priuatorum sacrorum;* quo tum ipse *dominus territorii Euangelici*, tum alii ex eius concessione fruuntur. Ceterum quae de *parochianis*, nec non de *sacris parochialibus* cauta sunt iure Canonico (§. 144.), eadem obtinent inter Protestantes.

§. 193. Obligationes parochianorum, tum ad *sacra parochialia* in parochia percipienda, tum ad *onera parochialia* praestanda, ex natura *vniuersitatis parochialis* descendunt, et eaedem sunt, prout iure Canonico sunt definitae (§. 145.). *Prior* obligatio non amare tractanda, sed ex *natura religionis* moderanda est, ex eaque, si iusta causa suaserit, *Superio-*

rioris auctoritate aliquid relaxandum est (*a*). *Posterior* obligatio, quae bona concernit, perfecta est.

(*a*) Brunnemanni *Ius Eccl.* lib. II. c. 1. m. 1. §. 7. *Io. Balth.* Wernheri *principia iur. eccles.* c. VIII. §. 12. [Cf. impr. *Io. Ge.* Pertsch *de iuribus Parochianorum* in *Elem. iur. Can.* lib. I. tit. 46. in specie §. 594 et 598. Ledderhose *Hessen-Cassel. Kirchenr.* cap. 4. §. 33. f. Matthiae *Beschr. d. kirchl. Verf. v. Schlesw. u. Holstein.* T. I. p. 163.]

Tit. V.

DE REGIMINE ECCLESIASTICO PRIVATO.

ARGVMENTVM.

§. 194. *Ratio regiminis ecclesiastici priuati.* 195. *Officia ecclesiae priuata.* 196. *Presbyterium.* 197. *Ministerium ciuitatis.*

§. 194. In nexu tot ecclesiarum, quae omnes per territorium *communi regimine ecclesiastico* diriguntur, *singulae ecclesiae*, tamquam totidem *uniuersitates*, non modo communione *omnium iurium* in republica in iudicio et extra iudicium fruuntur (*a*), verum etiam *iuribus collegialibus propriis*, iis videlicet, quae in eorumdem in principes suae confessionis facta delatione singulis ecclesiis vsu et obseruantia seruata sunt (*b*). *Regimen ecclesiae priuatum* est exercitium iurium collegialium,

vni-

vnicuique ecclesiae propriorum; idque regimini ecclesiastico publico subordinatum est.

(a) *B. Parens in iure parochiali Sect.* III. c. 1. §. 7. *Sect.* VI. c. 2. §. 31. *f.*

(b) Huc pertinent iura circa eligendos vocandosque ecclesiae ministros, circa bona ecclesiae administranda, circa pauperes, circa disciplinam ecclesiasticam et similia. De vtilitate *specialis regiminis* in singulis ecclesiis agit *Io.* BRVNNEMANNVS *in iur. Eccl.* lib. I. c. 6. m. 9. §. 5. 6.

§. 195. Ecclesiae haec iura vel in *conuentu* exercent, vel ea *ministris* aliisue *ecclesiae membris* administranda committunt. Horum numero sunt PROVISORES ECCLESIAE, *quibus administratio bonorum ecclesiae et cura eleemosynarum committitur* (*a*):] qui *tutorum* et *curatorum* ad instar habentur (*b*). Horum constitutio est negotium ecclesiae, inspectioni Superintendentium subordinatum (*c*).

(a) *Henr.* LINCKIVS de *iure episcopali* c. 10. n. 18. [Audiunt passim *Kirchenvorsteher*, *Kircheniuraten*, *Kirchenälteste*, *Altarleute*, *Heiligenpfleger*; *Diaconi* etiam. a BALTHASAR *ius eccl. pastor.* T. I. p. 852.]

(b) *Clem.* 2. *de domib. relig.*

(c) *B. Parens l. c. Sect.* VI. c. 1. §. 19. 23.

§. 196. PRESBYTERIVM seu Collegium Seniorum est *collegium membrorum ecclesiae, ad iura eius collegialia exercenda constitutum*: idque in exercitio iurium collegialium, ei commissorum, *ecclesiam* repraesentat (*a*),

(a) B. Parens in *Iur. Eccl. lib.* I. *tit.* 24. §. 15. 24. *f. Gisb.* VOETIVS in *Polit. eccl. P.* 2. *lib.* 2. *tract.* III. c. 4. 5. 6. In ecclesiis *Euangelico-Lutheranis* plerumque ea tantum, quae ad statum ecclesiae oeconomicum vel etiam ad constitutionem ministrorum ecclesiae pertinent, in ecclesiis

Re-

Reformatis plura iura collegialia et inprimis disciplina ecclesiastica ei committi solent. Vid. *Discipline ecclesiast. des Eglises reformées chap. V. Ordinatio presbyterialis Hassiaca. Ess. Frid.* PVFENDORF *obs. iur. tom.* III. *obs.* 99. [LEDDERHOSE *Hessen-Cassel. Kirchenr.* Sect. II. c. 5. §. 38. s. In ducatu Würtembergico haec pertinent ad *Censuram Ecclesiasticam, die Kirchen-Censur*; quae est collegium instar presbyteri ordinatum ad exequenda iura collegialia, tum oeconomicum, tum disciplinarem statum spectantia HARTMANN *Gess. d. Herz. Wirtemberg* T. II. (*Kirchengess.* T. I. c. 28. §. 684. s. impr. §. 706.]

§. 197. Differt ab eo MINISTERIVM *ciuitatis*, quod est Collegium pastorum *vnius ciuitatis*, de eis communi cura tractandis, quae pertinent ad *officium pastorale*, ex communi ecclesiarum ciuitatis salute administrandum. Iura eius per obseruantiam determinantur; praesertim cum eidem passim *iura quaedam presbyterii* acquisita sint (*a*). Presbyterium non minus quam ministerium ciuitatis inspectioni *Superintendentium* et iurisdictioni *consistorii* subest.

(*a*) B. Parens *in I. E.* lib. I. tit. 24. §. 16.

TIT. VI.

TIT. VI.

DE

REGIMINE ECCLESIASTICO SVB DOMINO TERRITORII DIVERSAE RELIGIONIS.

ARGVMENTVM.

§. 198. *Fundamentum huius regiminis.* 199. *Publicum est, vel priuatum.* 200. *In eius securitatem in Catholicorum subditos A. C. addictos iurisdictio episcoporum suspensa.* 201. *quae tribui non potest domino territorii Catholico.* 202. *Ius Consistorii.* 203. *Iura eadem Catholicorum sub principe Euangelico.* 204. *Regimen ecclesiasticum priuatum inter protestantes, quatenus duas partes faciunt.*

§. 198. Ecclesiae, sub principe diuersae religionis constitutae, exercitium religionis vel ex *obseruantia anni decretorii* habent, vel ex *sola speciali principis indulgentia.* In vtroque casu, *dato et concesso religionis exercitio*, permissa quoque censentur huius annexa, iura videlicet *ecclesiae collegialia* (§. 16.) permissumque *proprium* ecclesiae *regimen* (§. 194.) (*a*). Sed *modus* illa *exercendi* in *priori* casu ab *anni decretorii* obseruantia, in *altero* a forma et lege *concessionis* (*b*) dependet.

(*a*) Huic argumento illustrando inseruiunt ea, quae pertinent ad *regimen ecclesiae Christianae* sub *Imperatoribus gentilibus*; de quo egit B. Parens in *differt. iur. eccles.* diss. III.

III. *de confoederata Christianorum disciplina* et diss. XII. *de extraordinario primitiuae ecclesiae statu.*

(*b*) Constitutiones, quae respiciunt exercitium religionis iuriumque ei annexorum, Catholicis ex *speciali indulgentia* Hanouerae datum, extant in tom. I. *Corp. Constit. Calemb. p.* 1028. *et sq.* [Pari fundamento nituntur iura Euangelicorum in terris Austriacis, ex concessione immortalis Imp. Iosephi II. De quibus lege sis *Darstellung der durch K. Joseph II. entstandenen Grundlage d. Kirchl. Verfassung d. Protestanten, insonderheit der Reformirten, sowohl in Wien, als in den sämtl. Erbstaaten Oesterreichs.* Regensb. 1799. 8.]

§. 199. Pertinet ergo *regimen ecclesiasticum proprium* ad ANNEXA *exercitii religionis*, subditis A. C. sub domino territorii diuersae religionis ex anno decretorio competentis. Pendet vero ab *anni decretorii obseruantia*, vtrum illud sit *publicum*, quod per consistorium exercetur (§. 179.) (*a*), an vero *priuatum*, quale conueniens est politiae ecclesiae (§. 195 196.). Si *illud:* consistorium exercet iura ipsius ecclesiae in *inspectione et iurisdictione ecclesiastica*, et in his *ecclesiam* repraesentat (*b*).

(a) *J. Pac. Osn. art. V. §.* 31. ibi: *retineant id*, (siue publicum siue priuatum religionis exercitium) *etiam in posterum vna cum* ANNEXIS, QVATENVS *illa dicto anno exercuerunt aut exercita fuisse probare poterunt. Cuiusmodi annexa habentur* INSTITVTIO CONSISTORIORVM, *Ministeriorum tam scholasticorum quam ecclesiasticorum, ius patronatus aliaque similia iura: nec minus maneant in possessione omnium dicto tempore in potestate eorumdem constitutorum templorum, fundationum, monasteriorum, hospitalium cum omnibus pertinentiis, reditibus et accessionibus.* STRVBEN *Nebenstunden tom.* II. *tract.* VI. §. 19. p. 182.

(*b*) Ab obseruantia anni decretorii pendet, vtrum subditi dicto anno habuerint *proprium* consistorium, an subfuerint *consistorio vicino*, ad analogiam Catholicorum, qui subinde subsunt vicino episcopo. Dn. STRVBEN l. c. *tom.* II. *tr.* VI. §. 14. *p.* 121. *f.*

§. 200. In ſecuritatem regiminis eccleſiaſtici ſuſpenſa eſt *tota iurisdictio eccleſiaſtica episcoporum* aduerſus Catholicorum A. C. addictos *ſtatus prouinciales et ſubditos.* Quidquid relictum eſt epiſcopo Catholico, pendet ab obſeruantia anni decretorii, ita videlicet, *vt Catholicorum A. C. addicti ſtatus prouinciales et ſubditi, qui a.* 1624. *eccleſiaſticam iurisdictionem agnouerunt, in iis caſibus modo dictae iurisdictioni ſubſint, qui Auguſtanam Confeſſionem nullatenus concernunt; modo ipſis occaſione proceſſus nihil iniungatur A. C. vel conſcientiae repugnans* (*a*).

(*a*) *J. Pac. Osn. art.* V. §. 48. Haec diſpoſitio innititur ſanctioni *pacis Religioſae* de a. 1555. §. 20. qua iurisdictio epiſcopalis generatim ſuſpenſa eſt *wider der Augsburgiſchen Confeſſion, Religion, Glauben, Beſtellung der Miniſterien, Kirchengebräuchen, Ordnungen und Ceremonien.*

§. 201. Huius rei conſequ ns eſt, vt niſi *fruſtratam* publicae tranſactionis fidem dicere velis, *ſuſpenſa iurisdictio eccleſiaſtica* alio titulo, ex *iure territoriali* repetito, tribui rurſus non poſſit dominis territoriorum Catholicis. Per ius territoriale enim tantum competit ius *circa ſacra* etiam intuitu ſubditorum A. C. addictorum; cuius pars eſt *ius reformandi* per leges imperii determinatum, ius *inſpectionis ſecularis* et ius *protectionis.* Sed ex

nullo

nullo horum iurium defcendit *poteftas* et *iurisdictio ecclefiaftica* (§. 168), quippe quae ad iura *ecclefiae*, qua talis, pertinet (*a*).

(*a*) *Dav. Ge.* STRVBEN *Neben - Stunden* tom. III. obf. XV. §. 2. f. p. 212. *Sammlung einiger Schriften von der Selbft - Hülfe und der Catholifchen Landes - Herrn geiftlicher Gerichtbarkeit über Evangelifche Unterthanen*. not. 81. p. 233. f. *Ge. Ern. Lud.* PREVSCHEN tract. *dafs ein Catholifcher Landes - Herr in Ehe - und andern Kirchen - Sachen feiner Evangelifchen Unterthanen zu erkennen nicht befugt fey*, cap. XI. p. 105. f. vbi fimul recenfum fcriptorum in hoc argumento exhibet. [*Ickftadii* et aliorum in hac caufa argumentis pridem fatisfecit *I. I.* MOSER in animaduerfionibus verfioni vernaculae *Vindiciarum* eius *fuperioritatis territorialis etc.* a fe confectae (Frf. 1765.) adiectis. Adde eiusd. tr. *von der Landeshoheit im Geiftl.* lib. IV. c. 2. p. 332. PÜTTER. *Lit. d. T. Staatsr.* T. III. §. 1506.]

§. 202. Cum itaque eiusmodi confiftorium fubditorum A. C. addictorum dependeat a difpofitione Pacis Weftphalicae: ab eo *appellari* non poteft ad Territorii Dominum, multoque minus eius iurisdictio ab eo *impediri*, vel *reftringi*, vel *auocatione caufarum* minui (*a*). Ceterum ratione *tutelae publicae* et *infpectionis fecularis* id nihilominus fubeft territorii Domino.

(*a*) STRVBEN *l. c.* tom. III. p. 223. vid. Eiusdem *Rechtliche Bedenken* N. CXXVI. p. 296. B. Parens in *I. E. lib.* I. *tit.* 28. §. 25. 46.

§. 203. Pari iure in his omnibus cenfentur Statuum imp. Euangelicorum *fubditi Catholici*, vt I, qui a. 1624. *ecclefiafticam iurisdictionem* domini territorialis Euangelici agnoue-

nouerunt, eidem in posterum subsint, saluis his, quae *confessionem* Catholicae religionis concernunt (*a*): ceterum II. in eos, *qui a.* 1624. *publicum religionis Catholicae exercitium habuerunt, ius dioecesanum, quatenus Episcopi illud dicto anno quiete in eos exercuerunt, saluum sit* (*b*); saluo tamen non minus semper *iure circa Sacra territoriali* Domino territorii Euangelici (*c*).

(*a*) *I. P. O. art.* V. §. 48. (*iuxta* §. 200.).
(*b*) *I. P. O. art.* V. §. 48. in f.
(*c*) *I. P. O. art.* VIII. §. 1. *art.* V. §. 30.

§. 204. Quod ad ecclesias Euangelicas attinet, quae sunt sub principe, *alteri parti eorundem sacrorum* addicto; his quoque *priuatum* vel *publicum* iurium collegialium exercitium saluum est, prout est *pactis* conuentis, *priuilegiis* et ipsa *obseruantia* definitum (*a*): saluo tamen semper Domino territorii iure territoriali in sacris.

(*a*) *I. P. O. art.* VII. §. 1. De regimine ecclesiastico proprio ecclesiarum Reformatarum in terris Brunsuico-Luneburgicis vid. *Ess. Frid.* PVFENDORF *obs. iur. vniv.* tom III. obs. 99. et *Io. Henr. Christ. de* SELCHOW *Braunschw. Lüneb. Privat-Recht* P. II. cap. 1. sect. 3.

SECTIO

SECTIO III.

DE PARTIBVS REGIMINIS ECCLESIASTICI GENERALIBVS.

Tit. I.

DE CONCILIIS ET EXERCITIO REGIMINIS ECCLESIASTICI IN IISDEM.

ARGVMENTVM.

§. 205. *Partes regiminis ecclesiastici generales.* 206. *Concilia. Ius ecclesiae ea instituendi.* 207. *Eorum species.* 208. *Ius meiestaticum circa concilia.* 209. *Ius synodorum inter Protestantes.*

§. 205. Iura singula, quae insunt regimini ecclesiastico, vocantur *partes regiminis ecclesiastici:* quarum aliae sunt *generales*, quae ad certum obiectum causarum ecclesiasticarum non sunt adstrictae; quales sunt potestas *leges ferendi*, *secundum eas* iudicandi, nec non curandi et efficiendi, vt *leges latae* obseruentur: aliae *speciales*, ad certum videlicet obiectum causarum ecclesiasticarum adstrictae, quae singulis locis, vbi de his agitur, tradendae sunt.

§. 206.

§. 206. CONCILIA vel *synodi* sunt *conuentus deputatorum ecclesiarum eiusdem fidei, de caussis regiminis ecclesiastici communi studio tractandis.* Ius coeundi in concilia, et caussas regiminis ecclesiastici in commune tractandi, est *ius ecclesiae.* Repraesentant ergo concilia *ecclesiam in iisdem congregatam.*

§. 207. Distinguuntur concilia in VNIVERSALIA et PARTICVLARIA, prout vel *totam ecclesiam vnius confessionis* vel *eius partem repraesentant* (*a*). *Particularia*, iuxta politiam *ecclesiasticam*, vel *patriarchalia* sunt vel *prouincialia,* vel *episcopalia.* Secundum politiam *ciuilem, nationalia* vocantur, quae ecclesiam vnius regni repraesentant. Fuit olim totius fere regiminis ecclesiastici ratio apud concilia. Postquam vero totum fere regimen ecclesiasticum ad Superiores transiit: deficere coepit conciliorum vsus et auctoritas.

(*a*) c. 1. D. 15. *Edm.* RICHERII *historia conciliorum Generalium.* *Christ. Wilh. Fr.* WALCHII *Historie der Kirchenversamlungen*, vbi et in prolegomenis §. 26. recensum *scriptorum* ad Concilia pertinentium copiose tradit. [*Generale* s. *oecumenicum* concilium rite congregatum et transactum, in iis quae *essentialia religionis* spectant, vniuersam per orbem ecclesiam obligare censetur, non item in *disciplinaribus*, quae circa obligatio non nisi ex receptione ecclesiarum seu dioecesium et regnorum oritur. Cf. de his et de requisitis Concilii generalis, praeter alios multos, praecipue HEDDERICH *Elem. iur. Can. P. I. Sect. I. cap. II. tit. III.* §. 70. s.]

§. 208. Iura *Imperantium* in Concilia ſunt iura, quae ex iure *maieſtatico circa ſacra* deſcendunt, veluti 1) ius concedendi *licentiam* celebrandi concilium in republica (*a*), 2) ius *aduocatiae*; et 3) ius *inſpectionis ſecularis* in concilium. Pendet inde ius *ablegandi* ad illud delegatos, et ſtatuta eius, antequam vim in republica obtineant, praeuia cauſae cognitione *confirmandi* (*b*). Haec iura Imperatores olim in concilia generalia (*c*), et reges in concilia nationalia et prouincialia exercuerunt.

(*a*) *Petr.* de Marca de *conc. ſac. et imp. lib. VI. c.* 18. *J. P.* Gibertus *in Corp. iur. Can. Part. I. p.* 77. Huc etiam pertinet ius *conuocandi* concilia, exemplo vniuerſalium, ab imperatoribus conuocatorum ex *iure aduocatiae* quod ipſi praeſtiterunt eccleſiae in praelatis orbis Romani ad ea conuocandis. Gibertus *l. c.* Radevicus *de geſt. Friderici I.* lib. 2. c. 64.

(*b*) Ex moribus Galliae et Hiſpaniae id docet *Petr. de* Marca *l. c. lib. VI. c.* 22. 23. 24. Hinc Canones *Concilii Tridentini* nec hodie in Gallia valent ob denegatam hactenus *regiam* eorum *confirmationem.* Gibertus l. c. p. 74. Immo a *ſola obſeruantia* hodienum pendet vſus Canonum Conciliorum generalium. Vid. Auctor *principior. iuris publici Catholicorum cap. VI.* §. 50.

(*c*) Vid. *Jo. Jac.* Moseri *Staats - Recht tom. III. p.* 107. *et ſq.*

§. 209. Ius coeundi in ſynodos non minus eſt ius eccleſiae *euangelicae*: idque in ſingulis prouinciis ſub *initiis reformationis* et ſuperiori adhuc ſeculo ſub *auctoritate Statuum Imp. Euangelicorum* frequentius exercitum eſt,

maxi-

maxime quoad iura *regiminis ecclesiastici communia*, quae ecclesiae consensu indigent (§. 171.) (*a*). Ius eas conuocandi et dirigendi est penes dominum territorii Euangelicum; Sed earum vsus hodie rarior est.

(*a*) Carpzovii *iurispr. eccl.* lib. I. def. 5. *Andr.* Beyer in *addit. ad Carpzouium* p. 4. Vsum earum ex ordinat ecclesiast. illustrat B. Parens *in iur. Eccl.* tom. I. tit. 2. §. 116. 121. [Quomodo hodierni *conuentus* I. *synodi particulares* a praeposito vel superintendente dioecesis passim celebrandae ab illis differant, ibidem disquiritur, veluti de Hassiacis §. 120. de quibus accurate egit Ledderhose *Hess. Cass. Kirchenr.* Sect. II. P. II. cap. III. §. 74 seq. Par ratio in Saxonia electorali. Roemer *Staatr. u. Statist. v. Chursachsen* T. II. P. II. Sect. IX. §. 17. Quae olim per synodos tractari solebant, hodie plerumque per Visitationes vel Commissiones generales expediuntur. Matthiae *Kirchl. Verf. in Schleswig u. Holstein* T. I. p. 23. Balthasar *ius eccl. past.* T. I. p. 263.] Foederatae ecclesiae Reformatae per terras *Brunsuicenses Electorales et Ducales* hoc iure vtuntur, vt de causis, quae iurisdictionis ecclesiasticae sunt, in synodo tractare, eamque conuocare *sub auctoritate principis* possint, in cuius territorio synodos habetur. Huic etiam ex iure circa sacra territoriali ius est mittendi *ablegatum* ad synodum, vt eidem praesideat, quamquam *ius suffragii* non habeat. Vid. *Es. Fr.* Pufendorf in *obseru. iur. vniv.* tom. III. obs. 98. p. 253. sq. *Transactio Relig. in Ducat Iuliae et Montium* inter Elect. Brand. Frid. Wilhelmum et Comit. Palat. Philipp. Wilhelm. de a. 1672. art. 3. [Eadem synodi ratio penes Dissidentes in Polonia. Vid. §. 217. not. b)].

TIT. II.

DE IVRE CIRCA LEGES ECCLESIASTICAS FERENDAS.

(Lib. I. Tit. II. *de Constitutionibus*).

ARGVMENTVM.

§. 210. *Leges ecclesiasticae et seculares circa ecclesiam* 211. *Leges ecclesiasticae publicae et priuatae.* 212. *Fundamentum illas ferendi.* 213. *Earum obiectum,* 214. *et obligatio.* 215. *Ius circa Sacra intuitu illarum.* 216. *Leges priuatae ecclesiasticae, seu statuta* 217. *Ordinationes ecclesiasticae speciales.*

§. 210. Leges ecclesiasticae in sensu *generali* accipiuntur ratione *obiecti* (§. 68.). Ratione *fundamenti*, eas ferendi, leges vel sunt ECCLESIASTICAE, *proprie* sic dictae, quae *vi potestatis ecclesiasticae*, vel SECVLARES circa ecclesiam, quae *vi iuris circa sacra* feruntur. Per *illas* definiuntur ea, quae *finem ecclesiae* respiciunt, per *has* vero, quae in ecclesia *respectum ad rempublicam* habent. Harum exempla §. 65. recensentur.

§. 211. *Leges ecclesiasticae* vel PVBLICAE sunt, *quae a superiore vi potestatis ecclesiasticae publicae*, vel PRIVATAE, *quae ab ipsa ecclesia vi iuris collegialis* constituuntur. *Illae* in sensu spe-

ſpeciali LEGES, *hae* STATVTA *eccleſiarum* vel *ordinationes eccleſiaſticae* dicuntur, et *leges conuentionales* ſunt.

§. 212. Ius leges eccleſiaſticas ferendi *Superiori* competit intra *limites poteſtatis eccleſiaſticae.* I. In *eccleſia Romana* eſt ius *pontificis* et *epiſcoporum* intra fines poteſtatis eccleſiaſticae ipſis competentis; et exercetur vel cum eccleſiae conſenſu *in conciliis*, vel ſine eo *extra illa*; in illis latae CANONES, extra illa latae CONSTITVTIONES ſpeciatim vocantur. II. In eccleſia Euangelica eſt ius *domini territorii Euangelici* vi delatae poteſtatis eccleſiaſticae competens (§. 167.), *eccleſia* tamen in *partes vocata*, vbi vel *eccleſiae politia* id exigit, vel aliquid *innouandum* eſt (§. 171.) (*a*).

(*a*) *Chriſt. Gottl.* BVDERI *Amoenit. iur. publ.* obſ. III. de *Statuum prouincialium conſilio et concurſu in cauſis religion.* *Io. Vlr. de* CRAMER *obſeruat. iur. vniv.* obſ. 419. §. 7. Conf. *Receſſus prouincialis Gandersheimenſis* de a. 1601. et *Hannoueranus* de a. 1639. in *Corp. Conſt. Calemb. t. IV. c. VIII. P.* 2. *et p.* 68.

§. 213. *Condi tantum poſſunt de cauſis eccleſiaſticis*, hoc eſt, poteſtati eccleſiaſticae ſubiectis. Tales ſunt vel CAVSAE MERE ECCLESIASTICAE, *quae immediate reſpiciunt iura et obligationes circa cultum diuinum*, vel ECCLESIASTICAE MIXTAE, quae *eadem tantum mediate concernunt*, licet ſua natura ſeculares ſint. De

his

his ius ſtatuendi eccleſiae eatenus tantum competit, quatenus reſpectum habent *ad cultum diuinum externum*, et illaeſo *iure poteſtatis ciuilis* (*a*).

(*a*) *Io. Petr.* GIBERT in *Corp. iur. Can. in Prolegom. P. I. tit. VIII. ſect.* 2. 3. *p.* 18. 20.

§. 214. *Obligatio legum eccleſiaſticarum voluntate Superioris conſtituitur*: ideoque quatenus de lege ſcripta domeſtica agitur, 1) *legitimam promulgationem* deſiderat (*a*), et 2) non niſi ad *membra eccleſiae* pertinet. Vt efficacior reddatur, communiri non minus poteſt poena *nullitatis* (*b*), quam *poenis eccleſiaſticis*, iis videlicet, quae *religioni* et indoli *eccleſiae* conueniunt, quarum extrema eſt excluſio vel ab *omnibus* vel a *certis* eccleſiae ſacris.

(*a*) Nov. *VI. in f.* ESPENII tr. de *promulgatione legum eccleſiaſt.* cap. 1. in tom. IV. op. p. 125.
(*b*) c. 64. *de regul. iur. in* 6. GIBERT *l. c. P. I. tit.* 12. *p.* 38.

§. 215. Iura IMPERANTIS *in leges eccleſiaſticas* ex *iure circa ſacra* deſcendunt. Ad haec pertinet I. *ius inſpectionis ſecularis in illas*, ne quid in iis aduerſus *reipublicae ſalutem* et aduerſus *iura imperii*, maxime in cauſis eccleſiaſticis mixtis, ſtatuatur (*a*): a quo pendet ius principis *dandi* vel *denegandi conſenſum* in earum vſum et promulgationem (*b*). II. *Ius aduo-*

aduocatiae ecclefiafticae: ex quo defcendit tum *ius* illas additis *poenis civilibus* roborandi, tum *obligatio* easdem brachio feculari tuendi et protegendi (*c*).

(*a*) ESPEN. *l. c. part. II. de placito regio fuper publicatione decretorum curiae Rom. tom. IV. op. p.* 231. *fq.*
(*b*) *Petr. de* MARCA *de conc. fac. et imp. lib. II. c.* 10. §. 9. *Lib. VI. c.* 22. §. 1. *Jo Cafp.* BARTHEL *de iure reformandi antiquo art. VIII.* §. 24. *t.* I. p. 215. *Paul. Jof.* RIEGGER in *introd. in ius. eccl. vniuerf. P. I. fect. II.* §. 25. *Jo. Jac.* MOSERI *Staatsrecht* tom. II. p. 224. tom. III. p. 567.
(*c*) *c.* 1. *X. de noui operis nunciat. c.* 20. C. 23. *qu.* 5.

§. 216. Leges priuatae (§. 211.) feu STATVTA ECCLESIASTICA conduntur vi *iuris collegialis*, quod ecclefiae cuilibet fingulari vel corpori ecclefiaftico, qua collegio, competit. Vim 1) obtinent in caufis collegii (*a*): 2) *contra ius commune* non valent, nifi confirmata fint a fuperiori fuo (*b*), vel faltim tacito eius confenfu vfu longi temporis roborata: 3) ad *iura propria* Collegii ecclefiaftici pertinent, ideoque non nifi ex iufta caufa a Superiore tolli et immutari poffunt (*c*).

(*a*) c. 6. 8. *X. de Conftitutionibus c.* 14. *X. de clericis non refidentibus.*
(*b*) c. 8. *X. de Conftitutionibus c.* 1. *eod. in* 6. *c.* 9. *X. de confuetudine.*
(*c*) Statuta irrationabilia iuxta c. 1. *de Conftitutionibus in* 6. vel quae faluti ecclefiae aduerfa funt, a fuperiore mutari poffunt. Iuftorum *ftatutorum* maxime *capitularium* vim tuetur *Inft. Pac. Osn. art. V.* §. 16. *et Capitulatio Caefar. art. XIV.* §. 1.

§. 217.

§. 217. Pertinent ad leges priuatas ecclesiasticas *ordinationes ecclesiasticae speciales* singularum ecclesiarum: quales plures conditae sunt tempore reformationis *iure collegiali* (*a*). Eodem iure, tamquam *annexo exercitii religionis*, fruuntur ecclesiae, sub principe diuersae religionis constitutae (*b*).

(*a*) *Ern. Sal.* CYPRIANI *Bericht von Kirchen-Ordnungen.* [Collectionem earum instituere coeperat *J. J.* MOSER in *Corpore* Iur. *Euangelicorum Ecclesiastici.* Züllichau. 1737. 38. Tomis II. 4. sed res successu destituta fuit.]

(*b*) B. Parens *in iur. eccles. lib.* 1. *tit.* 2. §. 98. [Eodem iure vsi sunt ante viginti et quod excurrit annos, confoederatae *Dissidentium* in *Polonia* ecclesiae, ex quarum mandato regulam generalem ecclesiasticam, communi Synodi consensu sancitam scripsit b. *G. H. Scheidemantel* Professor quondam Ienensis, sub tit. *Kirchengesetzbuch für die beiden Evangelischen Confessionen in Pohlen und Litthauen.* Nürnb. u. Altdorf. 1783. 8.]

TIT. III.

DE

IVRE CIRCA PRIVILEGIA ET DISPENSATIONES ECCLESIASTICAS.

(Lib. V. Tit. 33. *de priuilegiis ex excessibus priuilegiatorum*).

ARGVMENTVM.

§. 218. *Priuilegia et iura singularia.* 219. *Ius circa eorum concessionem.* 220. *Eorum species.* 221. *Effectus*

§. 218. Leges ecclefiafticae vel COMMVNES funt, *quae regulam conftituunt in ecclefia,* vel SPCIALES, *quae exceptionem conftituunt ab aliqua lege.* Per leges fpeciales dari poteft tum IVS SINGVLARE, *quod in certo genere vel caufarum vel perfonarum* (*a*), tum PRIVILEGIVM in fpecie fic dictum, *quod certae perfonae indiuiduae [vel rei] contra ius commune conceditur* in actibus eodem genere comprehenfis (*b*), tum DISPENSATIO, *qua certa perfona ab obligatione certae legis in actu determinato liberatur* (*).

(*a*) c. 12. *X. de foro compet.* c. 25. 36. *X. de fent. excomm.*

(*b*) c. 25. *X. de Verb. fignif.* ibi: priuilegium *non effe lex priuata, nifi aliquid fpecialiter indulgeret* c. 3. D. 3. c. 10. X. de refcript. in 6. [Loquendi vfu *priuilegii* appellatione vtrumque genus legum fpecialium comprehendi folet, veluti cum *priuilegium canonis, forum priuilegiatum, priuilegia Cardinalium etc.* decimus. Caeterum de priuilegiis accurate tractauit P. *Conftantinus* LANGHAYDER in d. *de multiplici priuilegiorum fignificatione.* Salisb. 1766. 4. Add. PERTSCH in *Elem. iur. can.* T. I. §. 146-149. et GLÜCH *Erläut. d. ff.* T. I. §. 98. et 99. p. 532. f.]

(*) De hoc vocis vfu vid. DU FRESNE *Gloffar. med. et inf. Lat.*

§. 219. Ius *priuilegia* aduerfus *leges ecclefiafticas* concedendi eft ius *Poteftatis ecclefiafticae,* et per *huius limites* circumfcribitur. 1) Non ergo competit nifi intuitu *perfonarum* et *caufarum,* poteftati ecclefiafticae fubiectarum (*a*):

et

et ita 2) exercendum eſt, vt nec iuri, *tertio* quaeſito (*b*), nec *communi eccleſiae bono* praeiudicium inferatur (*c*).

(*a*) c. 10. *X. de foro competente.*
(*b*) c. 22. X. *de verb. ſignif.* c. 9. *X. de ſepultur.*
(*c*) c. 19. *X. de teſtib.*

§. 220. A modo concedendi, *priuilegium* vel PERSONALE eſt, quod adſtrictum eſt *ad perſonam* (*a*), vel REALE, *quod connexum eſt cum re*, veluti cum dignitate vel officio (*b*): ideoque omnibus rei, cui cohaeret, *poſſeſſoribus* conceſſum eſſe cenſetur (*c*).

(*a*) c. 7. *de reg. iur. in* 6. *Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, et extinguitur cum perſona.*
(*b*) c. 16. 21. 33. *X. de priuileg.*
(*c*) c. 6. *X. de inſtitut.*

§. 221. Priuilegio legitime conceſſo tantum conceſſum intelligitur, quantum *verbis* ac *vi* et *poteſtate illius* continetur (*a*), quodque concedi potuit ſaluo cuiuscunque *tertii iure* (*b*). Ex eo 1) *priuilegiato* acquiritur ius, priuilegium *intra fines conceſſionis* exercendi (*c*): 2) intuitu *aliorum* vim *legis* habet et praecepti, nihil aduerſus illud agendi (*d*): ideoque actus, *aduerſus illud* ſuſceptus, inualidus et *nullus* eſt (*e*); et ſententia *nulla* habetur, quae lata eſt aduerſus priuilegium expreſſum, in iudicio productum (*f*).

(*a*) c. 7. c. 16. 17. 19. 26. *X. de priuileg.* c. 6. *in* 6. *eod.*
(*b*) c. 10.

(*b*) c. 10. *X. eod.* c. 3. *X. de decimis* c. 5. X. *vt lite pendente.* c. 22. *X. de verb. ſignif.*

(*c*) c. 26. *X. de priuil.* vnde competit ius *licite* denegandi, quod contra tenorem priuilegii exigitur. c. 5. *X. de exceſſib. praelat.*

(*d*) c. 24. *C.* 12. *qu.* 2.

(*e*) c. 10. *X. de Electione.*

(*f*) c. 7. *X. de exceſſib. praelator.* c. 21. X. *de ſentent.*

§. 222. *Amittitur* priuilegium 1) *renunciatione*, quoad eius vſus a renunciantis arbitrio pendet (*a*), eaque tam *expreſſa*, quam *tacita*, quae colligitur ex factis contrariis accedente lapſu XXX vel XL annorum (*b*): 2) *reuocatione concedentis* ex iuſta cauſa facta; qualis eſt *abuſus* priuilegii (*c*), vel ſi datum eſt ad *beneplacitum* (*d*), vel ſi *communi eccleſiae* bono eſt nociuum (*e*). *Conſeruatur* per eius innouationem et confirmationem: qua ſola tamen nihil *noui* iuris tribuitur (*f*).

(*a*) c. 12. X. *de foro comp.* c. 36. X. *de ſentent. excommunic.*

(*b*) c. 6. c. 15. X. *de priuileg.* [*Lud.* ENGEL *ius Can. V.* 33. §. III. n. 19. *Tob. Iac.* REINHARTT *de eo quod iuſtum eſt circa amiſſionem iurium, et priuilegiorum per non vſum.* Erf. 1734.]

(*c*) c. 11. 24. X. *de priuil.* [*Sam.* STRYK *de abuſu iuris quaeſiti* c. IV. in Opp. T. IV.]

(*d*) c. 5. *de reſcriptis in* 6.

(*e*) c. 3. X. *de priuil.* c. 9. 33. X. *de decimis.*

(*f*) c. 13. X. *de priuil.* c. 4. X. *de confirmat. vtili.* [His annumeranda quoque *proteſtationis* et *reſeruationis* remedia.] De *conſeruatoribus* priuilegiorum, quibus protectio priuilegiorum, aduerſus aliorum violationes delegatur, *vid.* c. 1. *et* 15. *de off. et proteſt. iud. deleg. in* 6. [*Eraſm. a* CHOKIER *controuerſiae inter ordinarios et exemtos, etiam regulares, eorumque conſeruatores.* Colon. 1671. 4. *I. G.* ENGELBRECHT *de conſeruatoribus in S. R. Imperio.* Helmſtad. 1720. 4.]

§. 223.

§. 223. DISPENSATIO aduerſus *leges eccleſiaſticas*, qua tales, eſt actus iurisdictionis *eccleſiaſticae* (*a*), et competit cuilibet *Superiori* iuxta politiam vtriusque eccleſiae intra limites competentis poteſtatis (*b*). Eſt vero diſpenſatio vel *mere eccleſiaſtica*, ſeu priuata, quae vim tantum habet *intra eccleſiam*, et ad iura *eccleſiae* pertinet: vel *publica*, quae vim habet non ſolum in eccleſia ſed ſimul *in republica* Diſpenſatio *publica* inter diuerſae religionis conſortes quoad *effectus ciuiles*, pertinet 1) ad iura Domini territorii, cum in ea agatur de vi legis tam ſecularis quam eccleſiaſticae ſoluenda; ſaluo tamen iure ſubditorum diuerſae religionis, requirendi diſpenſationem a ſuae eccleſiae ſuperioribus, Quodſi 2) ſubditi diuerſae religionis ſubſunt iudicio eccleſiaſtico, *iurisdictione eccleſiaſtica publica* ex anno decretorio inſtructo: diſpenſatio ab eo data vim habet *publicae* diſpenſationis (*c*).

(*a*) Nullae et irritae ſunt diſpenſationes, aduerſus *Leges imperii* et *pacta publica* a Pontifice aliisue praelatis datae. *I. Pac. Osn.* art. XVII. §. 3. *Capitulat. Caeſar. noviſſ.* art. 14. §. 1.

(*b*) Pontifici tribuitur in caſibus reſeruatis c. 4. X. *de conceſſ. praebend. Pirh.* CONRADVS *in praxi diſpenſandi apoſtol. lib. I.* Epiſcopis vero ex iure dioeceſano c. 15. X. *de temporib. ordinand.* [*Conc. Trident. Seſſ.* 24. *c.* 6. *de reform.* Seſſ. 25. c. 20. eod.] *Petr.* GIBERT in *Corp. iur. can.* tom. I. P. I. tit. 22. p. 194. tom. II. p. 102. vbi diſputat ad-

aduerſus *Proſp. Fagnanum ad cit. c.* 15. qui ius diſpenſandi epiſcoporum adſtringit ad cauſas in quibus id illis a canone datum eſt. [Cf. Jvng d. *facta diſpenſationum epiſcopalium hiſtorica ex tribus primis ſaeculis collecta.* Mogunt. 1787. 4. *Ueber das injuſtificirliche und aufrühreriſche Schreiben, welches der Damiatiſche Herr Erzbiſchoff Pacca, ſo betittelter Nuncius zu Cölln an alle Pfarrer und Seelſorger der hohen Erzdioeceſen Mainz, Trier, und Cölln zu erlaſſen ſich unterfangen hat.* Frt. u. Leipz. 1787. 8. Imprimis autem huc ſpectat liber iam ſupra laudatus: *Gründliche Entwiklung der Diſpens- und Nuntiaturſtreitigkeiten.* 1788. 4.] De iure Diſpenſandi ſtatuum imp. euangelicorum vid. Carpzov. *l. c. lib.* 2. *def.* 110. 125. Lyncker *reſp.* 146. [*I. H.* Boehmer ex. *de ſublimi principum ac ſtatuum Euangelicorum diſpenſandi iure in cauſis ac negotiis tam ſacris quam profanis.* Halae 1722.]

(c) *Pax relig. de a.* 1555. §. 20. *I. P. O. art. V.* §. 48. Lyncker *reſp.* 142. *Dav. Ge.* Strvben *Rechtliche Bedenken* N. CLXXXIII. p. 470.

§. 224. *Superiores eccleſiae*, qui ipſi non ſubſunt iurisdictioni eccleſiaſticae alterius, iure dispenſandi etiam in *cauſis propriis* fruuntur. Vtrum diſpenſatione *indigeant?* quaeſitum eſt. Quod vel ideo dicendum eſt, quod, tamquam membra eccleſiae, in cauſis eccleſiaſticis priuatis *iure priuatorum eccleſiaſtico* vtantur. Itaque Status *Imperii Euangelici* ius diſpenſandi in cauſis eccleſiaſticis propriis exercent (*a*), perinde ac *pontifex* (*b*).

(*a*) Pari cum Statibus imp. iure in ſacris vtuntur *nobiles immediati A. C.* addicti etiam intuitu iuris diſpenſandi. Leyser ſpec. 292. n. 5.

(*b*) *Io.* Lavnoivs *Part.* III. *epiſt.* 3. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſp.* 3. *n.* 2. *ſq.*

Tit. IV.

TIT. IV.

DE IVRE CIRCA RESCRIPTA

(Lib. I. Tit. III. *de rescriptis*).

ARGVMENTVM.

§. 225. *Rescripta in sensu latiori accepta.* 226. *Fundamentum iuris rescribendi in caussis ecclesiasticis.* 227. *Rescripta gratiae et iustitiae.* 228. *Eorum vitia ex falsitate precum.*

§. 225. Sunt porro leges ecclesiasticae vel *generales* vel *speciales*, prout vel ad *membra ecclesiae in genere*, vel ad *certa membra* tantum diriguntur (*). Ad has pertinent RESCRIPTA, quae in iure Can. in sensu latiori accepta, sunt *constitutiones in forma literarum solennium ad certas personas directae* (*a*): siue *ad preces singulorum* emittantur, siue *motu proprio* (*b*).

(*) Nempe prior visio tit. antec. erat de materia legum; haec ad formam spectat, quae latissime patet et re vera omnis generis literas seu constitutiones complectitur, quas inter locum tenent rescripta. Priuilegia etiam rescriptis concedi solent.

(a) GONZ. TELLEZ in *Comm. ad Decret.* tom. I. p. 84. Frequenter veniunt *literarum* nomine, c. 14. 17. 19. X. *de rescript.* easque *forma solenni* et ex *stilo curiae recepto* expedire solenne est: quo non seruato, praesumtio falsitatis adversus rescripta emergit c. 6. X. *de crimine falsi* c. 12. X. *de priuil.* De forma literas papales in forma *Breuis* et per *bullas* expediendi agit ESPENIVS *in Iur. Eccl. P. I. tit.* 23. *cap. V.* tom. I. p. 232.

(*b*) c. 23. *de praebendis in* 6.

§. 226.

§. 226. Refcripta in caufis ecclefiafticis vel vi *iuris circa Sacra maieftatici* feruntur, vel vi *poteftatis ecclefiafticae*: nec alia iufta funt. quam *intra limites cuiusque poteftatis competentis* lata. Refcriptum ergo vi deftituitur, quod 1) fertur de eis, in quibus *poteftas refcribentis* circumfcripta eft, 2) quod *legibus imperii* vel *prouinciae fundamentalibus* aduerfatur, 3) quod aduerfus *ius tertii* emittitur (*a*).

(*a*) *J. Pac. Osn.* art. V. §. 25. art. XVII. §. 3. *Capitulat. Caefar. nouiff. art.* 14. §. 1. *L. vlt. C. fi contra ius c.* 10. 29. *X. de priuileg. c.* 10. *de refcript. in* 6.

§. 227. Refcripta vel *gratiae* funt, quae concernunt ius fingulis conftituendum; vel refcripta *iuftitiae*, quae pertinent ad iura et obligationes fingulorum iam conftituta. *Illa* vim omnem capiunt a tempore *datae* feu conceffionis; nec perimuntur concedentis morte, etiamfi interueniat ante executionem gratiae, quae tantum eius fruitionem concernit (*a*). Haec vim obtinent ex tempore *infinuationis*, iudici, quem concernunt, factae, ideoque morte concedentis, re adhuc integra, exfpirant (*b*) (*).

(*a*) *c. 7. X. de refcrip. c. 9. eod. in 6. Lud.* ENGEL *in coll. iur. Can. lib. I. tit. 3. n.* 18.

(*b*) *c* 59. *X. de appellat. c.* 20. *X. de off. iud. del. Ant. Dad.* ALTESERRA *in Comment. ad Innocentii III. Decret. p.* 52.

(*) Infinuanda item intra anni fpatium, quod fecus in refcriptis gratiae. c. 9. X. de refcr. c. 11. de praeb. in 6. excepto cafu Concordator. Vienn. §. 5. Prouifiones papa-

pa-

pales in mensibus alternatiuis intra spatium trium mensium faciendae. Rescripto gratiae renunciari potest, non item rescripto iustitiae, quod simulac insinuatum est, ius inter partes facit. c. 1. X. de mutuis petitionib.

§. 228. Si rescriptum fertur ad preces singulorum: in *precibus*, *superiori propositis*, continetur ratio eius, quod in eo constituitur. Hinc 1) aliter non valet, quam *si preces veritate nitantur*; eaque conditio ei *tacite* inesse intelligitur (*a*); nec valet 2) rescriptum, per *sub- vel obreptionem* impetratum, seu ad quod ita dandum superior *expositis falsis* et *celatis veris* facti circumstantiis, causae momentum ferentibus, inductus est (*b*). Itaque tam *iudici*, ad quem dirigitur, in *precum veritatem* inquirere, et de sub- et obreptione ad superiorem *referre* (*c*), quam ei, *cuius interest*, illud impugnare permittitur, opposita probataque *sub- vel obreptionis exceptione* (d).

(*a*) c. 2. X. *h. t.* c. 22. 25. *h. t.* [Ex iure Romano formula: *si preces veritate nitantur*, in rescripto debet esse expressa. *L.* 7. C. *de div. rescriptis;* in quo nunc obtinet Decretalium auctoritas.]

(*b*) c. 20. X. *h. t.* c. 7. X. *de fide instr.* *Ianus a* Costa ad *Decretales p.* 22. *Fr.* Florens tom. I. op. p. 89. [Perimitur totum, de quo latum est rescriptum, vbi de dolo impetrantis siue per sub- siue per obreptionem constiterit; sin per ignorantiam vel simplicitatem illa contigerit, tantum quoad eam partem, quam error tangit, nullum redditur.]

(c) c. 5. 10. X. *h. t.* c. 2. X. *de off. iud. del.*

(*d*) c. 19. *X. h. t.* [De eius probatione cf. elegantem diss. *Car. Ott.* Graebe de *exceptionibus sub- et obreptionis earumque probatione.* Rintel. 1788. 4. Add. Glück *Comment.* vern. *in ff.* T. I. p. 526. sq.]

Tit. V.

Tit. V.

DE IVRE CONSVETVDINIS ET OBSERVANTIAE ECCLESIASTICAE.

(Lib. I. Tit. IV. *de Confuetudine*).

ARGVMENTVM.

§. 229. *Leges fcriptae, et non fcriptae.* 230. *Confuetudo et obferuantia.* 231. *Requifita confuetudinis.* 232. *Vnde inducatur confenfus fuperioris.* 233. *Eius effectus.* 234. *Eius probatio.* 235. *Obferuantia ecclefiaftica.* 236. *Eius vis in negotiis ecclefiae et in acquifitione iurium.*

§. 229. Leges ecclefiafticae vel *fcriptae* funt vel *non fcriptae*, prout vel per expreffam voluntatis declarationem conftituuntur, vel alia ratione quam expreffa voluntate. Poteft vero tam illis quam his accedere *traditio*, quae tantum pertinet ad *modum*, ius conftitutum ipfo vfu propagandi ad pofteros (*a*). Ex traditione quidem conftat de iure olim conftituto, non vero de modo illud conftituendi; nec de eius conditore. Fallaciffimae funt propagatae opiniones de *iuris traditi conditoribus*: et fatis conftat mos veterum, *apoftolorum* nomina praetendendi canonibus vel conftitutionibus.

 (a) in

(a) In c. 5. D. 11. dicitur, institutionum ecclesiasticarum quasdam *scripturis*, quasdam *traditione acceptas* esse c. 4. D. 12. [De *Traditione* ex principiis Catholicorum cf. Auctor *Principior. iur. publ. eccles. Catholicorum* c. II. p. 15. sq. nec non *Ioh. Ant. de* RIEGGER d. *an detur traditio sacra?* in opusc. Friburgi 1773. p. 149.]

§. 230. Lex ecclesiastica *non scripta consuetudinis ecclesiasticae* nomine venit, quae est *norma agendorum in ecclesia obligatoria*, *moribus constituta*, hoc est, ipsis actibus singulorum, ex eadem norma, licet non praescripta, susceptis (*). Prout vim legis accipit vel *ex consensu superioris* vel ex consensu *vniuersitatis ecclesiasticae specialis*, vocatur vel CONSVETVDO in specie sic dicta, vel OBSERVANTIA ecclesiastica. Vtraque a se inuicem differt, perinde ac lex *publica* a lege *priuata* (§. 211.).

(*) Constat quidem saepissime *consuetudinis* et *obseruantiae* appellationes vsu loquendi non discerni, sed si de notione quaeritur, vtrique applicanda, hanc primus, quantum quidem compertum habeo, b. Auctor hic ita constituit, vt omnibus deinceps doctis probaretur. Cf. *Henr.* MEYRER in *Iurist. Abhandl.* (Erste Samml. Leipz. 1780.) n. VI. et GLÜCK *Ausführl. Erläut. üb. die ff.* §. 84. p. 430. f.]

§. 231. Ad introducendam consuetudinem requiruntur actus singulorum, 1) ex opinione *obligationis*, et quidem 2) ex *eadem* norma, 3) *frequenter* et per *diuturnum* tempus suscepti: in his enim latitat *eadem et constans norma agendorum*, quae legem imitatur (*a*).

(*a*) c. 6.

(a) c. 6. D. 12. *Diuturni mores consensu vtentium approbati legem imitantur.*

§. 232. Vim legis habet consuetudo ex *consensu superioris*, siue is sit *specialis*, siue *generalis*, seu *ipsa lege* datus in consuetudines obseruandas (*a*). Ad eum vero *inducendum* requiritur, vt consuetudo sit I. *iusta*, hoc est, nec iuri *naturali* nec saluti ecclesiae *aduersa* (*b*), II. *legitime praescripta* (*c*), id est, per tempus, ad legitimam praescriptionem necessarium, ex actibus idoneis inducta, quod est tempus XXX. et XL. annorum.

(*a*) c. 1. *de Constitut. in* 6. *Petr.* GIBERTVS *in corp. iur. Can. tom. I. part. poster. p.* 86. [*Gibertum* auctorem secutus b. Auctor iam in prima Elementorum editione doctrinam superiorum Ictorum paene omnium, qui vim obligandi consuetudinis solummodo a consensu *tacito* legislatoris repetebant, deseruit; id quod hodie omnes vno ore amplectuntur. Tuetur eandem sententiam elegans scriptum *Gerardi von dem* BVSCH de *Consuetudine vnde et quando vim legis obtineat.* (Goett. 1752.) §. XXVII. XXXI. XXXII. Cf. GLÜCK l. l. §. 85. p. 437.]

(*b*) c. 4. *et* 7. D. 11. c. 3. 11. X. *de consuet.* c. 1. *eod. in* 6.

(*c*) c. 11. X. *h. t.* c. 3. *eod. in* 6. *In* c. 3. X. *de causa poss. et propriet. tempus ad legitimam praescriptionem productum* desideratur. *c.* 25. X. *de verb. signif. Ian. a* COSTA *ad decretal. p.* 89. *Henr.* PIRHING *in Iure Can.* tom. I p. 129. [Parum apte praescriptionem accommodari iuri consuetudinario hodie ab omnibus agnitum. Neque ex textibus propositis aliisque nonnullis iuris canonici hancce doctrinam deriuari posse, luculenter ostensum. Neutiquam enim de consuetudine, quae vim legis obtineat, sed de iuribus inter partes praescriptione acquisitis illi sunt intelligendi; nec magis ipsum caput fin. X. h. t. pro contraria sententia facit. *Ant.* MERENDA *Controuers. iur. lib.* XIX. *c.* 40. *n.* 23. De cap. fin. vid. *Io. Henr.* HOCH-

 STET-

STETTER in d. *de praescriptione consuetudinis ad cap. vlt. X. de consuetud.* Stuttg. 1776. 4. Acute, vt solet, de his et aliis circa ius consuetudinis quaestionibus disquisiuit *Henr.* MEVRER l. l. n. IV. et V. Add. GLÜCK l. l. p. 453.]

§. 233. Quoniam legem constituit consuetudo: 1) pro lege habetur *tam* in his, quae iure non sunt determinata, *quam* in iis, quae sunt definita in *fauorem singulorum* (*a*): ex ea 2) nascitur tum *ius* licite secundum eam agendi, tum *obligatio* ad praestandum, quod ex ea debetur (*b*).

(*a*) c. 6. *D.* 12. *c.* 9. 11. X. *de consuetud.* c. 8. X. *eod.* c. 2. X. *de feriis.*

(*b*) Ex consuetudine laudabili clericis *ius exigendi honorarium* pro actibus officii, et ex eadem laicis *obligatio* tribuitur illud praestandi in c. 42. X. *de Simonia* c. 5. C. 10. *qu.* 3.

§. 234. Consuetudinis *probatio* fit tum probatis actibus, quibus introducitur, tum probato eorum vsu longaeuo (*a*). Probatio instruitur *per testes seniores*, qui habent *consuetudinis notitiam specialem* (*b*); et maxime ex eo, quod aliquando *iudicio contradicta* obtinuerit (*c*).

(*a*) c. 25. X. *de verborum significat.* *Frid. Es.* PVFENDORF *tom. I. obseru. iur. vniu.* obs. 26. et 230. B. Parens *in iur. eccl. lib. I. tit.* 4. §. 42. *sq.*

(*b*) c. 10. §. *ideoque* X. *de off. archidiac.*

(*c*) c. 25. X. *de verb. signific.* GONZALEZ TELLEZ *ad.* c. 1. X. *Consuet. n.* 11. [Repeti hoc solet ex L. 34. *D. de legib.* Sed conferri de hac meretur *Casp. Conr.* STAVDINGER d. *de consuetudine contradicto iudicio firmata ad L.* 34. *D. de LL.* Goett. 1753. 4. et contrariam sententiam satis euicit *D. H.* KEMMERICH d. *de probatione consuetudinis et ob-*

obseruantiae. (Ienae 1732.) Sect. II. Add. Glück l. l. T. I. §. 87. p. 463.]

§. 235. Observantia ecclesiastica innititur *iuri collegiali* vniuersitatis ecclesiasticae singularis, perinde ac ius *statuta* condendi (§. 216), et horum iure aestimanda est (*): ideoque vim habet legis ecclesiasticae *priuatae* et *conuentionalis* (§. 211.).

(*) Comp. Pütter *Inst. iur. publ. Germ.* Lib. 1. cap. VI. §. 44. Meyrer l. l. n. VI. et Schnaubert *Beyträge* T. I. n. VI. §. 2. 3.

§. 236. Quaecunque vi iuris collegialis ab vniuersitate ecclesiastica *expresso consensu*, eadem et *tacito* eius consensu *per obseruantiam* constitui possunt. Per eam 1) tum *negotia vniuersitatis* et *modus ea ineundi* inter eius membra definiri (*a*), 2) tum per eam *iura in vniuersitatem* alteri permitti possunt, dummodo α) *facta concludentia*, ad inducendum *tacitum consensum* idonea, interueniant, ad quae etiam pertinet vnicum factum *haud contradictum*, opinione *iuris*, sciente et *non contradicente* ecclesia, susceptum (*b*), nec non β) tempus ad *praescriptionem iurium ecclesiasticorum* accedat saltim XL. annorum (*c*). Cuius consequens est, vt 3) obseruantia, legitime praescripta, constituat *titulum acquisitionis* iurium peculiarium in vniuersitatem (*p*).

(*a*) Huc

(*a*) Huc pertinent *obſeruantiae Capitulorum* et *ſtilus curiae*, quo deſignatur determinatus modus tractandi negotia iudicialia c. 3. *h. t. in* 6.

(*b*) Auctor *principior. Iuris eccleſiaſt. publici Cathol.* cap. X. §. 5. not. 2.

(*c*) c. 25. §. *Nos igitur* X. *de verb. ſignif.* c. 3. X. *de cauſa poſſ. et propriet.* c. 50. X. *de Elect.*

(*d*) *Conſuetudine*, hoc eſt, *obſeruantia* in ſpecie ſic dicta, acquiri dicitur *ius concurrendi* in electione praelati, c. 8. X. *h. t.* c. 3. *X. de cauſ. poſſ. et propriet.* c. 50. X. de electione, *ius praeſentandi* c. 24. X. eod. *iurisdictio eccleſiaſtica* a perſona eccleſiaſtica in certam eccleſiam. c. 9. X. *de off. iud. ord.* c. 10. X. *de off. archidiac.* c. 13. X. *de foro Compet. Clement. de Electione.*

TIT. VI.

DE

IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA.

ARGVMENTVM.

§. 237. *Iurisdictio eccleſiaſtica iudiciaria et correctiua.* 238. *Pertinet ad iura eccleſiae acquiſita.* 239. *Eadem ſeruata eccleſiae Euangelicae.* 240. *Fundata eſt 1) in cauſis eccleſiaſticis in ſpecie ſic dictis.* 241. *Quousque in his competat?* 242. *2) et in cauſis clericorum ſecularibus fundata ſit?* 243. *Ratio priuilegii fori eccleſiaſtici.* 244. *Quatenus ei locus ſit in cauſis laicorum ſecularibus?*

§. 237. In definiendo eo, quod *ſecundum leges eccleſiaſticas* iuſtum eſt, verſatur illa pars generalis regiminis eccleſiaſtici quae IVRISDICTIO ECCLESIASTICA in ſpecie vocatur (§. 138.), et *poteſtatem publicam* denotat *ius di-*

dicendi ſecundum leges in cauſis poteſtati eccleſiaſticae ſubiectis. Eſt haec vel *ciuilis*, quae etiam *contentioſa* ſeu *forenſis* dicitur a *foro*, ſeu *loco iurisdictionis exercendae*, vel *coercitiua*, quae circa exceſſus eorumque *coercitionem* verſatur (§. 112.) (*a*).

(*a*) In c. 16. X. de offic. iudicis ord. *iurisdictio cauſarum omnium ad forum eccleſiaſticum de iure pertinentium, correctio et reformatio et cenſura*, et in c. 18. X. eod. *cauſarum examinatio et deciſio ac emendae* ad iurisdictionem *ordinarii* referuntur. Vid. *Io. Casp.* BARTHEL *de iure reformandi ant. tom. I. op. p.* 132.

§. 238. *Poteſtati eccleſiaſticae* naturali ratione ineſt poteſtas de cauſis eccleſiaſticis ſecundum *leges eccleſiae* iudicandi, poenasque ſtatuendi, indoli religionis et eccleſiae conuenientes. Eſt haec priuata et collegialis, habetque naturam *notionis*. Intra hos terminos ſtetit in *eccleſia primitiua* (*a*). Firmata eſt ſub Imperatoribus Chriſtianis, et aucta *per audientiam epiſcopalem* (*b*); eaque imperantium beneficio in *iurisdictionem* abiit (*c*), eccleſiae inde ſeculorum vſu et obſervantia cum *plena immunitate* acquiſitam.

(*a*) I. Corinth V. 1. II. Corinth. II. 5. 6. 7. 8. II. Theſſal. III. 14. Matth. XVIII. 15. 16. 17. *Chriſt. Matth.* PFAFFII *origines eccleſ. cap. I. th. 3. not. 9.*
(*b*) *L. 7. 8. C. de Epiſcopali audientia.*
(*c*) *L. 33. pr. §. 1. C. de epiſcopis et Clericis Auth. Clericus C. eod.* Conſtitutio Friderici I. *in Auth. Statuimus C. eod.* Origines iurisdictionis ex Conſtitutionibus Imperatorum copioſe explicat *Ian. a.* COSTA *ad Decretales lib.* II.

II. tit. 1. *p.* 279. *sq.* ESPENIVS *in iure eccles. Part. III. tit. I. et II. Franc.* ZYPAEVS *de iurisd. eccles. et ciuili.* Leodii 1649. *Gottf. Leonard.* BAVDIS d. *de indole causarum ecclesiasticarum* prima *de fundamentis earundem.* Lipf. 1735. 4. [Add. *Sam.* STRYK *de origine et vsu. iurisdictionis ecclesiasticae* c. 1. (Opusc. T. XIV. p. 17. p. 212.]. *H. M.* HEBENSTREIT *historia iurisdictionis ecclesiasticae* diss. III. supra p. 23. laudatae.]

§. 239. Iurisdictio ecclesiastica, tamquam *ius ecclesiae* iure communi constitutum, seruata est in ecclesia Euangelica sub eadem immunitate, sub qua fuit ante reformationem (*a*). Negata tantum est *episcopis*, non quasi visum sit, illam *ad ius territorii* pertinere (*b*), sed ob eius *abusum* in *necem ecclesiae* conuersum (§. 40.). Suscepta est a *Statibus Imp. Euangelicis* non ex territorii iure, sed ex *consensu* ecclesiae, ex quo et aliis obuenit (§. 43. 44.); in *tuto* tandem collocata per transactam pace publica iurium episcopalium suspensionem (§. 162.).

(*a*) De ea ita existimatum est: *alia* ei inesse, quae *ecclesiae*, qua tali, competunt; *alia*, quae eidem imperantium *priuilegiis* addita; *alia* denique, quae in *abusum* conuersa *sint.* De eius *abusu* tollendo, de eaque ex ecclesiae salute et per iudicia ecclesiastica exercenda diligenter actum est. *August. Confessio* art. 28. eius *Apologia* tit. 14. *Articuli Smalcald.* tit. de potestate et iurisdict. episc. Conf. supra §. 40. 41. 165. et quae docte exposuit Dn. PREVSCHEN cit. I. cap. X.

(*b*) Hoc recte monitum est in doctis obseruationibus, quae exhibentur *in der Sammlung der Schriften von der Selbst-Hülfe und Geistlichen Gerichtbarkeit not* 34, *p.* 187. vid. scripta supra citata in *not.* ad §. 41. 42. [Add. SCHNAVBERT *vom Grunde der den Evang. Landesherren in Kirchensachen zustehend. Gerechtsamen;* in *Beyträgen z. Teutsch. Staats-*

Staats- u. Kirchenrecht p. 106. Pütter *Erörterung*. B. II. Heft 1. p. 98. f. Malblanc *Consp. rei. iud.* §. 125.]

§. 240. Iurisdictioni ecclesiasticae aliae causae subsunt ex *qualitate earundem*, aliae ex *concessione imperantium*, ex qua *personae ecclesiasticae* eidem iure communi subsunt in causis *personalibus*. Fundata est I. in *causis ecclesiasticis*, in specie sic dictis, seu quae *per leges ecclesiasticas* determinantur, siue sint causae ecclesiasticae *mere tales*, siue *mixtae* (§. 213.). Quatenus enim *causae ecclesiasticae*, in sensu *generali* a solo *obiecto* ita dictae, per *leges seculares* ex *iure circa sacra* determinantur (§. 210.), earum cognitio ad iurisdictionem *secularem* spectat (*a*). Hinc causae ecclesiasticae, ex *pace Westphalica* vel ex *Concordatis Nationis Germanicae* decidendae, iurisdictioni imperatoris et Imperii subsunt (*b*).

(*a*) *Inst. Pac. Osn. art. V. §. 53. Caesarea maiestas mandabit, vt non solum in isto iudicio Camerali* causae ecclesiasticae *vt et politicae inter Catholicos et A. C. Status, vel* 1) *inter hos solos* (videlicet inter Catholicos et A. C. status) *vel etiam* 2) *quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus* tertius interueniens A. C. Status *erit, et vicissim quando A. C. Statibus contra eiusdem Confessionis Status litigantibus* tertius interueniens *erit* Catholicus, *adlectis ex vtraque religione pari numero adsessoribus discutiantur et iudicentur.* Conf. Oratio mea de *finibus iurisdictionis imperialis quoad in causis ecclesiasticis competat, in Obs. iur. Can. obs. V.*

(*b*) *Select. iuris Publ. Nouiss. tom.* XXXII. *c.* 2. *p.* 35-66. *tom.* XXXIII. *cap.* 10. *p.* 399. [Diss. nostra *de foro in causis Concordatorum competente.* Goett. 1797.]

§. 241.

§. 241. In fundanda ergo iurisdictione ecclesiastica ponitur qualitas causae ecclesiasticae (*a*). Itaque fundata non est, si 1) cardo causae tantum versatur in quaestione *dominii* alteriusue *iuris* in bonis praediisque (*b*), quippe quae causa proprie non ecclesiastica est, sed *secularis*; eaque vel allodialis vel feudalis esse potest: multoque minus 2) si de ea contenditur aduersus *possessorem laicum* (*c*), vel 3) si tantum agitur de *possessione* bonorum ecclesiasticorum (*d*).

(*a*) c. 2. *X. de iudiciis c. 3. eod. c. 8. X. de arbitris c. 3. X. de Ord. Cognit. c. 7. X. qui filii sint legitimi.* Ex vsu iuris Canonici causae ecclesiasticae specialius definitae sunt in *Ordinationibus Consistorialibus.* CARPZOV. *l. c. lib. III. def. 2.* *Martinus* SCHRADERVS *de causis fori ecclesiastici.* [*Sam.* STRYK *de orig. iurisdict. eccl. c. I. de vsu iurisdictionis eccles. in Protestantium consistoriis* §. XI. sq. *Augustin. a* BALTHASAR *ius eccles. past.* T. I. p. 485. s.]

(*b*) de CRAMER *obs. iur. tom. IV. obs.* 1105. PVFENDORFIVS *obs. iur. Tom. III. obs.* 97. STRVBEN *obs. iur. et hist. obs. VII.*

(*c*) c. 5. X. *de foro comp. de* CRAMER *opusc. tom. III. op.* 28.

(*d*) *Robert* KÖNIG in *princ. iur. Can. lib. II. tit. I. n.* 45. BRVNNEMANNVS in *Iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 1. §. 2. *B. Parens in Iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 2. §. 20. 21.

§. 242. II. Fundata est ratione *clericorum* et *personarum ecclesiasticarum* in causis *personalibus, non exemtis*, idque ex priuilegio *Ordini ecclesiastico* dato (*a*), Subsunt ergo foro ecclesiastico in actionibus *personalibus, ex causa ciuili* aduersus eos motis (*b*), et in *excessibus* et de-

delictis, poena *ecclefiaftica* coercendis (*c*). Foro feculari vero fubiecti permanent 1) in *delictis* poena *capitali* vel *corporis afflictiua* vindicandis (*d*), 2) in caufis *feudalibus* (*e*), 3) in actionibus *realibus*, bona eorum concernentibus (*f*). Et cum forum non nifi ex perfona *rei* aeftimatur: 4) forum feculare agnofcere tenentur, fi *laicum* conueniunt (*g*), vel ei in lite *affiftunt*; idemque 5) ex natura litis pendentis obtinet, fi laico in *lite iam mota* fuccedunt (*h*).

(*a*) c. 2. 12. X. *de foro compet.* Priuilegium fori tamen, intuitu tonfuratorum et clericorum minorum ordinum, reftrictum eft in *Concilio Trid. feff.* XXIII. *de reform.* c. 6. Inter Proteftantes eodem fruuntur omnes in officio *ecclefiaftico* et *fcholaftico* conftituti. CARPZOVIVS *l. c. lib. III.* def. 3. et 6. [Nec tamen vbique idem obtinet. Exemplo funt terrae Haffiaco-Caffellanae, praeter Comitatum Hanouiae, in quibus clerici nec non perfonae ecclefiafticae in oppidis degentes forum fortiuntur coram Regimine, reliqui coram iudicibus inferioribus. LEDDERHOSE *Heffen Caff. Kirchenr.* Sect. II. P. II. c. 1. §. 59. De iure terrarum *Slesvicenfium* et *Holfaticarum* vid. MATTHIAE *Kirchenverfaff.* T. I. p. 76. *I. Chr.* MAIER *von der evangel. Geiftlichkeit Gerichtsftand in zeitlichen Sachen.* Tüb. 1781. 8. MALBLANC *confp. rei iudic. Ro. Germ.* (Norimb. et Altd. 1797.) §. 121.]

(*b*) c. 17. X. *de foro comp.* c. 1. *de priuileg. in* 6. Idem iuris eft in *actione in rem fcripta*, quippe perfonali, SCHRADER l. c. cap. II. §. 1. p. 269.

(*c*) c. 8. X. *de iudic.*

(*d*) c. 10. X. *eod.* MEVIVS *Part.* II. *Dec.* 138. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 2. §. 66. 67. [Sed cf. *Sig. Gottli.* HILLIGER d. *de foro clerici delinquentis* Lipf. 1715. 4.]

(*e*) c. 6. X. *de foro comp.* c. 5. 13. X. *de iudic.*

(*f*) c. *vlt.* X. *de foro comp.* c. 5. X. *qui fil. fint legit.* *Arn.* CORVINVS *Inft. Can.* lib. III. tit. 4. §. 7. CARPZOVIVS l. c.

l. c. def. 6. PVFENDORFIVS in *intr. ad Prol. P. I. c.* 3. §. 10.

(*g*) *c.* 5. *et* 8. *X. de foro compet.* [Exceptioni c. 8. h. t. allatae hodie inter ipsos Catholicos vix locus est; apud Protestantes illa plane non attenditur. MEVIVS decis. III. 257. cf. HELLFELD *de actore forum rei haud semper sequente* in Opusc. (1775. ed.) n. VI. §. 27. p. 103.]

(*h*) BRVNNEMANNI *Ius Eccl. lib.* 3. *c.* 1. §. 29.

§. 243. Hoc priuilegium fori, tamquam beneficium *toto ordini ecclesiastico* datum, consideratur: ex quo tum *clericis singulis* ius nascitur, tum *iudicii ecclesiastici* iurisdictio in eos fundatur. Vnde nec ei 1) clerici se *subducere*, nec 2) iurisdictionem in *alienum iudicem ecclesiasticum* prorogare possunt sine ordinarii iudicis consensu (*a*), nec 3) prorsus eamdem in *iudicem secularem* prorogare in causa *ciuili* (*b*). Retinent forum, quamdiu *statum clericalem* seruant: quo per *degradationem* amisso, illud amittunt (*c*), Vsu fori et obseruantia hoc priuilegium transit in *familiam* clericorum (*d*); nisi huius intuitu aliud ordinationibus ecclesiasticis cautum sit (*e*).

(*a*) c. 1. 18. *X. de foro compet.*

(*b*) c. 12. *X. eod.* *Io. Vlr.* DE CRAMER *de iurisdictione prorogata* §. 39. Iure *Romano* prorogatio fori admittitur in *L.* 51. *C. de Episcop. et Cleric.* ex quo nonnulli cum SCHILTERO in *inst. iur. Can. lib. I. tit.* 18. §. 9. eandem *inter protestantes* tuendam esse existimant, quod tamen absque *consistorii consensu* vix est admittendum. c. 18. X. *de foro compet.* [*Traug.* THOMASIVS d. *de foro clericorum Protestantium, Consistorio, non prorogabili.* Lips. 1731. 4.]

(c) c. 10. X. *de iudic.* c. 2. *de poen. in* 6.

(*d*) HER-

(d) HERTIVS de *transitione priuilegii in alios* §. 21. CARPZOV. *l. c. def.* 6. *Frid. Ef.* PVFENDORFIVS *tom I, obs. iur. obs.* 106. §. 2. *tom. III. obs.* 197.

(e) ut in Ducatu Brunsuicensi intuitu *famulorum* per *ordinar. Ant. Vlrici cap.* 14. §. 3. [et in terris Hassiacis, LEDDERHOSE l. l. §. 13. De Pommerania cf. BALTHASAR *ius eccl. Past.* T. I. p. 532.]

§. 244. E contra iurisdictio ecclesiastica fundata non est in causis laicorum *secularibus*. Nec ad eam in his causis extra *ordinem* fundandam sufficiunt *colores iuris Canonici*, vel a ratione *peccati* in illis interueniente (*a*), vel a *iureiurando* iisdem addito (*b*), vel a qualitate *personarum miserabilium*, quas concernunt (*c*), vel a *iustitia* in foro seculari *protracta* vel *denegata* repetiti (*d*). Hi similesque abusus iurisdictionis ecclesiasticae in Germania grauaminibus et sanctionibus locum fecerunt de iurisdictione seculari tuenda: et imperatori datum est ius *separandi* causas *ecclesiasticas* a *secularibus*, interueniente, si dubium adsit, amicabili conuentione (*e*).

(*a*) c. 13. X. *de iudiciis.* Hoc nomine vsurpata est *denunciatio Euangelica;* qua omnes fere causas seculares ad forum ecclesiasticum referre, haud difficile est. Vid. *Christ.* THOMASIVS de *vsu pract. denunciationis Euangelicae.*

(*b*) c. 3. *de iudiciis in* 6. vid. *Grauamina Nat. Germ. de a.* 1523. *cap.* 48. apud *Jac. Frid.* GEORGIVM de *grauam. Nat. Germ. p.* 457.

(c) c. 26. *in f.* X. *de Verb. signif.* c. 15. X. *de for. comp.*

(*d*) c. 6. 10. 11. X. *eod. Grauamina Nat. Germ.* l. c. c. 64. p. 463. *Casp.* ZIEGLERVS in not. ad *Lancellotti inst. iur. Can.* p. 1261. et 1263.

(*e*) *Ca-*

(e) *Capitulat. Caesar. nouiss. art.* 14. §. 4. 5. *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 164. Conf. supra §. 135. 161. De remediis tuendi iurisdictionem secularem aduersus iudicia ecclesiastica vid. FABRI *Staats-Canzlei tom. IV. p.* 656. 696. In *Gallia* eiusmodi abusus iurisdictionis ecclesiasticae dudum correcti sunt. vid. ESPENII *Ius Eccl. P. III. tit.* I. *c.* 3. §. II. *op. p.* 175. nec inter *Protestantes* admittuntur. [Cf. PÜTTER *inst. iur. publ. lib.* XI. *c.* I. §. 420. *Er. Erörterung* B. II. H. 2. MALBLANC *Anleitung z. Kenntniss der deutschen Reichs- und Prouincial - Gerichts - u. Kanzleyverfassung.* T. IV.]

TIT. VII.

DE IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA DELEGATA.

(Lib. I. Tit. XXIX. *de officio et potestate iudicis delegati*).

ARGVMENTVM.

§. 245. *Iurisdictio ordinaria et extraordinaria seu delegata.* 246. *Ius delegandi.* 247. *Ius subdelegandi.* 248. *Potestas iudicis delegati.* 249. *Officium eius.* 250. *Ius plurium delegatorum.* 251. *Ius appellandi ad delegantem.* 252. *Modi quibus perimitur delegatio,*

§. 245. *Iurisdictio*, ratione *causarum*, vel ORDINARIA est, quae in *certo causarum genere*, vel EXTRAORDINARIA, quae in *certa* seu *determinata causa tantum competit.* Ad exercendam iurisdictionem ordinariam constitui solent iudicia, quae inde *Ordinaria* dicuntur.

Ex-

Extraordinaria *ſpeciali conceſſione* tribuitur (*a*): a qua in ſenſu *ſtricto* DELEGATA vocatur (*b*), hoc eſt *iuri dictio in certa cauſa ſpeciatim conceſſa.* Quibus haec data eſt, *iudices delegati* dicuntur.

(*a*) c. 6. *h. t. in* 6. *c.* 11. *X. h. t.*
(*b*) Delegatio per *reſcriptum*, nec non per *mandatum* ſuperioris, hoc eſt, per eius *praeceptum* fieri dicitur c. 13. X. *de reſcriptis c.* 1. X. *de Officio et Poteſt. iudicis delegati.* In c. 21. X. *eod. grauiſſime arguendus* cenſetur, *qui mandatum apoſtolicum exequi ſubterfugiat aut contemnat.* [cf. *van Eſpen* ius eccl. Vniv. P. III. tit. V. c. 2. *Jo. Ge.* ENGELHARDT et *Caſp. Joſ.* STEINLEIN *de commiſſionibus in genere et in ſpecie imperialibus.* Bamb. 1774. MEYER *de iurisdictionis delegatae a mandata differentiis.* Marb. 1783. 4. *Jul. Frid.* MALBLANC *conſ. rei iud. Ro. Germ.* §. 77. p. 149. ſ. *Jo. Bern. Chriſti.* EICHMANN *Erklärungen des bürgerl. Rechts.* T. V. §. 197. p. 319. ſq.]

§. 246. *Ius delegandi* iurisdictionem in *cauſis fori eccleſiaſtici* eſt *Superioris* in eccleſia (*a*): quo iure non gaudent *iudicia eccleſiaſtica vicaria*, niſi vi poteſtatis ſibi a Superiore factae (*). Exerceri vero poteſt vel ad *inſtantiam partium*, vel *motu proprio*, ſi *iuſta cauſa* interuenit (*b*).

(*a*) c. 1. 3. 21. 41. X. *de off. et pot. iud. deleg. c.* 4. *eod. in* 6. *L.* 5. *C. de iudiciis. Sam.* STRYKIVS *de delegatis principum c.* 1.
(*) De Conſiſtoriis Proteſtantium vid. EICHMANN l. l. p. 342. CANNEGIESSER *Deciſ.* T. II. d. 284. n. 6.
(*b*) PVFENDORFIVS *in introd. ad Proceſſ. P.* I. c. 13. §. 4. MEVIVS *P.* III. *dec.* 217. B. Parens *in I. E. lib.* I. *tit.* 29. §. 16.

§. 247. Delegationis ſpecies eſt *ſubdelegatio*, qua *delegatus* iurisdictionem *ſibi delegatam*

tam

tam eiusue partem alteri concedit (*a*). *Ius ſubdelegandi* delegato non competit, niſi *vi iuris*, ſibi *expreſſa* vel *praeſumta* delegantis voluntate conceſſi (*b*). Haec *iure praeſumitur* ex delegatione facta perſonis, in *dignitate* conſtitutis; quales ſemper ſunt delegati papales (*c*).

(*a*) c. 3. 27. X. *de Offic. et Pot. iud. deleg.* Haec poteſtas iure Rom. non competit. *Nov.* 60. c. 2. Origines eius explicat *Fr.* FLORENS *tom. II. op. p.* 154. 155.

(*b*) Haec determinatio innititur *rationibus* iuris Canonici: ex eaque inſtruitur praxis in *Delegatis Caeſareis.* vid. B. Parens *in iur. eccleſ. lib.* I. *tit.* 29. §. 14. 15. Alii cum STRYKIO *l. c. cap.* 3. delegatis omnibus ius ſubdelegandi *ex lege* competere cenſent: niſi delegatio ad *perſonam* delegati adſtricta eiusque *fides* et *induſtria* electa ſit; id quod fieri ex *regula* ſolet in Delegatis *priuatae conditionis.*

(*c*) *c.* 11. *pr. de reſcriptis in* 6.

§. 248. POTESTAS *iudicis delegati* eſt *omne ius*, quod *delegato competit* in cauſa ſibi commiſſa: eaque aeſtimanda eſt tam ex *reſcripto delegatorio*, quam ex iuribus, quae *iure communi* competunt iudici. Vnde I) delegatus his; quorum intereſt, *ſuae delegationis fidem* facere debet propoſito reſcripto delegatorio (*a*), ex quo aeſtimandum eſt, vtrum *omnis iurisdictio* in certa cauſa an *eius* tantum *part* conceſſa ſit (*b*). II) Iurisdictio iudicis delegati adſtricta eſt ad *cauſam delegatam* et ad fines ſibi praeſcriptos; itaque *nullum* eſt, quidquid actum eſt *vltra fines delegationis* (*c*). Quodſi iurisdictio delegata eſt in *tota cauſa*, dele-

delegatus de omnibus, quoad ad ipſam pertinere noſcuntur, ac non minus de *acceſſoriis*, quam de *executione* plenam recipit poteſtatem (*d*). III) Coniuncta eſt cum poteſtate, iurisdictionem ſibi delegatam auctoritate delegantis tuendi aduerſus omnes, qui eam impediunt (*e*).

(*a*) *c*. 31. *X*. *de off*. *et pot*. *iud*. *del*. *L*. I. *C*. *de mandat*. *princ*.
(*b*) *c*. 27. 28. *X*. *de off*. *et pot*. *iud*. *del*.
(*c*) *c*. 22. 32. 37. 40. *X*. *eod*. *c*. 22. *X*. *de reſcript*.
(*d*) *c*. 5. 21. 26. 28. *X*. *de off*. *et pot*. *iud*. *del*.
(*e*) *c*. 11. *X*. *de off*. *et pot*. *iud*. *del*. *c*. 2. *eod*. *in* 6.

§. 249. OFFICIVM *delegati* determinatur tum per *officium iudicis* in genere, tum per *formam delegationis* (*a*). Hanc 1) *exacte* ſeruare: 2) eaque non praeſcripta, modum procedendi, *iure communi* definitum, ſequi tenetur (*b*)

(*a*) *c*. 32. 43. *X*. *de off*. *et poteſt*. *iud*. *del*. Huc pertinent formulae, in delegationibus vſitatae, vt de *ſimplici et plano*, *et ſine ſtrepitu iudicii* procedant. *Clem*. 2. *de iudic*. *Clem*. 2. *de Verb*. *ſignif*. *Sam*. STRYK *de iudic*. *princ*. *iuxta ſolum facti veritatem*. [PÜTTER *de ordine iudic*. *Auſtraegis obſeruando* §. 14.]
(*b*) *c*. 13. *X*. *de off*. *et pot*. *iud*. *deleg*.

§. 250. Delegatio vnius cauſae *pluribus indefinite* facta, omnibus et ſingulis *coniunctim* facta cenſetur: ideoque *alter* delegatorum *absque altero* in cauſa procedere nequit (*a*), niſi alter alteri vices ſuas *ſubdelegauerit* (*b*).

 Pot-

Poteſt etiam delegatio eiusdem cauſae pluribus *definite* fieri, dum *vnicuique* eorum eadem cauſa in *ſolidum* delegatur, idque vel 1) *ſimpliciter* per clauſulam *alternatiuam* (*c*); vel 2) *ſecundum quid* per clauſulam *conditionalem*, *ſi non omnes*: tum enim *exiſtente conditione*, quod alter vel *nolit* vel *non poſſit* intereſſe, reliqui in cauſa procedere poſſunt (*d*).

(*a*) c. 15. 16. 22. *X. de off. et pot iud. del.*
(*b*) c. 6. 30. *X. eod. Io. Balth.* WERNHER *de Commiſſariorum a principe datorum poteſtate ſubdelegandi* §. 33.
(*c*) v. c. ſub formula, *vt omnes aut duo, aut vnus mandatum exequantur* c. 8. *eod. in* 6. c. 6. *de procur. in* 6. c. 12. *de haeretic. in* 6. [*Sam.* STRYK d. *de clauſulis commiſſionum.* Halae 1705. EICHMANN l. l. p. 448.].
(*d*) c. 13. *X. de reſcript.* c. 16. c. 21. *X. de off. et pot. iud. del.* Conf. *Io. Iac. Ioſ.* SÜNDERMAHLER in progr. *Vtrum clauſula ſamt und ſonders in Commiſſione executionis circa cauſas, quae religionem et diuerſae religionis aſſeclas concernunt, locum habeat?* 1750. in Opuſc. p. 195.

§. 251. Iurisdictio delegata naturam habet *conceſſae* et *ſubordinatae* iurisdictionis (§. 245.): ideoque a delegato ad *delegantem* datur *appellandi* facultas (*a*), niſi ſit *reſcripto* remota (*b*). Haec etiam datur a ſubdelegato ad *ſubdelegantem*, ſi hic non omnem, ſed *partem* iurisdictionis ſubdelegauit (*c*).

(*a*) c. 11. *de off. et pot. iud. del. in* 6.
(*b*) c. 53. *X. de appellat.* c. 27. §. 2. 5. *X. de off. et pot. iud. del.* MEVIVS *P. II. dec.* 193. 194. [*Iac.* BRVNNEMANN d. *de appellatione principis reſcripto remota.* Halae 1702.]
(*c*) c. 18. 27. §. 2. *X. eod.* c. 3. 7. 10. 14. *in* 6.

§. 252.

§. 252. Finitur 1) *reuocatione mandati;* quae ſalua eſt *deleganti* (*a*): non vero ſubdeleganti, niſi vi iuris reuocandi, in ſubdelegatione ſibi *reſeruati* (*b*): 2) *morte delegantis* prius interueniente, quam iurisdictione *vti coeperit* delegatus (*c*): 3) *morte delegati*, niſi vel *officio*, vel *pluribus* facta ſit delegatio ſub clauſulis (§. 250.) expoſitis (*d*): [4) poſt definitiuam exſecutioni mandatam (*).]

(*a*) etiam tacita reuocatione, per nouos conſtitutos delegatos c. 28. §. 2. *X. de off. et pot. iud. del.*
(*b*) c. 6. *et* 7. *eod. in* 6.
(*c*) c. 19. 20. 30. *X. eod.* c. 6. *eod. in* 6. *Clem.* 2. *vt lite pend. nih. innouet.*
(*d*) c. 14. 42. *X. eod.*
(*) c. 9. X. *h. t.*

Tit. VIII.

DE IVRE CIRCA VISITATIONEM ECCLESIASTICAM.

(Lib. III. Tit. XXXIX. *de Cenſibus exactionibus et Procurationibus*).

ARGVMENTVM.

§. 253. *Viſitatio eccleſiaſtica.* 254. *Eius indoles.* 255. *Iura eccleſiae circa viſitationem.* 256. *Officium viſitandi ordinarium, vel extraordinarium.* 257. *Iura imperii ciuilis circa viſitationem.* 258. *Viſitatio ſub principe diuerſae religionis.* 259. *Ius procurationum.*

§. 253. Ad partes generales regiminis ecclesiastici pertinet *ius visitandi ecclesias*, seu *instituendi* ECCLESIASTICAM VISITATIONEM, quae est *inquisitio in statum eccclesiae in re praesenti eo fine instituta, vt quae legibus ecclesiasticis vel saluti ecclesiae aduersa deprehenduntur, emendentur et corrigantur* (*a*).

(*a*) c. 10. 12. C. 10. *qu.* 1. *Casp.* ZIEGLERVS *de episcopis lib. III. c.* 26. §. 20. *s.* *Ahasv.* FRITSCHIVS *de iure visitandi ecclesiastico cap. I. et VI.* (Rudolst. 1667. et Numb. 1697. 4. et in Opp. T. I. P. I. n. 1.). [Historiam *visitationum ecclesiasticarum* succincte pertractauit THOMASSINVS *de nov. et vet. eccl. discipl. P.* II. l. III. *c.* 77. *s.* Add. VAN ESPEN *ius. eccl. vniv.* P. I. tit. XVIII. et *I. H.* BOEHMER *Ius eccl. Prot. l.* III. *tit.* XXXIX. *p.* 564. vbi simul recensum scriptorum de hac materia proposuit, ex quibus hic sequentes notasse sufficit: *Barth.* GAVANTI *praxis visitationis episcopalis.* Venet. 1634. et *Casp.* ZIEGLER *de iure visitationum ecclesiasticarum.* Viteb. 1679. add. *Aug. a.* BALTHASAR *de libris s. Matriculis ecclesiasticis, simulque de Salariis et Accidentiis Clericorum.* Gryphisw. 1747. et auct. 1748. 4.]

§. 254. I) Visitatio est actus *inspectionis ecclesiasticae* (*a*), ideoque competit cuilibet Superiori secundum cuiusque ecclesiae politiam (*b*), aliisque quibus inspectio ecclesiastica acquisita est (*c*): II) non datur nisi in ecclesias, *iurisdictioni* subiectas (§. 137.). (*d*). Hinc pro ratione ecclesiarum, per quas instituitur, vel *generalis* vel *specialis* vel *localis* esse potest.

(*a*) c. 21. X. *de Censibus: episcopus ratione episcopalis iurisdictionis, quam habet, tenetur correctionis causa ecclesiam visitare c.* 22. *X. eod. c.* 1. X. *de offic. archidiaconi.*

(*b*) c. 16.

(*b*) c. 16. X. *de officio iudic. ord.* c. 1. *de Censib.* in 6.
(*c*) etiam vi praescriptionis c. 16. X. *de praescript.* *Concil. Trident.* sess. 24. de reform. c. 3. *Henr.* Pirhingii *ius Can. lib.* 3. *tit.* 39. §. 90. *p.* 665.
(*d*) c. 22. X. *de Censib.* c. 1. *eod.* in 6. B. Parens *in iur. eccl. lib.* 3. *tit* 39. §. 69. 71.

§. 255. Ivra ecclesiae intvitv visitationis sunt iura, quae vi *potestatis ecclesiasticae in visitatione instituenda et dirigenda competunt;* qualia sunt ius eam *decernendi* (*a*), *instituendi* aliisue *delegandi* (*b*), ius praescribendi *ordinationem visitationis*, et peractae visitationis *rationem* a visitatoribus exigendi (*c*); nec non ius *emendandi* et *corrigendi*, quae per eam emendatione digna deprehenduntur (*d*). Quae cum sint iura potestatis ecclesiasticae: nulla *praescriptione* tolli possunt, etiamsi vel maxime aliis ius visitandi sit acquisitum (*e*).

(*a*) *Concil. Trident. sess.* XXIV. *de reformat.* c. 3.
(*b*) c. 15. X. *de officio iud. ordinarii.*
(*c*) c. 1. X. *de off. archidiac. Concil. Trident. l. c.*
(*d*) c. 21. 23. X. *de censib.* c. 1. §. 4. *eod.* in 6. B. Parens *l. c. lib.* 3. *tit.* 39. §. 33. 72.
(*e*) c. 11. c. 16. X. *de praescriptione.*

§. 256. In ipsa *functione visitationis* consistit officivm visitandi: quod ex norma legum ecclesiasticarum est exercendum (*a*): *Ordinaria* visitatio est, quae vi *officii ordinarii*, cui cohaeret, *stato tempore* instituitur (*b*), et *extraordinaria*, quae fit *ex speciali Superioris ordina-*

dinatione, vbi ecclesiae vtilitas id exigit (*c*). Ordinaria ex politia ecclesiae euangelicae est penes *superintendentes*.

(*a*) Instruitur in c. 1. *de Censibus in* 6. et in receptis *articulis Visitatoriis*, ac in *Ordinationibus visitationum*, quales recenset Fritschivs l. c. *in app. p.* 666. *Directorium visitationis* de a. 1734. in vsum terrarum Brunsuicensium habetur in tom. I. *Corp. Const. Calemb. p.* 590. *Casp.* Ziegleri tr. de *Superintendente cap.* XXII. *Jul. Bernh. de* Rohr *Saechsisches Kirchen-Recht lib.* 4. *tit.* VIII. §. 4. Mevivs *P.* VI. *dec.* 289. [De Pomerania Suecica vid. *Aug. a* Balthasar in *iur. eccl. past.* T. I. p. 823. impr. autem in libro I. de libris s. matriculis ecclesiasticis, quem commentarii instar ad *Instructionem gen. Visitationis eccl.* de a. 1655. scripsit. Adde Ledderhose *Hessen Cass. Kirchenr.* Sect. II. P. II. c. 2. §. 63-73. Matthiae *Kirchenverf. von Schleswig u. Holstein* T. I. p. 17 f. Hartmann *Gess. d. Herzogth. Wirtemberg* Th. IV. (*Kirchengess.* B. III.) *Abth. V. c.* 14. et 15.]

(*b*) *c.* 25. *X. de Censib. c.* 1. *X. de off. Archid. c.* 8. *X. de statu monach.*

(*c*) Brvnnemanni *Ius Eccl. lib. I. cap.* 6. *membr.* 12. §. 8.

§. 257. Ius *maiestaticum* et *territoriale* circa visitationem ecclesiasticam ex *inspectione seculari* et *advocatia* ecclesiastica descendit (§. 23. 140. 168.). Ad iura eius specialia pertinet, quod 1) visitatio ab episcopis per territorium seculare instituenda sit ex *praescitu Domini territorii*, et 2) adiunctis ab eo ad visitationem *commissariis* intuitu eorum, quae in visitatione respectum *ad rempublicam* vel ad *tutelam ecclesiae* habere possunt (*a*): et quod 3) non minus inter Protestantes visitatio a

Su-

Superintendentibus fieri debeat adſcitis *praefectis principum* (§. 189.) (*).

(*a*) Vid. Concordata Ducum Bauariae cum Ordinariis Bauariae de a. 1583. apud Gewoldvm *in Hundii Metropoli Salisburg. tom. I. p.* 64. De obſeruantia antiqua in Saxonia egit *Io. Ge.* Reinhardvs *de iure princip. Germ. circa ſacra ante reformat. cap. II. §.* 14. *p.* 123. De viſitationibus in Saxonia tempore reformationis vid. Seckendorfivs *in hiſt. Lutheranismi lib. II. §.* 7. n. 4. p. 23. et §. 36. p. 100. Rationem viſitandi ſub Regibus Francorum expoſuit B. Parens in *iure Eccl. lib. III. tit.* 39. *§.* 29. *ſeq.* [De iure Ordinarii et Metropolitani viſitandi eccleſias, *an* et *quatenus* ad *temporalia* pertineat, nuper grauis controuerſia agitata eſt inter Metropolitanum Moguntinum et Cameram Imperialem, in cauſa Abbatis Swarzacenſis; de qua vid. *Churmainz. Recurspromemoria d.* 22. *Ian.* 1782. *Copia Churmainz. Erlaſſes an das K. u. R. CG. d.* 25. *Ian.* 1782. (cui infert. *Vorläufiige Beleuchtung des Innhalts der vom K. u. R. C. G. an ChurM. erlaſſenen Antwort.*) *Unſtatthaftigkeit der von dem Hochf. Hauſe Baden in Sachen der Abtey Schwarzach — gen Recurſes.* Wetzl. 1781.) et *Anmerkungen üb. d. Erzb. Mainz. Recurspromemoria — als eine Zugabe zu der Druckſchrift:* Unſtatthaftigkeit etc. ib. 1782. f. *Franc. Ioſ. Ign. de* Linden d. *de iure epiſcoporum Germ. viſitandi eccleſias quoad temporalia.* Mog. 1785. etiam vern. ſerm. Frf. eod. 4. Cf. *Reichspraelat. Staatsr.* T. I. c. I. §. 1. n. 26. 27. 28.]

(*) Pvfendorf. *Obſ. iur.* T. IV. obſ. 7.

§. 258. *Iura viſitationum* in eccleſiis, ſub *principe diuerſae religionis* conſtitutis, ſunt iura ipſius *eccleſiae* (§. 255.), et *annexa* religionis exercitii, per eos exercenda, qui eis praeſunt, veluti inter *A. C addictos* per eorum *conſiſtoria* (*a*). *Domino territorii diuerſae religionis* non competunt, niſi ex *obſeruantia anni decretorii* (*b*).

(*a*) *Receſſus Hildeſemenſis* de a. 1651. *art.* 2. *Capitulatio perpetua Osnabrugenſis* art. 4. et 5. [*I. H.* Boehmer *I. E. P.* l. 1. §. 55. 56. ſ.]

(b) *I. Pac. Osn. art. V. §. 26. Quodsi quoque A. C. addicti in eiusmodi bonis ecclesiasticis, dicto anno dieque a Catholicis plene vel ex parte possessis, iura praesentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturae, hospitationis, operarum habuerunt, item parochos, praepositos ibi aluerunt, iura ista illis salua tectaque maneant.*

§. 259. Iuri visitandi iure Canonico annexum est ius *procurationes exigendi* (*a*); praescriptioni non obnoxium (*b*). Ex hoc inter protestantes originem ducunt praestationes parochianorum, visitationis intuitu faciendae, per *obseruantiam* et *ordinationes ecclesiasticas* definitae (*c*): quamquam sumtus visitationum ex regula ex aerario ecclesiastico erogentur.

(*a*) c. 6. 23. 25. X. *de Censib.* c. 2. 3. *eod. in* 6. [*Conc. Trid. Sess.* 24. c. 3. *de reform.*]

(*b*) c. 11. 16. X. *de praescript.* c. 17. X. *de Censib.* [*van* ESPEN *ius eccl. vniv.* P. I. tit. XVII. c. 2. Cf. *Mainzer Monathsschrift* J. 1785. H. 4. *Ueber die Procurationen der Kirchenvisitatoren bes. im Mainzer Erzstift.* p. 408. et *Die Rechtmäſsigkeit der Procurationen der Kirchenvisitatoren bes. im Mainzer Erzstift.* 1785. 8.]

(*c*) FRITSCHIVS *l. c. cap. VII. n.* 3. SSRYK *in obs. ad Brunnemanni I. E. lib.* 2. *c.* 9. §. 12. B. Parens *in iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 39. §. 104.

LIBER.

LIBER III.

DE IVRE CIRCA CVLTVM PVBLICVM.

SECTIO I.

DE IVRIBVS CIRCA ACTVS SACROS EORVMQVE CELEBRATIONEM.

TIT. I.

DE RELIGIONIS EXERCITIO IN GENERE.

ARGVMENTVM.

§. 260. *Religionis exercitium.* 261. *Iura in eo contenta.* 262. *Ius illud determinandi eiusque norma.* 263. *Eius norma inter vtriusque religionis consortes.* 264. *Quatenus eo destitutis deuotio domestica debeatur.* 265. *Eius norma inter protestantes inter se.*

§. 260. Expositis his, quae tum ad *ministerium* tum ad *potestatem ecclesiasticam* pertinent, ducimur ad iura, quae quocumquo modo respiciunt cultum diuinum, tamquam *ecclesiae finem.* Quaecunque concernunt *ius ecclesiae circa cultum diuinum in republica instituendum,*

dum, pertinent ad *religionis exercitium* vel *publicum* vel *priuatum* (§. 14)

§. 261. Quaecunque *religione*, eadem et *religionis exercitio* continentur (§. 1. 14.) (*a*): qualia ſunt 1) ratione *credendorum*, ius doctrinas fidei *ore* et *ſcriptis* profitendi, 2) iisdem inſtituendi *membra eccleſiae* et *iuuentutem* (*b*): 3) *librosque* adhibendi tum *ſymbolicos* tum alios ad *religionem inſtruendam* comparatos (*c*): II. ratione *agendorum*, 1) ius *ſacra omnia* interueniente *paſtorum miniſterio* in coetu peragendi, 2) et *eccleſiae* iura, virtute religionis exercitii competentia, exercendi, quae *eius annexa* vocantur (*d*) (§. 16.).

(*a*) *Jo. Ad. de* ICKSTATT tom. II. op. III. c. 2. §. 4. p. 150.

(*b*) B. Parens *Conſult. et Dec. tom.* I. *reſp.* I. II. III. [De iure parentum diuerſae religionis cf. CRAMER *Obſ.* T. II. P. I. obſ. 494. p. 126. KREITMAYR *Anm. zum Cod. civ. Bav.* P. I. c. 7. §. II. p. 216. SCHAVROTH *Concl. C. Ev.* T. III. p. 421. 509. De ſingulis vid. MOSER T. *Rel. Verf.* B. I. c. 4. et feriem ſcriptorum ibi laudatorum §. 1.

(*c*) *Capitul. Caeſarea* art. 2. §. 8. de SCHAVROTH *Concl. Corp. Euang. tom.* I. *p.* 159. *tom.* II. *p.* 477. *Jo. Jac.* MOSERI *Neben-Stunden P.* I. *obſ.* 4. *et P. V. obſ.* 16.

(*d*) *Chriſt. Matth.* PFAFFII diſſ. *de annexis exercitii religionis euangelicae.*

§. 262. In *religionis exercitio per rempublicam determinando* verſatur *ius reformandi* (§. 19.). Quod cum ſit pars iuris *circa ſacra* (§. 23.): per Imperium Rom. Germ. eſt penes *Imperatorem* et ſimul penes ſtatus Imp. (*a*). In ſin-

ſingulis vero territoriis competit vnicuique Statui imp. vi *ſuperioritatis territorialis*, quippe a qua ſola dependet ſubordinata *legibus imperii* ratione (*b*), non vero ab *vllo alio iure* vel *ſeculari* vel *eccleſiaſtico*, ideoque nec a iure dominii directi et vtilis nec a iurisdictione criminali nec a iure patronatus (*c*). Itaque *normam religionis exercitii publici* et *priuati* praeſtant 1) leges imper. *fundamentales* (*d*), 2) *conceſſiones*, intra illarum limites factae; nec non 3) pacta publica inter *dominum* territorii et inter *ordines prouinciales* et *ſubditos*, vel in *horum fauorem* cum aliis principibus inita (*e*), quae vim habent legis *fundamentalis prouincialis*.

(*a*) *I. P. O. art.* V. *§.* 52. *Phil. Bernh.* Zech *meditat. de iure reformandi P.* II. *cap.* IV. *§.* 70. *ſ.*
(*b*) *Inſtr. Pac. Oſn. art.* V. *§.* 30. 39. 43.
(*c*) *I. P. O. art.* V. *§.* 42. 44.
(*d*) *I. P. O. art.* V. §. 31. 43. *art.* VII. §. 1. *art.* XVII. §. 3.
(*e*) *Jo. Iac.* Moseri diſſ. de *pactis et priuilegiis circa religionem et alia eccleſiaſtica* inter *ſelecta iuris publ. et priv.* diſſ. IV. p. 69. *Io. Chriſt. Wilh. de* Steck diſſ. *de guarantia pactorum et foederum religionis ergo percuſſorum.* [Moser *Landeshoh. in Geiſtl.* I. II. c. 8. p. 238. III. c. 8. p. 314. ſ.]

§. 263. Norma generalis religionis exercitii publici et priuati eiusque annexorum inter *Catholicos* et *Proteſtantes* ex Pace Weſtphalica eſt *anni decretorii obſeruantia* (§. 50.) (*a*), eaque *pro regula* et fundamento *futurae obſeruantiae* (*b*) ita definita eſt, vt 1) *idem* permanere

nere debeat religionis exercitium, quod quouis in loco *dicto anno* vſitatum fuit (*c*), vt II) quaecunque de eo *introducendo* et *permittendo* antehac conuenta et diſpoſita fuerant, eatenus rata tantum ſint, quatenus *obſeruantiae dicti anni* non aduerſantur (*d*), III) vt *irrita* declarata ſint et annihilata, *dicti anni obſeruantiae* contraria (*e*). Quae cum ita ſeſe habeant, conſequens eſt, vt ex iure reformandi nihil agi queat *contra obſeruantiam dicti anni;* nec eodem loco, vbi *ſolitarium* fuit religionis exercitium, *ſimultaneum* diuerſae religionis exercitium introduci poſſit ſine ſubditorum conſenſu (*f*).

(*a*) *Inſtr. Pac. Osn.* art. V. §. 31. Mirum eſt, dubium excitari potuiſſe de religionis exercitio ſubditorum Euangelicorum, qui Statibus Cathloicis *ſecularibus* ſubſunt; cum tota *ſectio* XII. *articuli* V. *inſtr. pacis Osn.* quae §. 30. vsque §. 37. continet, nominatim ad ſubditos *Statibus imp. immediatis ſiue eccleſiaſticis ſiue ſecularibus ſubiectos* iuxta §. 30. art. V. pertineat. Vid. *Entdeckte Verdrehung des Weſtphäliſchen Friedens - Schluſſes art.* V. §. 31. *edit. a.* 1758.

(*b*) *Inſtr. Pac. Osn. art.* V. §. 25. 33.

(*c*) *Inſtr. Pac. Osn. art.* V. §. 26. Vnde et in locis, vbi Catholici et Auguſtanae confeſſionis Status ex aequo, iure ſuperioritatis fruuntur, ratione publici exercitii *idem Status* permanere debet, qui fuit dicto anno art. V. §. 43. ex eoque ſtatu aeſtimari debet exercitium religionis in feudis. art. V. §. 42.

(*d*) *Inſtr. Pac. Osn. art.* V. §. 33.

(*e*) *I. P. O. art.* V. §. 25. *et* 33.

(*f*) (Phil. Bernh. Zech) *Meditat. de iure reformandi* P. II. c. 3. §. 20. 49. SCHAVROTH *Concl. Corp. Euang.* tom. 3. p. 594. 606. 616. 653. *Samlung der Schrifften von der Selbſthülfe und vom Simultaneo* p. 239. et p. 310. *Dav. Ge.* STRVBEN *Nebenſtunden* tom. 2. obſ. 6. §. 9. *Io. Vlr. de* CRAMER *obſ. iur. tom.* II. *P.* I. *obſ.* 540. *p.* 253. 273. *Mo-*

SER *von der Landeshoheit in geiſtl. Sachen* p. 594. [*Nic. Thadd.* GOENNER d. *de mutuo domini territorialis et ſubditorum conſenſu ad mutandum religionis exercitium contra obſeruantiam anni normalis neceſſario et ſufficiente.* Bamb. 1789. 4. FIVSD. *Unpartheyiſche Gedanken üb. die Einführung des Simultaneums in den Osnabrückiſchen Orten Fürſtenau u. Schledehauſen und die dagegen von der Staadt Fürſtenau geführten Beſchwerden.* Frf. u. Leipz. 1788. 8. et *Nachleſe zu der Beleuchtung der Unpartheyiſchen Gedanken üb. die Einführung des Simultaneums zu Fürſtenau* ib. 1787. 8.]

§. 264. Cum omni religionis exercitio deſtitutis, quoad in republica tolerantur, *ſacra domeſtica* negari nequeant (§. 16.): haec ex *lege publica* etiam ſalua ſeruanda ſunt illis, qui publicum vel priuatum religionis ſuae exercitium *nulla anni decretorii parte* habuerunt, vel poſt pacem *ſacra mutauerunt*: quoad principi eosdem tolerare placuerit (*a*). Toleratorum haec iura in ſacris ſunt, vt 1) conſcientia libera *domeſticae deuotioni*, ſine inquiſitione aut turbatione, priuatim vacare, 2) in *vicinia*, vbi et quoties voluerint, publico religionis exercitio intereſſe, ideoque omnes actus ad hoc pertinentes ibi peragere (*), 3) *liberos ſuos* exteris ſuae religionis ſcholis aut priuatis domi praeceptoribus inſtruendos committere non prohibeantur (**). Datum vero non minus eſt I) domino territorii arbitrium eos non *tolerandi*, eisque, ſi ex republica videatur, *emigrationem iniungendi*, quam illis

illis II) seruata est *facultas*, pro maiori conscientiae libertate sua sponte *emigrandi* (*b*).

(*a*) *Inst. Pac. Osn. art.* V. §. 34. Tolerantiam eorum non praecipit Pax Westphalica: sed *qualitatem* et *iura tolerantiae* determinat, vt sit *patiens* et *Christiana*, seu quae decet *principem Christianum. Art.* V. §. 35.

( ) Strvben *rehtl. Bedenk.* T. I. resp. 40. Moser *Landeshoh. im Geistl. p.* 429.

(**) Moser l. l. p. 449.

(*b*) Huic rei tam in *Pace Religiosa*, §. 24. quam in *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 36. 37. luculenter prospectum est. Vid. *Io. Guil.* Hofmannvs de *iuribus emigrantium propter religionem.* Frf. ad Viadr. 1732. §. 14. *f.* Libera discedendi aliudque domicilium suo arbitrio eligendi facultas ceteraque *beneficia*, subditis in casu vel imperatae vel sponte susceptae emigrationis pace Westphalica data, interuertuntur *transplantatione*, nouo *oppressionum ob religionem* commento, *Legibus imp.* aduerso. Inest eidem *confinatio* et *deportatio*, cuius decernendae facultas praeterquam *ob delicta* non competit. *Io. Ad.* Ickstatt progr. de *iure expellendi et transplantandi subditos diuersam religionem amplectentes, quo quae circa emigrationes religionis causa legibus Imp. publicis constituta sunt, demonstrat.* Herbip. 1735. Conf. quae aduersus ea monuit *Io. Rud.* Engav *an ciues relig. causa emigraturi queant transplantari?* Ien. 1740. *Io. Christ.* Rvdolphi de *iure emigrandi et transmigrandi subditorum eorumque expulsione et transplantatione in genere.* Erl. 1756. [*Io Chph.* Biermann d. *de transplantatione subditorum in locum emigrationis vel expulsionis religionis causa non substituenda ad I. P. O. art. V.* §. 36. Erl. 1768. *A. W.* Gvstermann *Versuch eines vollst. Oesterreich. Staatsrechts.* (Wien 1793.) T. I. §. 207. 208.]

§. 265. Inter *Protestantes*, quatenus *duas partes* constituunt, normam religionis exercitii iuriumque inde dependentium perpetuam praestant *pacta publica* et cuiuscumque generis *Concessiones*. Ex Pace Westphalica imprimis huc pertinent pacta et concessiones, *ante Pacem conclusam* inita; quatenus a. 1648. seu tempore *pacis conclusae* adhuc in possessione

vel

vel quasi iurium inde competentium fuerunt. Quidquid aduersus ea ante *pacem conclusam* innouatum fuerat: confirmatum est, *futurae* vero *mutationes* et *innouationes* prorsus interdictae sunt: eique rei in *art. VII. inst. Pac. Osn.* prospectum est (*a*).

(*a*) Historiam huius articuli tradit *Jo. Jac.* MÜLLERVS in *entdeckten Staats - Cabinet P.* IV. *cap.* 3. *p.* 57. *et* 108. Conf. *Jo. Vlr. de* CRAMER *obs. iur. vniv.* obs. 419. §. 47. 48. 49. et *Bedenken über das gegenseitige Verhältnis der Lutherischen und Reformirten in der Graffschaft Schaumburg Lippischen Antheils von Jo. Steph.* Pütter 1790. in *Rechtsfällen tom.* III. *p.* 4. MOSER *Landeshoheit im Geistl.* B. II. c. 7. PÜTTER *Geist des Westph. Friedens. p.* 376.]

TIT. II.

DE IVRE CIRCA DOCTRINAS ECCLESIAE.

ARGVMENTVM.

§. 266. *Ratio doctrinas ecclesiae definiendi.* 267. *Ius circa illas in ecclesia Romana et Euangelica.* 268. *Cura pro conseruanda doctrinae integritate.* 269. *Ius principis circa illas.* 270. *Ius circa diuersae ecclesiae doctrinas.*

§. 266. Ad religionis exercitium pertinet primo ius circa *credenda* (§. 261.). Doctrinae fidei cum non ab hominum, sed a *S. Scripturae* auctoritate vim accipiant, non admittunt *legislatoriam* vel *iudicialem* decisionem (*a*). Admittunt tamen 1) in ecclesia

deter-

determinationem conuentionalem, ex S. Scripturae norma faciendam; iusque eas ita determinandi eſt *ius eccleſiae* (*b*): 2) inter eccleſias diuerſas inter ſe diſſidentes admittunt et exigunt *amicam* et *Chriſtianam* compoſitionem (§. 13.).

(*a*) Quid inter *deciſionem* et *determinationem doctrinae fidei* interſit, expoſuit B. Parens *in Iur. eccleſ. lib. I. tit. I.* §. 20.

(*b*) Origo *ſymbolorum* eſt a litibus doctorum de ſenſu S. Scripturae, quae definiendis fidei articulis primum locum dederunt. Antiquiſſimum fere eſt *ſymbolum Nicaenum*: nam *apoſtolicum* aetatem non attingit, quam prae ſe fert. Vtrumque vna cum *Athanaſiano* ad communia Catholicorum et Euangelicorum ſymbola pertinet. [Cf. Auctor *principior. iur. publ. eccleſ. Catholicor.* c. III. §. XVII.]

§. 267. In eccleſia Romana *credenda* reuocata ſunt ſub *imperium*, data *pontifici* vel *ſoli* vel vna *cum concilio* poteſtate doctrinas fidei *decidendi*, et conſtituta eccleſiae membrorum *ad credendum obligatione*, poenis munita (*). In eccleſia Euangelica admittitur tantum ius *determinandi* publicas doctrinas fidei, idque eſt ius *eccleſiae commune* (§. 171.) (*a*). Obligatio vero membrorum eccleſiae intuitu *publicae* doctrinae in eccleſiae determinatae deſcendit ex *vnione eccleſiae in eandem fidem* (§. 5.): nec tamen cum *libertate conſcientiae* pugnat (§. 3.) (*b*).

(*) *Principia iur. publ. eccl. Cath.* c. V. §. 10. ſ. *Ant.* Schmidt *Inſt. iur. eccl. Germ.* T. I. P. I. c. I. Sect. 1. §. 2. (ed. 3. p. 134.)

(*a*) Id ab eccleſia exercitum eſt in condendis libris ſymbolicis: de quibus vid. *Jo. Ge.* Walchii *introd. in libros ſymbol. lib. I.* [*G.* Hufeland *Ueber das Recht proteſtan-*

ſtantiſcher Fürſten unabänderliche Lehrvorſchrifften feſtzuſetzen und über ſolchen zu halten. Jena 1788. SCHNAVBERT *über Kirche u. Kirchengewalt in Anſehung des kirchl. Lehrbegrifs.* Jena 1789. ROENNBERG *über ſymboliſche Bücher in Bezug auf Staatsrecht.* Roſtock. 1789. VILLAVME *Prüfung der Roennbergiſchen Schrift.* 1791. *H. Phil. Conr.* HENKE *Beurtheilung aller Schriften, welche durch das K. Preuſs. Religionsedikt u. durch andre damit zuſammenhängende Religionsverfügung veranlaſst ſind.* Kiel 1793.)

(*b*) *Io. Vlr.* L. B. DE CRAMER *opuſc. tom. III. p.* 119.

§. 268. Cura pro conſeruanda doctrinarum fidei *integritate* eſt pars *inſpectionis eccleſiaſticae:* ſub eaque continetur 1) ſollicitudo, ne quid in eccleſia *doceatur* iis aduerſum; quo fine introducta ſunt *iuramenta religionis* (*a*): 2) *librorum*, religionem concernentium, tum legendorum tum edendorum *cenſura*: 3) cura, ne eccleſiae noceant *Doctorum controuerſiae* (*b*). Harum ſopiendarum cauſa poteſt quidem doctrina in eccleſia tradenda iure poteſtatis eccleſiaſticae determinari (*c*): ſed id omnino non expedit.

(*a*) c. 6. *D.* 23. *c.* 4. *D.* 100. *c.* 4. *X. de Elect. Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform.* c. 12. B. Parens *in I. E. lib.* 1. *tit.* 12. §. 23. 24. [*G. Lud.* MENCKE d. *de eo, quod iuris eſt circa ſubſcriptionem librorum Symbolicorum, a iure ſacrorum, inprimis Principum Euangelicorum pendente.* Viteb. 1732. *Io. Ge.* WALCHII *Einl. in die Relig. Streitigkeitt. der Luther. Kirche* P. *II.* p. 151. ſ. *Car. Godef. de* WINCKLER *de iuramento religionis.* Lipſ. 1783. 4. *Geſchichte der Religionseide.* Berlin 1787. *Ueber Proteſtantiſmus, Katholiciſmus, geheime Geſellſchaften; das Verhältniſs zwiſchen Staat- u. Religionsgeſellſchaften und den Religionseid der Proteſtanten, und Hermann Proteſtant.* Frf. u. Leipz. 1793. 8.]

(*b*) BRVNNEMANN *in iur. eccl. L.* 3. *c.* 1. §. 24.

(c) Hoc fine compofita eſt *formula Concordiae*, cuius hiſtoriam tradit *Io. Ge.* WALCH l. c. lib. I. c. 1. 7.

§. 269. *Ius principis maieſtaticum* circa doctrinas eccleſiae tum in *aduocatia* et *defenſione* earum *ciuile* tum in *inſpectione ſeculari* in easdem conſiſtit (§. 22.): ex eoque deſcendit, 1) ius cauendi, ne quid in eccleſia aduerſus iura *reipublicae* vel aduerſus *leges publicas* doceatur aut ſcribatur (*a*); 2) ius dandi vel denegandi conſenſum in *promulgationem* conſtitutionis dogmaticae (*b*); 3) ius intercedendi *controuerſiis religionis*, ne quid detrimenti ex eis respublica capiat, etiam impoſito ſilentio (*c*).

(a) *Inſtr. Pac. Osn. art. V. §. 50. Receſſ. imp. Francofurt. a.* 1577. *tit.* 35. *§.* 3. Edictum *Caroli VI. a.* 1715. *in Elect. iur. Publ. tom.* VIII. *p.* 77. *ſ.* [Cf. *Ueber Preſsfreyheit u. deren Gränzen.* (Züllichau 1787. 8.) n. VIII. p. 77. ſ. *Mich. Gottli.* BIRHKNER *über die Preſsfreyheit und ihre Geſetze.* a. d. Dän. (Kopenh. u. Leipz. 1791.) p. 123. et 129.]

(b) *van* ESPEN *de promulgatione legum P.* 2. *c.* 1. *§.* 4. *Tom.* IV. *op. p.* 67. BARTHEL *de iur. reform. ant. art.* VIII. §. 24. t. I. op. p. 215. [*Ueber das Recht des Landesfürſten im Betreff der dogmatiſchen Bullen.* Wien 1787. 8. GVSTERMANN *Verſuch eines vollſt. Oeſterreich. Staatsrechts.* §. 210. *A. I.* CAESAR *Nazionalkirchenr. Oeſterreichs* T. I. tit. II. §. 3. p. 58. et 62.]

(c) LVNIGII *ſelecta ſcripta illuſtria p.* 117. *I. Iac.* MOSERI *Staatsrecht tom.* 3. *lib.* 2. *c.* 19. §. 12. 30. [LEDDERHOSE *Heſſen-Caſſ. Kirchenr.* §. 135. SCHLEGEL *Churhannöv. Kirchenr.* p. 252.]

§. 270. Cum vtraque *Religio Catholica* et *Euangelica* per Imperium *aequali iure* fruatur

tur (§. 47. 48.): consequens eſt, vt 1) quoad competit *alterutrius religionis exercitium*, eatenus competat ius doctrinas religionis *ore* et *ſcriptis* profitendi (§. 261.). 2) Pro vtriusque ſecuritate conſtituta eſt *libertas conſcientiae* intuitu *diuerſae religionis conſortium inter ſe*, quae, *obiectiue* conſiderata, eſt *independentia doctrinarum religionis approbatae a cuiusuis alterius religionis conſortis imperio vi et coactione* (a), quaeque eſt vnicum et Chriſtianum inter diuerſae religionis conſortes *concordiae* vinculum, vti eiusdem violatio *diſcordiarum* mater eſt. 3) Diſſidia vtriusque religionis tollendi nullum aliud remedium eſt, quam *amica* et *Chriſtiana compoſitio* (b).

(a) *Pax religioſa a.* 1555. §. 15. 16. 20. 27. *Inſtr. Pac. Osn. art.* V. §. 31. 34. 48. *art.* VII. §. 1. [Vid. §. 47. not. c. *Gutachten des K. Preuſs. Departements der auswärtigen Affairen* an das *Juſtitzdepartement* bey Gelegenheit von Villaume's Beurth. von Roennberg üb. d. ſymb. Bb. abgedr. in *Roennbergs* Fortſ. 1790. n. 1. und *Villaume* l. l. Vorr. Add. Moser *von der T. Relig. Verfſſg.* B. 1. c. V.]

(b) *Pax Rel. cit.* §. 15. 25. *I. P. O. art. V.* §. 14. 25. 31. 52.

Tit. III.

DE
IVRE CIRCA LITVRGIAM IN GENERE.

ARGVMENTVM.

§. 271. Agenda *in eccleſia* continentur ſub LITVRGIA, quae eſt *determinatus modus cultum divinum externum in eccleſia celebrandi* (*a*).

(*a*) Ad totum cultum diuinum, in coetu peragendum, *liturgiae* et *miſſae* vocabulum refertur apud *veteres*, *Joſ.* Bingham *in orig. et ant. eccl. lib.* 13. *c.* 1. §. 4. *et* 8. Vtriusque verbi ſignificatum ad officium adminiſtrandi S. Euchariſtiam in ſenſu ſtricto referunt pontificii, quod tantum eſt *pars* liturgiae et miſſae, videlicet *miſſa fidelium. Euſ.* Renavdotivs *in liturgiarum orientalium collectione tom. I.* p. 169.

§. 272. *Subſtantialia* liturgiae ſunt, quae articulis fidei innituntur, *accidentalia* ſeu *adiaphora*, quae ſalua fide aliter ſe habere poſſunt. *Vtraque* 1) ad religionem pertinent (*a*): 2) cum vero adiaphora *varia ratione* determinari poſſint, diuerſitas in illis non tollit vnionem fidei et eccleſiae (*b*).

(*a*) Vbi ſermo eſt in *Pace Religioſa a.* 1555. §. 15. 20. de religione, per Auguſtanam Confeſſionem determinata, ad

ad eandem referuntur *der Augspurgischen Confession Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuche, Ordnungen, Ceremonien:* idemque ibidem §. 16. iisdem verbis de *religione Romana catholica* praedicatur. Haec sunt, quae secundum Inst. Pac. Osn. art. V. §. 48. *Augustanam Confessionem vllatenus concernere* dicuntur.

(*b*) c. 8. D. 12. c. 14. X. *de off. iud. ord.*

§. 273. Ad liturgiam pertinent I. *sacra ipsa in coetu paragenda:* eaque tum *communia* sunt, quae in communem coetus vtilitatem, tum *particularia*, quae in vtilitatem certorum ecclesiae membrorum celebrantur (*a*).

(*a*) *Guil.* Dvrandi *rituale diuinorum officiorum.* *Edm.* Martene de *antiqua ecclesiae disciplina in diuinis celebrandis officiis.* Par. 1736 - 38. tomis IV. fol. [*Jo. A.* Assemanni *Codex liturgicus Ecclesiae, in XV. libros distributus.* Romae 1749. f. *Mart.* Gerberti *principia theologiae Liturgicae.* S. Blasii 1759. 8. Pelliccia *de politia christiana primae, mediae et nouissimae aetatis.* T. I. II. III. Neap. 1777. 8. *Christi. Wilh.* Flügge *Gesch. des deutschen Kirchen- und Predigtwesens.* T. I. II. Bremen 1800.]

§. 274. II. *Determinata ratio*, sacra liturgica celebrandi: ad quam pertinet, quod liturgia pro qualitate actuum sacrorum peragenda sit 1) interueniente *ministerio pastorum*, 2) *loco*, 3) et *tempore* cultui diuino destinato, 4) secundum *ritus* et ceremonias, 5) *ordine* praestituto, 6) *quiete* et *deuote* (*a*), 7) *habitu* et *ornatu* decente, 8) *lingua* praefinita, quae est in ecclesia Romana *lingua latina* (*b*): quamquam cultus diuini ratio eam in *vernacula* exerceri postulet, prout est inter *protestantes* constitutum.

(*a*) In

(a) Inde oritur crimen *turbatorum ſacrorum*, de quo vid. *Nov.* 123; c. 31. *auth. ſed. nouo iure C. de Epiſc. et Cler.* [l. 5. C. *de his qui ad eccleſ. conf.* cf. Carpzov *prax. rer. crim.* P. I. qu. 44. n. 51. 52. 53. et ibi Boehmervm. Leyser *Med. ad Pand. ſpec.* 620. *m.* 15-18. *Ge. Jac. Fr.* Meister *princ. iur. crim.* §. 349. v. Bulow u. Hagemann *pract Erörterung.* T. I. n. VI. *J. K. F.* Schlegel *Churhannöverſches Kirchenr.* T. I. (1801.) p. 276.]

(b) [*Conc. Trident. Seſſ.* XXII. c. 8. de *Sacrif. Miſſae.*] *Io.* Bona *rer. liturg. lib.* I. *c.* 11. *p.* 216. *ſ.* *Jac.* Vsserii *hiſtoria dogmatica de ſcripturis et ſacris vernaculis cum notis Henr. Whartoni*, Lond. 1690. [Gerbert I. I. §. 31.]

§. 275. Liturgia inde vel *publica* eſt, cuius celebratio, ratione ſacrorum et modi, etiam extra coetum *per rempublicam* ſeſe exſerit: vel *priuata*, quae *intra coetum* tantum poteſt celebrari. Illa publico, haec priuato religionis exercitio annexa eſt (§. 14.).

§. 276. Ivs litvrgicvm eſt *ius determinandi liturgiam in eccleſiae ſalutem.* Originarie eſt ius *eccleſiae* proprium (*a*) (§. 8.), et pro *politia* cuiusque eccleſiae pertinet ad iura *regiminis eccleſiaſtici.* Competit ergo 1) Superioribus in eccleſia Romana (*b*) (§. 113.), et 2) Statibus Imp. Euangelicis per Eccleſiam cuiusque prouinciae (§. 170.), adſtrictum tamen ad eccleſiae conſenſum, ſi quid in liturgia innouandum (§. 171.) (*c*). E contra Princeps, *qua princeps*, deſtitutus eſt iure liturgico (§. 24.), nec id ei competit in ſa-

cra

cra diuerſae religionis (*d*), cum ne quidem *iurisdictio eccleſiaſtica*, quatenus principi diuerſae religionis ex *anno decretorio* datur, pertineat ad cauſas, *religionem* vllatenus concernentes (§. 200. 203.)

(*a*) Monente ipſo *Paulo* I. *ad Corinth.* XIV. v. vlt. eccleſiae eſt poteſtas curandi et efficiendi, vt *ſacra in coetu ordine et decenti ratione* peragantur. Conf. B. Parens in diſſ. *Prael. tom.* III. *Iur. eccl.* §. 58. *Jo. Vlr.* L. B. DE CRAMER *obſ. iur. vniv. obſ.* 419. §. 65.

(*b*) *c.* 9. *X. de celebrat. miſſ. et aliis diuinus officiis. Clem. I. eod. c.* 14. *X. de off. iudic. ord.*

(*c*) *Pax. Rel. a.* 1555. §. 15. *Jo.* SCHILTERI *inſt. iur. Can. Lib.* II. *tit.* I. §. 8. CARPZOVII *iurispr. eccl. lib.* 2. *membr.* 3. §. 3. *p.* 180. Ex praxi eccleſiae Euangelicae, inde a tempore reformationis ſeruata, *liturgia* adornata eſt ex *eccleſiae conſenſu*, et quoad maximam partem in ipſis *libris ſymbolicis*, decretis *ſynodalibus*, ordinationibus *eccleſiaſticis*. [CARPZOVII *iurisprud. conſiſt.* lib. II. def. 246. 247. Totum negotium, *reformandae liturgiae*, ait I. H. Boehmerus diſſ. I. prael. §. 45. ſaeculo XVI. magis per Theologos, quam auctoritate publica peragebatur, niſi quod principes conniuerent, omnia ſuis Theologis indulgerent, et facta eorum approbarent, quamuis de his nequidem ſemper conſulerentur. — Hodie cum emendandae liturgiae deſiderium per ſingulas fere Proteſtantium Germ. eccleſias ſeſe prodit, quid obſtet, quo minus pari fortuna res eccleſiaſtica fruatur, cum conſenſus eccleſiarum, haud quaquam a paucorum ſuperſtitione pendens, non excludatur? Promouendis hisce Theologorum noſtrorum ſtudiis egregie inſeruit *H. Ph. C.* HENKE liber menſtruus *Euſebia* inſcriptus].

(*d*) *Pax Rel. a.* 1555. §. 20. 27. *Inſt. Pac. Osn. art. V.* §. 29. 48. *Io. Vlr. de* CRAMER *l. c. obſ.* 419. §. 67.

§. 277. Iuris liturgici duae partes ſunt, 1) ius *normam liturgiae* conſtituendi, et circa eam diſponendi et diſpenſandi, 2) ius *ex conſtituta norma* liturgiam in ſingulis eccleſiis *adornandi*, et vt illa obſeruetur, curandi.

Illud

Illud ad *iura* Superiorum *reſeruata*, *hoc* ad iura *vicaria* pertinet, quae exercent conſiſtoria (§. 172.).

§. 278. Itaque I) *miniſtri eccleſiae* non modo actus ſacros ex *norma* conſtitutae liturgiae exercere (*), ſed et II) *eccleſiae membra* ſacris liturgiae *communibus* intereſſe, et ſacra *particularia* in coetu eccleſiae inſtituere tenentur, niſi *iuſta cauſa* ea ſingulis *priuatim* miniſtrari ſuadeat, quae a qualitate actus ſacri, ex aetatis et valetudinis ratione vel ex diſpenſatione deſcendit (**). Singulis eccleſiae membris fas non eſt, *ſeparatos conuentus* ſacrorum cauſa inſtituere (*a*), vel *proprium* ſacerdotem habere ad ſacra particularia celebranda, niſi illis competat *ius priuatorum ſacrorum* (§. 14.) (*b*). E contra *ſacra domeſtica* ad formam liturgicam adſtricta non ſunt (*c*).

(*) Ita tamen, vt ad formulas exempli inſtar in *agendis* priſcis propoſitas praeciſe non teneantur; modo ipſi, quid e re et auditoribus ſuis conueniens ſit, probe diſcernere queant et omnis nouandi pruritus abſit. Salubrius omnino agi cum eccleſia videmus, vbi ipſi, ad quos ſuprema harum rerum cura ſpectat modum quendam et menſuram arbitrii ſingulis permiſſi praefiniunt. Huc ſpectat *edictum ſacri ſenatus Hannouerani* d. 16. Ian. 1800. in J. C. SALFELD *Beytrr. z. Kenntniſs und Verbeſſ. d. Kirchen- und Schulweſ. in d. Br. Lüneb. Churland.* B. I. H. 1. p. 13. nec non *Neue Schleswig-Holſteiniſche Kirchenagende*. Flensb. 1798. 8. Cf. *Allgemeine Sammlung liturgiſcher Formulare der evangeliſchen Kirchen von G. F.* SEILER. Erlang. Abth. I. II. III. 4.

(**)

(**) Hinc *S. Coenae* miniſtratio nullibi, praeterquam infirmis, extra eccleſiam fieri poteſt. Circa *baptiſmum* et *benedictionem ſacerdotalem matrimonii* diſpenſationi locus eſſe ſolet, certa pecuniae ſumma a quouis abs peculiari Conſiſtorii decreto redimendae. Praeterea in plerisque territoriis eadem libertate ex priuilegio fruuntur nobiles, conſiliarii principum et gradu academico ornati. LEDDERHOSE *Heſſ. Caſſ. Kirchenr.* §. 162. 233. BOROWSKI *neue Preuſs. Kirchenregiſtratur* (Königsb. 1789.) v. *Diſpenſationem* et *Sportuln Neuverm. Corp. iur. eccl. Sax.* p. 411.

(*a*) Nov. 58. *et* 131. *c.* 8. *c.* 33. *de confecr. D.* 1. Edictum Electorale de d. 15. Mart. 1703. in tom. I. *Corp. Conſtit. Calemb. p.* 1059.

(*b*) *c. vlt. de Priuilegiis in* 6. B. Parens in diſſ. *de privatis legatorum ſacris* et in *Iur. Eccl. lib.* 3. *tit.* 37. §. 17. 42. [Huc pertinet conceſſio altaris portatilis in peregrinationibus olim paſſim data a pontifice. Vid. SCHVLTES *Geſch. Hennebergs* T. II. p. 117. not. i)].

(*c*) Nov. 58. ex qua deſumtus eſt *can.* 33. *de Confecr. D.* 1. *Vnicuique fidelium in domo ſua oratorium licet habere, miſſas autem ibi celebrare non licet.* In c. 7. D. 42. huc refertur *orandi et pſallendi cultus.* *Frid. Gottl.* STRVVIVS *de eo quod iuſtum eſt circa ſacra domeſtica.* Kil. 1730.

§. 279. *Ius ſeculare circa liturgiam*, quod ex iure imperantis *circa ſacra* deſcendit (§. 22. 23.), continet 1) ius concedendi *vſum liturgiae publicae* vel *priuatae in republica*, 2) *inſpectionem ciuilem* in liturgiam (*a*), ne quid ex ea respublica detrimenti capiat, 3) *aduocatiam eccleſiaſticam* in liturgia tuenda et promouenda, nec non in impedimentis liturgiae *in republica* remouendis (*).

(*a*) Ex hac deſcendit tantum *ius negatiuum* ſeu ius impediendi et cauendi, ne reipublicae per inſtituta liturgiae noceatur, non vero ius *poſitiuum*, ſeu conſtituendi liturgiam. Quod diſcrimen cum non obſeruauerit THOMASIV in diſſ. de *iure principis circa adiaphora* cap. 1. §. 8. errore manifeſto ipſum ius liturgicum tribuit principi, quatali. vid. GVNDLING *in iure Nat. cap.* 36. §. 98. *ſ.*

(*) *Sammlung der K. K. Landesfürſtl. Geſetze und VOO. in publico-eccleſiaſticis* von 1767.-82, und 1764-84. Wien

Wien. 1782. 84. fol. *A. I.* Caesar *Oesterreich. National. Kirchenr.* T. III. tit. 40. §. 203. f. Gustermann *Oesterr. Staatsr.* T. I. §. 204.]

Tit. IV.

DE IVRE CIRCA DIES FESTOS.

(Lib. II. Tit. IX. *de feriis.*)

ARGVMENTVM.

§. 280. *Dies festi qui et quotuplices?* 281. *Eorum celebratio.* 282. *Ius ecclesiae eos instituendi.* 283. *Ius imperantis circa illos.* 284. *Ius circa dies festos diuersae religionis consortium.* 285. *Ius Calendarii.* 286. *Vis feriarum publicarum*, 287. *et mere ecclesiasticarum.*

§. 280. Determinatio temporis, sacris communibus in coetu celebrandis statuti, pertinet ad liturgiam (§. 274.). Dies festi in sensu *generali* sunt *dies, communi cultui diuino in ecclesia celebrando destinati.* Concernunt *caussam religionis*, et vel I) celebrantur in *memoriam resurrectionis Christi*, vt *dies dominicus* (*a*), vel II) in *alium specialem finem*, et quidem vel in *memoriam specialis beneficii diuini*, vel ad *poenitentiam* promouendam, vnde vel *dies festi, in specie* sic dicti, vel dies *supplicationum* seu poenitentiales vocantur. Sunt vero dies

festi

festi ORDINARII, *qui stato die singulis annis recurrunt*, vel EXTRAORDINARII, *ex speciali videlicet causa extra ordinem certo die indicti.* Ordinarii vel IMMOBILES sunt, vel MOBILES, prout vel stato *eodem die*, vel stato *diuerso die* quotannis recurrunt.

(*a*) *De stato Christianorum die* vid. B. Parentis diss. iur. eccl. diss. 1. §. 17. *Ioach.* HILDEBRAND de *diebus festis Christianorum.* [*B. G.* EISENSCHMIDT *Gesch. der Sonn- und Festtage der Christen, nach ihrem Ursprunge und Benennungen.* Leipz. 1793. 8. KAHLER de *festis ecclesiae euangelico Lutheranae diebus et quid de eorum abrogatione et diminutione sentiendum sit.*]

§. 281. De *celebratione* dierum festorum duplex idque perantiquum est ecclesiae *praeceptum;* alterum AFFIRMATIVVM, *quod in iisdem cultui divino in coetu vacandum esse*, alterum NEGATIVVM, *quod prioris intuitu abstinendum esse iubet a determinatis negotiis secularibus*, a cultu diuino auocantibus, dilationemque admittentibus sine salutis publicae et officiorum pietatis neglectu: qualia sunt operae rusticae et mechanicae, negotiationes et negotia forensia (*a*). *Vacatio a praedictis negotiis secularibus lege constituta* FERIARVM nomine ven[...]. *Feriae* itaque sunt propter *festum*, et hoc [...]do *sa*, et feriae eius *effectus* sunt. [...] *fidei* ad-

(*a*) *c.* 62, 64. 65. 66. *de Consecr. D.* 1. *c.* 1. 3. *X.* [...]*riis*, *Anaclet* REIFFENSTVEL in *Iur. Can. lib.* 2. *tit* 1. *n.* 16. CARPZOV *iurispr. eccl. lib.* 2. *dec.* 251. B. *in iure Parochiali, Sect. IV, c.* 1. §. 4. Consentiun[...]

nationes ecclesiasticae. Specialis constitutio in terris Brunsuico-Luneburgicis extat in *Corp. Const. Calemb. t.* 1. *p.* 416. Religiosae diei festi obseruantiae causa introductus est cultus *Vesperae;* ex eoque computatio diei festi *a Vespera ad Vesperam* inualuit, *consuetudine* tamen determinata c. 1. 2. X. *de feriis. Frid. Gottl.* STRVVIVS *de eo quod iustum est circa Vesperam sanctam.*

§. 282. Ius *dies festos instituendi* est ius determinandi tum ipsos *dies festos,* tum cultum in illis habendum, ideoque est pars *iuris liturgici* (§. 276.) Est ergo *ius ecclesiae,* et *annexum* religionis exercitii (*a*): ideoque pro *cuiusque ecclesiae politia* est penes eiusdem Superiorem (*b*). Ceterum ex iure eosdem instituendi descendit etiam ius eosdem *transferendi,* et *obrogandi,* et circa eosdem *dispensandi* (*c*).

(*a*) Conf. *Reichs - Fama P.* VII. *c.* 8. *p.* 161.

(*b*) c. 5. *X. de feriis.* c. 1. *de Consecr. D.* 3. *Aug.* BARBOSA *de officio et pot. episcopi* P. III. *alleg.* 105. *Henr.* LINCK de *iure episcopali* cap. 15. n. 62. Tempore reformationis, politia ecclesiae nondum constituta, ius ordinandi dies festos relictum est *parochis. Augustana Confessio art. XXVIII.*

(*c*) *Petr.* GIBERT in *corp. iur. Can. tom II. p.* 364.

§. 283. Ex *iure principis circa sacra* et *circa liturgica* (§ 279.) non descendit ius dies fevelos in ecclesia *instituendi* (*a*): sed tantum in *me*us celebrationem dierum festorum in re*nitentia*ica vi *aduocatiae ecclesiasticae* tuendi, fe*in specilege publica* muniendi, *impedimenta liturpoenit*in iisdem in republica remouendi (§.

279.)

279.) (*b*); 2) ius profpiciendi, ne reipublicae ex nimia feftorum multitudine noceatur (*); 3) ius ob beneficia diuina, *principi* et *reipubicae* collata, dies feftos decernendi (*c*), quamvis quae ad *facra* in his *ordinanda* pertinent, relinquenda fint his, ad quorum curam fpectant.

(*a*) Auditum nondum eft, Chriftianorum in gentilium regionibus facra et fefta ab imperatore Turcarum, vel Iudaeorum fefta ab imperante Chriftiano ordinata effe, praeceptasque illis effe ferias.

(*b*) REIFFENSTVEL *l. c. n.* 15. *tom.* II. *p.* 85. Imperatoribus ad facra Chriftianorum transeuntibus, diei *dominici* et *dierum feftorum* celebratio lege publica poenisque munita, et feriae *publicae* conftitutae funt. *L.* 3. 7. 11. *C. de feriis* *L.* 2. *Cod. Theod. de feriis.*

(*) CAESAR *Oefterr. Nationalkirchenr.* T. II. p. 43. *Phil. Iac.* HVTH *de eo, quod circa ferias facras inftituendas abolendasque iuftum eft.* Ingolft. 1770. In eo exercendo tamen pro territoriorum Proteftantium ratione non raro confenfu ftatuum prouincialium opus eft. *Neuvermehrtes und vollft. Corp. iur. eccl. Sax. p.* 344. LEDDERHOSE *Heff. Caff. Kirchenr.* §. 116. not. 1.

(*c*) *Profp.* FAGNANVS *l. c. ad c.* 5. *X. de feriis n.* 36. *et* 76.

§. 284. Nec alia Principi, *qua tali*, in Germania competunt circa dies feftos, intuitu fubditorum *diverfae religionis* (*a*), quam quae ex iure circa facra defcendunt. Sola vera obferuantia *anni decretorii* normam praeftat iurium circa eorum *indictionem*; modo eius occafione nihil praecipiatur, quod *fidei confeffionem* concernit, vel *confcientiae* fit aduerfum (*b*).

(*a*)

(a) *Pax relig.* a. 1555. §. 15. et 16. *Inst. Pac. Osn.* art. V. 29. in f. HENNIGES in meditat. ad Instr. Pac. p. 722. Erudite et ex norma legum de his disputat *Dav. Ge.* STRVBEN *Von dem Recht der unter Cathol. Landes-Obrigkeit gesessenen Euangel. Unterthanen Festtage anzuordnen, und besonders das Osterfest mit ihren Glaubensverwandten nach den in d. Euangel. Ländern eingeführten verbesserten Calender zu halten* in *Nebenstunden* obs. XVI. tom. III. p. 266. f. ex quibus confutari possunt, quae pro iure territoriali in feriis *diuersae ecclesiae* ordinandis, quale tamen principi Catholico inter *suae religionis subditos* ipsi abnegant, exponunt *Io. Henr.* BOCRISIVS *de potestate Statuum imp. subditis suis diuersae religionis indicendi ferias* (Bamb. 1748.) §. 16. f. et *Ge. Christ.* NELLER de *feriis* P. I. §. 6. [Vterque in *Thes. Schmidtiano* T. VI. Add. BVININCK *ohnpartheyische Prüfung der Erörterung der Frage ob ein Protestantischer Landesherr seine Catholische Unterthanen zur Mitfeyerung der für seine Religionsverwandten bestimmten Buss- Bet- und sonstige Feyertage anhalten könne.* 1753. et *Ant.* SCHMIDT in *instit. iur. eccl. Germ.* nec non ex altera parte CRAMERVM *Obs.* T. I. ob. 419.]

(b) *Inst. Pac. Osn.* art. V. §. 48.

§. 285. *Determinatio temporis* festorum celebrandorum fit ex *principiis religionis* (§. 280.) iisque maxime, quae agnita sunt in *Concilio Nicaeno* circa festum *paschatos* (a). Quatenus illa *Calendario* inseritur, *huiusque partem constituit*, eatenus pertinet *ius Calendarii* ad iura ecclesiae et ecclesiasticae potestatis (*). Cum de *Calendario Iuliano emendando* ageretur, I) hanc causam, quae *totius ecclesiae Romanae* esse videbatur, solus egit Gregorius XIII. proposito Calendario *Gregoriano* (b). II) Eadem fuit *communis causa Ecclesiae Euangelicae Germanicae*, quam egit *Corpus Euangelicum*, Calendario *Iuliano emendato* pro regula dierum festorum proposito (c), et in eccle-

siis

ſiis cuiusque territorii Euangelici iure poteſtatis eccleſiaſticae recepto. Itaque et eccleſiis Euangelicis, ſub principe Catholico conſtitutis, quibus vi *obſeruantiae anni decretorii* dies feſtos ex Calendario Iuliano adornandi ius competiit, eosdem ex *Iuliano emendato* inſtituendi ius eſt (*d*). Placuit tandem III) anno 1776 libera et mutua Corporis Euangelici et Statuum imp. Catholicorum conventione, annuente Imperatore, tollere vtriusque calendarii diſcrimina, propoſito calendario ſub nomine *Calendarii imperii* (*e*).

(*a*) *Ch. W. Fr.* WALCHII *explicatio Decreti Nicaeni de Paſhate* in Nouis Comm. Soc. ſcient Gotting. tom I. P. II. p. 11. [*Chph. Frid.* SCHOTT d. I. II. quibus *momentum conſtitutionis Nicaenae de tempore celebrandi Paſchatis expenditur* Tub. 1770.] De more antiquo feſta in Calendariis publici vſus cauſas annotandi vid. *Concilium Rauennatenſi* de a. 1311. c. 10. apud HARDVINVM tom. VII. Concil. p. 1365. BOCRISIVS l. c. §. 3.

(*) *I. H.* BOEHMERS *gründl. Unterſuchung: ob u. wie weit die Reformation der Calender zu der geiſtl. od. weltl. Oberbothmäſigkeit zu referiren ſey?* in SCHOTT *iuriſt. Wochenblatt. Jahrg.* III. n. 27. 462. ſ.

(*b*) Propoſitum eſt per bullam de VI. Cal. Mart. a. 1582. [CHERVBINI *Bullar. M. T. II. n.* 74.] in LVNIGII *Spicilegio eccleſiaſt.* P. I. p. 522. et in Germania a ſingulis Statibus Catholicis ſucceſſiue introductum eſt. [BRVNNEMANN *de iure vndecim dierum Calendario ſubtractorum*, rec. 1746. *Io. Frid.* WEIDLER d. *de diſſenſu emendatae temporum formae ſtatuum Germ. Proteſtantium a Calendario Gregoriano.* Viteb. 1723. *Chr. Car.* KRESS *de* KRESSENSTEIN *de eo, quod iuſtum eſt circa diuerſam paſchatis celebrationem.* 1744.]

(*c*) vi *Concluſi Corporis Euangelici* d. 30. Sept. 1699. Hiſtoriam eius plene tradit *Io. Iac.* MOSERVS *von den T. Rtags Geſchäften*, in *Staatsrecht* tom. III. lib. 2. c. 38. Progreſſu temporis libero conſenſu adoptatum eſt ab exteris Regnis et Rebuspublicis, Euangelicae religioni addictis.

(*d*) Vid. *Dav. Ge.* STRYKEN *Nebenſt. tom.* III. *obſ.* 16. §. 5. *p.* 284.

(*e*) per *Conclusum Stat. Imp.* d. 29. Ian. 1776. et *Ratihabitionem Caesaream* de *d.* 13. *Iun. cit. an.* [in *Neueste Staatsbegebenheiten mit hist. und polit. Anmerkungen.* Jahrg. II St. I. et. 7. *Acta hist. eccles. nostri temp.* T. XXI. n. I. *Documente betr. die Einführung eines allg. Kalenders im. R. Reich.* 1777.]

§. 286. *Feriae diuinae* vel MERE ECCLESIASTICAE sunt, *quae a sola ecclesia constituuntur, vel* PVBLICAE, *quae simul lege publica* seculari *muniuntur*, additis poenis remotisque omnibus liturgiae in republica impedimentis. Cum *publicae* vtraque potestate ciuili et ecclesiastica praecipiantur: 1) *cognitio de earum violatione,* quae committitur susceptis operis interdictis, vel *mixti fori*, vel, prout fert obseruantia, iudicis *secularis* est (*a*): 2) eodem iure censetur *venia* ad operas interdictas ex vtilitatis causa in iisdem obeundas, vel a *seculari magistratu*, vel huius interueniente consensu a *iudice ecclesiastico* danda (*b*); 3) vacatio a *forensibus* negotiis *publica* est, ideoque *iudicium* ne ex *litigantium* quidem *consensu* haberi potest, actusque cum *causae cognitione* coniuncti, quales sunt actus iurisdictionis vel *contentiosae* vel *voluntariae mixtae*, in iisdem suscepti, *ipso iure nulli* sunt (*c*), permissis tantum actibus *iurisdictionis voluntariae merae*, vel *moram* non ferentibus (*d*).

(*a*) REIFFENSTVEL l. c. lib. 2. tit. 6. §. 1. n. 14. p. 85. ESPENII *ius eccl.* P. II. S. 2. tit. 2. c. vlt. §. 21. tom. I. nouae ed. p. 656. [LEDDERHOSE *Hessen-Cass. Kirchenr.* §. 126.]

(*b*) *van* Espen l. c. §. 16. f. Inter Proteſtantes variant Ordinationes et obſeruantiae. Secundum *Ord. Sax. Elect.* permiſſio a Parocho et magiſtratu loci impetranda eſt. Carpzov *iurispr. eccl.* P. II. dec. 251. n. 11.

(*c*) *c.* 1. 5. *X. de feriis.* [*l.* 2. 7. *et vlt. C. eod.* Müller *de inualiditate actuum voluntariae iurisdictionis in feriis diuinis celebratorum.* Gieſſ. 1741.]

(*d*) *L.* 2. 8. *C. de feriis.*

§. 287 Feriae *mere eccleſiaſticae* non minus cauſam *religionis* ac *conſcientiae* concernunt (§. 281.): cuius conſequens eſt, vt 1) nihil, *iisdem aduerſum*, iniungi poſſit ſubditis diuerſae religionis (*a*), neque 2) hi in illis vocari poſſint in *iudicium* ad cauſas forenſes vel agendas (*b*) vel iudicandas.

(*a*) *Pax rel.* 1555. §. 15. 16. 20. *I. P. O. art. V.* 29. 31. 48.

(*b*) Ne *Iudaei* quidem in feſtiuitatibus et ſabbatis ſuis ad corporalia munia obeunda vel ob cauſam publicam priuatamque *in ius vocari* poſſunt *L.* 2. *C. de Iudaeis.* Lauterbach in diſſ. *de feriis* §. 12. *I. H.* Boehmer *Ius eccl. Proteſt.* lib. II. tit. IX. §. 11. p. 1082. Vt plurimum etiam haec libertas pactis confirmata eſt. Ledderhose l. l. §. 122.]

P Tit.

TIT. V.

DE
IVRE CIRCA CONCIONES ET PRECES.

ARGVMENTVM.

§. 288. *Concionum ratio.* 289. *Ius liturgicum circa illas.* 290. *Ius circa preces.* 291. *Officium diuinum in specie sic dictum.* 292. *Ius exigendi preces publicas.* 293. *Ius maiestaticum circa conciones et preces.*

§. 288. Sequuntur iura circa *ipſos actus ſacros*, tum illos, qui ad liturgiam pertinent *in coetu*, tum ad eos, qui peragi poſſunt *extra coetum.* Liturgiae partem faciunt *conciones*, quas ita comparatas eſſe oportet, vt ad coetum in credendis et agendis inſtruendum et ad virtutes Chriſtianas perpetuo excitandum tendant.

(*) *Aug. a* BALTHASAR *ius eccleſ. paſt.* T. I. p. 329. *Ph. H.* SCHVLER *Geſch. des Deutſchen Predigtweſen* T. I-III. Halle 1794. *Chriſti. Wilh.* FLÜGGE *Geſch. des Deutſchen Kirchen- u. Predigtweſens.* T. I. et T. II. p. 304.

§. 289. Ius *eccleſiae* circa *conciones* eſt pars *iuris liturgici*, et verſatur tum in concedenda *facultate habendi conciones*, quae inde vel vi officii ſacri, vel vi ſpecialis conceſſionis competit (*a*); tum in *definiendis* his, quae *modum habendi conciones* concernunt. Eodem

dem iure reguntur *denunciationes* ex ſuggeſtu faciendae, quae ſunt *annexa concionum* (*b*). *Iure liturgico deſtitutus*, v. c. patronus, ſtatuere de his non poteſt, quae liturgiam concionum concernunt.

(*a*) c. 20. *de Conſecr.* D. 4. c. 12. 14. *X. de haereticis* c. 10. *X. de poenitent. et remiſſ.* *Casp.* Ziegler. *de Epiſcopis lib.* 3. c. 3. Carpzov. *iurispr. eccl.* lib. 2. dec. 256. 257. 258. Espen. *iur. eccl. Lib. I. P. I. tit.* 3. *c.* 4. *Concil. Trident. ſeſſ. V. de reform. c.* 3. [Circa conciones exercitii cauſa a ſtudioſis vel Candidatis habendas in ſingulis fere territoriis prouiſum eſt, ne ſuggeſtus illis aperiatur abs ſpeciali conceſſione ſuperintendentis et teſtimonio ſuper examine praeuio ſ. *tentamine* impetrando. *Neuverm. Corp. iur. eccl. Sax.* p. 20. 379. Ledderhose *Heſſen - Caſſ. Kirchenr.* §. 131.]

(*b*) Carpzov *l. c. lib.* I. *def.* 69. 70. Schilteri *inſt. iur. Can. lib.* 2. *tit.* 1. §. 24. [Plathner *oeconomia iur. Conſiſt.* p. 116. Cf. *Neuverm. Corp. iur. eccl. Sax. p.* 19. 299. et in eiusd. *Continuatione* paſſim. Matthiae *Schleswig-Hollſt. Kirchenverfaſſ.* T. I. p. 161. Borowski *neue Preuſs. Kirchenregiſtratur* v. *Publicationen.* Ledderhose *Heſſ. Caſſ. Kirchenr.* §. 137-39. *Proclamationes* ex norma eccleſiaſtica faciendae, *preces*, commendationes et ſignificationes cuiuscunque generis in priuatorum commodum ſpectantes certo pretio redimi debent, de quo vbique legibus cautum eſſe ſolet. Ledderhose §. 140. Borowski l. l.]

§. 290. Ius conſtituendi ea, quae cultum diuinum, per *preces hymnosque* in coetu peragendum, concernunt, non minus pertinet ad *ius liturgicum* (*). Hoc iure tum 1) praeſcribuntur *hymni publici* et formulae *precum publicarum*, promulgatis libris hymnorum et precationum, tum 2) indicuntur *horae precatoriae*, tum vero 3) *ritus* et *ſolennia* eorumdem definiuntur **).

 (*) Adeo-

(*) Adeoque nulla in his Consistoriorum potestas, et si quid innouandum venit, consensu ecclesiae opus est (§. 276.) *Ioh. Heinr.* FRICKE *Abh. zu dem Protestant. Kirchenrecht, bey Gelegenheit der Streitigkeiten üb. das Mecklenb. Schwerinsche Gesangbuch.* Rost. u. Leip. 1773. 8.

(**) FLÜGGE l. l. t. 2. p. 287. f. LEDDERHOSE l. l. §. 142. 143.

§. 291. Natum inde est officium, quod *precibus ex norma praescripta stato tempore recitandis* Deo exhibetur. Vocatur in sensu speciali DIVINVM OFFICIVM (*a*), eoque clerici in genere, speciatim vero *Canonici* et *religiosi* statis horis obstringuntur (*b*). *Publicum* est, quod in ecclesia persolvitur (*): *priuatum* est, quod extra ecclesiam privatim recitatur (*c*); admissum in subsidium, vbi quis publico interesse impeditur.

(*a*) c. 13. 14. 15. 24. de Consecr. D. 5. Iam ineunte seculo V. ipsas *preces* decantandas vocatas esse *officia diuina*, notat *Petr.* GIBERT *in corp. iur. Can. Part. II. p.* 327.

(*b*) *c.* 9. *D.* 92. *c.* 1. *et* 9. *X. de Celebrat. missae Clem. I. eod.*

(*) in *choro* obeundum: vulgari nomine *Horarum Canonicarum* venit. *Steph.* DVRAND. de *antiquis eccl. tit.* l. I. c. 1. De earum origine cf. THOMASSINVS *vet. et. noua eccl. discipl.* P. I. l. II. c. 17. f.

(c) c. 54. *de Consecr. D.* 1. *c.* 2. *D.* 91.

§. 292. Ius *exigendi pro se nominatim totius coetus per preces publicas intercessionem*, est *ius singulare* et honorificum in ecclesia. 1) Ex *reuerentia imperii* debetur tum *imperatori* per totum imperium, tum *domino territorii* pro se

ſe ſuaque familia, etiamſi tantum in poſſeſſione iurium territorialium ſit (*), 2) ex *ſimplici reuerentia* patronis et dominis iurisdictionalibus; 3) *iuxta obſeruantiam* membris eccleſiae, id ex cauſa petentibus (*a*).

(*) Ex *reuerentia primatus* in eccleſia Catholica debetur. S. Pontifici.

(*a*) *I. Tim. II.* 1. 2. CARPZOV *iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 259. 260. *Casp.* ZIEGLER de *iur. maieſt. lib.* I. c. 17. §. 4. B. Parens in diſſ. de *iure precum publicarum*, *et in iure eccleſ. lib.* III. *tit.* II. §. 68. 76. 79. 80. [BRVNNEMANN *Ius eccl.* l. I. c. 1. m. VI. add. ed. 2. p 210.). Contra abuſum titulorum a patronis, dominis iurisdictionalibus nec non magiſtratibus municipiorum introductum tendit *Mandat. Elect. Sax.* de a 1710. *Neuverm. Corp. iur. eccl. Sax.* p. 456.]

§. 293. Ex *iure circa ſacra* deſcendit ius principis circa *conciones*, *preces hymnosue*: eoque pertinet 1) ius inſtituta eccleſiaſtica *circa illas* iure *aduccatiae* promouendi (*a*), 2) ius exigendi preces publicas pro cauſa, *rempublicam* concernente: 3) ius *prouidendi*, ne quid in iis proponatur *ſaluti publicae* aduerſum. Cautum inde legibus imp. ne per conciones ciues excitentur ad *ſeditionem* vel ad *contemtum* erga magiſtratum (*b*), neue illis impugnentur *paces publicae religioſae* (*c*), vel *alterius religionis* conſortes *iniuriis* et *deſpicatui* exponantur (*d*), vel cuiquam priuato iisdem fiat *iniuria* (*e*).

(*a*) Exemplum eſt in *Receſſu Imp. a.* 1544. §. 58.
(*b*) *Rec Imp. de a.* 1529. §. 8.

(*c*)

(c) I. P. O. art. V. §. 50.

(d) I. P. O. art. V. §. 35. *Gottl. Sam.* TREVERI *Pflicht eines Evangelischen Lehrers nach den Reichsgesetzen.* *Tob. Iac.* REINHARDT *de clerico per abusum pastoralis officii leg. imp. et tranquillit. publ. violante.* [MOSER *T. Relig. Verfass. B.* III. *c.* 10. *p.* 814.]

(e) CARPZOV. *l. c. lib.* 1. *def.* 66. *lib.* 3. *def.* 102. 103. WERNHERI *Ius eccl. c.* 3. §. 11. *c.* 8. §. 8. [DEDEKENN. *iud. Theol.* T. I. p. 864. CARPZOV *Prax. Crim.* P. II. Qu. 96. n. 19. *Aug. a* BALTHASAR *ius eccl. past.* T. I. p. 324. *Ahasv.* FRITSCH *Bedenken von anzüglichen u. ehrenrührigen Predigten* in *Opusc.* T. I. P. II. n. 5.]

TIT. VI.

DE IVRE CIRCA SACRAMENTA.

ARGVMENTVM.

§. 294. *Limites iuris ecclesiae circa sacramenta.* 295. *Potestas ea administrandi.* 296. *Exclusio ab eorum perceptione.*

§. 294. Quae in Sacramentis ex *praecepto* et *instituto Christi* pendent, ad eorum *substantialia* pertinent. *Naturalia* eorum sunt, quae *iure liturgico* de eis constituuntur; quorsum pertinent, quae illorum *solennia*, *adminastrationem*, et *perceptionem* respiciunt (a).

(a) *Petr.* GIBERT *corp. iur. Can. P.* IV. *praef. p.* 1. *Fr. Wilh.* TAFINGER *de iure principis circa ecclesiam eiusque ministros in genere et Sacramenta in specie.* [PERTSCH *elem. iur. Can.* §. 626. 627. 628. 632.]

§. 295. Facultas ſacramenta adminiſtrandi in genere auctoritate eccleſiae confertur per ordinationem, et ad *iura ordinis* pertinet (§. 103.). *Legitima* eius *functio* in certa eccleſia vel vi *collati officii paſtoralis* vel vi *ſpecialis conceſſionis* competit (*a*): et per conſtitutiones *eccleſiaſticas* et *liturgicas* determinatur (*). Ceterum praeter legitimam functionem, quae fit auctoritate eccleſiae, et qua ipſo facto declaratur *legitima* intentio, ad vim ſacramenti non deſideratur *priuata* intentio miniſtrantis: quamquam alio ſenſu intentio agentis deſideretur ad excludendum actum profanum et iocoſum, publicae poenae ſubiectum (*b*).

(*a*) *c.* 12. *X. de poenitent. et remiſſ.*

(*) Nec tamen illegitima eſt adminiſtratio a laicis in caſu neceſſitatis facta (§. 300.) *I. H.* Boehmer *de iure laicorum ſacerdotali.*

(*b*) Wernher *princip. iur. eccl. Prot. cap. V. §.* 16. *cap.* VII. §. 21. Carpzov *prax. crim. qu.* 45. *n.* 96. *ſeq. et in iurispr. for. P.* IV. *Conſt.* I. *def. p.* 10. *n.* 2. 5. [Eccleſiae Romanae ea doctrina eſt, propoſita in Conc. Florentino, vt *omnia Sacramenta tribus perficiantur, videlicet rebus, tanquam* materia; *verbis, tanquam* forma, *et perſona miniſtri, conferentis Sacramenta* cum intentione *faciendi, quod facit eccleſia.* Acceſſit ei auctoritas Conc. Tridentini, Seſſ. VII. c. II. *de ſacram. in gen. Si quis dixerit, in miniſtris, dum Sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit eccleſia, anathema ſit.*]

§. 296. *Excluſio* membrorum eccleſiae *ab vſu Sacramentorum* eorumque, quae cum

his

his *connexa* ſunt, eſt *excommunicatio minor* (*a*). Quae cum priuationem beneficiorum ſpiritualium communium in eccleſia contineat: 1) non niſi iure *poteſtatis eccleſiaſticae* ex *iuſta cauſa* decerni poteſt, ideoque merito referenda eſt ad *iudicia eccleſiaſtica*, nec 2) ius illam decernendi *miniſtris eccleſiae* competit, niſi quatenus iisdem eſt *commiſſum* (*b*). *Iniuſta* eſt excommunicatio minor, *die Sacraments-Sperre*, quae adhibetur in remedium executionis in *praeſtationibus* exigendis. Ad ius circa ſacra pertinet ius, efficaciter proſpiciendi, ne quid detrimenti ex eius abuſu capiat reſpublica (*c*).

(*a*) c. 59. *X. de ſentent. excommunicat.* c. *ult.* X. *de clerico excommunic.* Veteri eccleſiae incognita fuit, et circa ſec. XIII. introducta eſt; hodie in eccleſia Romana rarius vſitata. ESPENIVS in *iur. eccl. P. III. tit.* 11. *c.* 3. §. 19. *ſ. tom. II. p.* 370. [PERTSCH *Recht des Kirchenbannes.* Wolfenb. 1738.]

(*b*) Ordinationes eccleſiaſticas recenſent THOMASIVS in not. ad *Lancellotti inſt. iur. Can. lib.* 2. *tit.* 6. §. 5. *not.* 218. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 41. §. 55. 56. 57. [PERTSCH l. c. c. 13. LYNCKER *de eo quod iuſtum eſt circa S. Coenam* c. II. §. 7. MEVIVS deciſ. P. VII. dec. 88. *Churf. Auguſt zu Sachſen Generalartikel* n. X. in *Neuverm. Corp. iur. eccl. Sax. p.* 37. BALTHASAR *ius eccleſ. paſt. T. I.* p. 408. LEDDERHOSE *Heſſen Caſſ. Kirchenr.* §. 157. 182.]

(*c*) L. B. *de* KREITMAIER in *comment. ad Cod. Bauariae* p. 16. [CAESAR *Nazionalkirchenrecht Oeſterreichs.* T. V. tit. 39. n. 231.]

TIT.

Tit. VII.

DE IVRE CIRCA BAPTISMVM.

(Lib. III. Tit. 42. *de Baptismo.*)

ARGVMENTVM.

§. 297. *Baptiſmi indoles.* 298. *Baptizandi tam infantes, quam adulti.* 299. *Obligatio parentum in offerendis liberis.* 300. *Ius dandi baptiſmum.* 301. *Modus eum conferendi.* 302. *Vſus patrinorum.* 303. *Probatio baptiſmi.* 304. *Eius interdicta iteratio.* 305. *Effectus baptiſmi.* 306. *Effectus ſpurii.* 307. *Confirmatio baptizatorum.*

§. 297. Baptismvs conſideratur tamquam *ſacramentum*, et tamquam *ritus ſacer*, quo quis recipitur in *eccleſiae* Chriſtianae *communionem* (*a*). Ad *ſubſtantialia* eius pertinet tum *materia*, quae eſt aqua vera et naturalis, ad abluendum ſaltem caput hominis adhibita, tum *forma*, ſeruatis verbis a Chriſto praeſcriptis (*b*). *Naturalia* eius ſunt determinationes lege eccleſiaſtica factae: cuiusmodi concernunt eius *ritualia* eiusque *rectam adminiſtrationem.*

(*a*) Jo. Laur. de Mosheim *Kirchenrecht der Proteſtanten Sect. II.* §. 3. p. 245. [Bingham *Origg. eccl.* T. IV. *Guil.* Wall *hiſtoria baptiſmi infantum* T. I. II. ex autogr. angl. lat. conv. a *Io. Lud.* Schlosser. Bremae 1748. 4. Cf. Flügge *Geſch. d. Deutſch. Kirchen - und Predigtweſen.* T. II. p. 18. f.]

(*b*) *Matth.* *XVIII.* 19. c. 1. *et* 5. *X. de baptiſmo eiusque effectu.* c. 1. §. 4. *X. de ſumm. Trinit. Andr.* SCHMIDT *de baptiſmo per arenam.*

§. 298. Cum hoc ſymbolo quis recipiatur in eccleſiam: baptizandi ſunt omnes tam *adulti*, ad religionem tranſeuntes (*a*), quam *infantes Chriſtianorum*, modo nati ſint *viui* et quidem in forma humana (*b*). Adultos vero fide Chriſtiana ſatis inſtructos eſſe oportet: eoque nomine deſideratur ſcrutinium et *ſuperioris* decretum (*c*).

(*a*) c. 3. *X. de bapt.* c. 1. §. 4. *X. de Sum. Trinit. Auguſt. Conf. art.* 9.

(*b*) c. 114. 115. *de Conſecr. D.* 4. *Nic. Chriſt.* LYNCKER de *baptiſmo* c. 1. §. 4. WERNHER *princ. iur. eccl.* c. *V.* §. 28. 29.

(*c*) c. 3. *et* 5. *D.* 45. c. 9. *X. de Iudaeis* c. 3. *h. t.* Diſciplinam antiquam circa *catechumenos* explicat *Joſ.* BINGHAM *orig. eccl. lib.* 11. c. 5. *Andr.* BEYER *in addit. ad Carpzouium lib.* 2. *def.* 267.

§. 299. Cum ex lege eccleſiaſtica baptizandi ſint infantes Chriſtianorum: *parentes Chriſtiani*, liberos a prima aetate ſine mora baptiſmo offerre obligantur (*a*): iisdem vero *contumacibus* et fruſtra admonitis, liberis eorum *iudicio eccleſiaſtico* baptiſmus decernitur. *Parentes infideles* nec cogi ad liberos baptiſmo offerendos, nec iisdem liberi auferri poſſunt (*b*).

(*a*) *Rec. Imp.* 1529. §. 6. *Auguſt* BALTHASAR *de iure circa baptiſmum.* Gryphisw. 1742. c. II. §. 10. p. 66. WERNHERVS l. c. c. V. §. 24. [LEDDERHOSE l. l. §. 158. MATTHIAE l. c. p. 121. HARTMANN *Geſſ. d. Herz. Wirtembergs* T. II. (*Kirchengeſeſſ.* T. I.) §. 335. 343.]

(*b*) *c.* 3. *X. in f. de bapt. Religionis Chriſtianae contrarium eſt, vt ſemper inuitus et penitus contradicens ad recipiendam et ſeruandam Chriſtianitatem aliquis compellatur.* Contrariam *Zaſii* ſententiam confutat B. Parens in *iur. eccl. lib. III. tit.* 31. §. 46.

§. 300. Ius *dandi baptiſmum*, eccleſiae a Chriſto datum, continetur ſub *miniſterii* poteſtate (*a*): in *caſu neceſſitatis* vero eſt commune ius Chriſtianorum ſine ſexus et ſtatus diſcrimine (*b*) Ex politia eccleſiae adſtrictum eſt ad *Parochiam*. Parochus competens *intuitu infantum* aeſtimatur ex *perſona parentum*. Parentibus vero diuerſae religionis, parochiae quippe non ſubiectis, integrum eſt, liberos etiam *in vicinia paſtoribus ſuae religionis* offerre baptizandos (*c*).

(*a*) c. 7. C. 30. *qu.* 1. c. 4. C. 30. *qu.* 3. c. 21. 24. 36. *de Conſecr. D.* 4. TERTVLLIANVS *de bapt.* c. 4. *H.* DODWELLVS *de iure laicorum ſacerdotali. Henr. Chriſt.* LYNCKER *de baptiſmo* c. 7. §. 11.

(*b*) c. 21. et 36. D. 4. *de conſecrat. Ord. eccl. Sax. tit. von der Taufe* p. 141. *Ord. eccl. Brunſv. D. Iulii tom. I. Conſt. Calemb. p.* 143. [*von* ROHR *Churſächſ. Kirchenr.* p. 820. *Aug. a* BALTHASAR *de iure principis circa baptiſm.* p. 39. HARTMANN *Geſſ. des Herz. Wirtembergs.* T. II. (*Kirchengeſſ.* T. I.) §. 372. ſ. Nititur hic mos opinione abſolutae neceſſitatis baptiſmi ad ſalutem aeternam conſequendam, fundamento plane deſtituta. Hinc merito illam reſpuit CALVINUS *inſtit. rel. chriſt. l. IV.* c. 15. nec hodie apud *Reformatos* laico cuiquam, etiam in caſu ſummae neceſſitatis, baptiſmum conferre licet. Vid. *Heſſ. KirchenO.* de a. 1657. c. 8. §. 3. LEDDERHOSE l. l. §. 161.]

§. 301. Baptiſmus conferendus eſt tum 1) ſeruata *materia* et *forma*, tum 2) ſecundum *ritus*, lege et obſeruantia eccleſiaſtica definitos

tos (*a*). *Omissis substantialibus*, nullus est, non vero *ritualibus neglectis* (*b*). Est inde vel *solennis*, in quo tam *substantialia*, quam *ritualia* interueniunt, vel *minus solennis*, in quo substantialia tantum seruata sunt, qualis admittitur in *casu necessitatis* (§. 300.). Cum ergo pertineat ad sacra *liturgica*: ex regula peragendus est *in ecclesia* (*c*) (§. 273.).

(*a*) Forma solennis baptismi ex *Lutheri* libello *de baptizandis infantibus* repetita est fere in omnibus *ordinationibus eccl.* et *Agendis*. De variis eius ritibus scripserunt *Barn.* BRISSONIVS de *Vetustis baptismi ritibus*, I. HILDEBRAND in *rituali baptismi veteris*, *Cas.* CALVOER in *rituali ecclesiastico* P. *I. lib. I. Sect.* 2. c. 6. *August* BALTHASAR *de iure circa baptismum cap. III.* [ID. *in iure eccl. past.* T. II. p. 173. Breuiter eos recenset PERTSCH in *elem. iur. can.* §. 640.]

(*b*) c. 1. 5. X. *h. t.* c. 24. 32. 83. 109. *de Consecr. D.* 4. [*Frid. Gottl.* STRUVII *introd. ad praxin iur. can. Jen.* 1714. lib. III. tit. 42. qu. 3. DEDEKENNI *Consil. Theol. Append. p.* 389. *von* ROHR *Chursächs. Kirchenr. p.* 818.]

(*c*) *Clem. vn. h. t. Ord. eccl. Sax. art. gen. VI.* §. 1. B. Parens in *iure paroch. S. IV.* c. 1. §. 28.

§. 302. Peragitur ex *vetusto* ecclesiae *more*, interuenientibus *patrinis*, qui tamquam testes in actu baptismi adhibendi sunt (*a*). Patrinos saltem membra ecclesiae Christianae esse, par est. Hinc non admittuntur *catechumeni*, *nondum confirmati*, *excommunicati*, *haeretici* (*b*): *Approbatae religioni* addictos in Germania mutuo admitti, par est (§. 48.) (*). Ne vsus susceptorum in *abusum* abeat: *nume-*

me-

merum eorum praefiniunt pleraeque leges ecclesiasticae (*c*).

(*a*) De eorum origine vid. BINGHAM *in orig. eccl. lib.* 11. c. 8. B. Parens *in iur. Eccl. lib.* 3. *tit.* 42. §. 35. *f. Gerh. van* MASTRICHT *de susceptoribus infantum ex baptismo, eorum origine, vsu et abusu, Isaacus* IVNDTIVS *de susceptorum baptismalium origine* §. 5. [*G. A.* IENICHEN *de patrinis eorumque origine numero et sexu*, §. 2.]

(*b*) c. 102. 105. *de consecr.* D. 4. B. Parens l. c. §. 38. [Quamuis omnium ferme ordinationum eccles. consensu *impuberes* et *nondum confirmati* arceantur, more tamen plerumque inualuit, vt admittantur quidem, sed adulti eorum cognati vel parentes pro ipsis respondere teneantur.]

(*) BALTHASAR *de iure principis circa baptismum* p. 120. Cf. ROHR *Chursächs. Kirchenr.* p. 829. §. 23. HARTMANN *Gess. Wirtembergs* T. II. (*Kirchenges.* T. I.) §. 350. 351. Neminem ad subeundum munus susceptoris cogi posse, diserte etiam legibus eccl. cautum. Vid. LEDDERHOSE l. c. §. 164.

(*c*) *c. vlt. in* 6 *de Cognatione spirit. Gottl. Aug.* IENICHEN de *patrinis eorumque origine, numero et sexu.* §. 9. [LEDDERHOSE l. c. §. 163. 165. HARTMANN l. a. §. 353. 354. Interdictum ibidem ne quis cuiuscunque generis vniversitates vel antistites earum in corpore, susceptores cooptet.] Abusum non minus spirant *dona baptismalia*, non sine ratione in variis ordinationibus reprobata. *Ord. Eccl. Sax. de a.* 1557. *tit. von der Taufe. Ord. Eccl. Magd. c. III.* §. 2. Vbi tolerantur, iure *peculii adventitii* censenda sunt. CARPZOV *iur. eccl. lib.* 2. *def.* 272. MEVIVS *Part. IX. dec.* 63. [BOEHMER *I. E. P.* l. III. t. 42. § 46. 47. BALTHASAR *de iure principis circa baptismum* p. 163. *Ge.* RADOV *de pecunia lustrica.* Jen. 1670. *Ge. Ad.* SCHVEARTH progr. *de lustricis Patrinorum illustrium muneribus.* Lips. 1720. KAPFF *de jure pecuniae lustricae speciatim in concursu creditorum.* Tub. 1777.]

§. 303. Vt *legitima probatio* collati baptismi semper in promtu sit: I. *parochi* singulos huius functionis actus in *libros baptismales specifice* referre obstringuntur (*a*): ex quibus *plena* sit baptismi probatio. Est quoque II. violenta

lenta *iuris praeſumtio*, *natum ex parentibus Chriſtianis*, baptizatum eſſe (*b*).

(*a*) Carpzov *I. E. L.* 2. *def.* 315. B. Parens *in iur. Par. S. IV.* c. 1. §. 30. *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *de ref.* §. 1. [Leddekrhose l. all. §. 166.]

(*b*) c. 3. *in f. X. de Presbytero non baptizato.*

§. 304. Baptiſmus, in forma eccleſiae ſemel collatus, plene valet: ideoque *abuſum* ſpirat eius *reiteratio*, lege eccleſiaſticà et ciuili prohibita (*a*). Qui 1) *ſpe lucri* ſe liberosque ſuos ſaepius baptizandos offerunt, *falſi* tenentur (*b*). Vbi vero 2) aliquem baptizatum eſſe, nec *probari* nec *praeſumi* poteſt, quod in infantibus expoſitis contingit: baptiſmus licite confertur (*c*).

(*a*) c. 118. *de Conſecr. D.* 4. c. 2. *X. de apoſtatis et reiterantibus baptisma L.* 1. 2. 3. C. *ne ſanct, bapt. reiteret. Rec. Imp. a.* 1529. §. 6. Ratio quidem parum idonea eſt, quae ex *characteri indelebili* baptiſmi in iure Canonico repetitur: cuius opinionis error ex interpretatione ſententiae Auguſtini c. 97. C. 1. *qu.* 1. deſcendiſſe videtur.

(*b*) Reinhardt *obſ. ad Chriſtinaei dec. vol. I. obſ.* 5.

(*c*) c. 110. 111. *ſ. de Conſecr. D.* 4. Wernher *obſ. ſelect. forenſ. P.* III. *obſ.* 55. Sec. XI. demum inualuit *cautela* de baptiſmo hoc caſu ſub *conditione* conferendo. c. 2. *X. de baptiſmo.* Espen. *iur. Eccl. P.* II. *Sect.* I. *tit.* 1. c. 1. §. 16. p. 364. quae cautela non agnoſcitur inter Proteſtantes. Conf. *Ord. eccleſiaſt. Brunſuic. D. Iulii p.* 146. [Balthasar *ius principis circa baptiſmum p.* 87. 140. Idem in *iure eccleſ. paſt.* T. II. p. 203. 205.]

§. 305. Vis baptiſmi eſt, quod baptizati, in eccleſiam Chriſtianam recepti, *iura* et *ſtatum Chriſtianorum* conſequantur (*a*): nomini-

minibusque, in baptiſmo impoſitis, in eccleſia et republica diſtinguantur. *Non baptizati* iure Chriſtianorum non fruuntur: niſi quod aequitas iubeat, infantes, *Chriſtianis parentibus* natos, ſolaque morte praeventos, *eodem iure* cenſeri (*a*): id quod inter *Proteſtantes* obſeruatur.

(*a*) *Gal.* III. 27. *Tit.* III. 5. *Joh.* III. 5. I. *Cor.* XII. 13.] *Chriſtianitatem recipere* dicuntur in c. 3. X. h. t. vid. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 33. §. 63. 72.

(*b*) Hos non contemtus religionis, ſed *terminus neceſſitatis* a baptiſmo excludit: quae eſt ſententia AVGVSTINI in c. 34. *de Conſecr. D.* 4. vid. c. 3. §. 2. *X. de Presbytero non baptizato.* [In eccleſia Romana corpora infantum ſine baptiſmo decedentium non in communibus ſ. ſacratis coemeteriis, ſed in loco ſeparato ad id deſtinato ſepeliri conſtat. Cenſentur numero *infidelium* ex c. 27. *et* 28. *D.* 1. *de conſecrat.* In terris Auſtriacis ſuſtulit hoc interdictum Ioſephus II. edicto d. 31. Mart. 1785. *Cf.* CAESAR *Oeſterr. Nationalkirchenr.* T. III. n. 120. p. 171.]

§. 306. Per *baptiſmum*, nec non per *ſuſceptionem ex eo*, *cognatio ſpiritualis* contrahi cenſetur (*a*). Quae cum tantum *ficta* ſit, nec idoneam rationem matrimonii prohibendi contineat: inter proteſtantes prorſus non agnoſcitur (*b*). Pari ratione nec ex baptiſmo ratio *poenae mitigandae* repeti poteſt, nec liberis *infidelium* baptizatis ius dari, *legitimam* a viuentibus parentibus exigendi (*c*).

(*a*) Tot. tit. de *cognatione ſpirituali* L. 26. *de nupt.* *Edmund* MERILLIVS *obſ. iur. lib.* 3. *obſ.* 40. [BALTHASAR *ius eccl. paſt.* T. II. p. 383. ſ. *W. V.* WIESE *von der geiſtl. Verwandtſchaft u. den verſchiedenen Graden derſelben* in *Juriſt. Abhandl.* Roſt. 1783. n. IV. Ex *confirmationis* quoque ſa-

ſacramento haec cognatio deduci ſolet. Ad vtriusque generis definitionem pertinet: *Conc. Trid. Seſſ.* 24. c. 6. *de reform. matrim.*]

(*b*) CARPZOV. l. c. *lib.* 2. *def.* 74. B. Parens l. c. *L.* 4. *tit.* II. §. 12. [Non vbique prorſus olim fictae huius cognationis impedimenta in terris Proteſtantium damnata fuiſſe, teſtatur cap. 30. §. 1. der *Br. Lüneb. Polizey O. Zum 4ten ſoll keiner, oder keine, die, oder denjenigen, ſo er, oder ſie, aus der Taufe gehoben, zur Ehe nehmen; aber ihre, ihrer Eltern Kinder, wie denn auch der, oder die Gevattern, und der Kinder Eltern mögen, des vermeinten päbſtlichen Verboths ohngeachtet, einander wohl zur Ehe nehmen.*]

(*c*) *Chriſt.* THOMASIVS de *legitima viuentis* c. 1. §. 8. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 33. §. 81. 82.

§. 307. *Confirmatio baptizatorum* fuit olim *baptiſmi acceſſorium* (*a*). Deinde a baptiſmo infantum *ſeparata*, et ad congruam aetatem dilata, iure *ſacramenti* cenſeri coepit, a ſolo *epiſcopo* adminiſtrandi (*b*). Opinione Sacramenti inter Proteſtantes repudiata, libere ſeruata eſt tamquam *inſtitutum eccleſiaſticum* vtile, et praeparationi ad S. coenam prima vice admittendorum inſeruiens, et iure regitur eccleſiaſtico particulari (*c*). Peragitur praeuio examine, editaque fidei profeſſione, et interueniente manuum impoſitione, [in eccleſia, et ſtatis plerumque temporibus. (*)]

(*a*) TERTVLLIANVS *de baptiſmo* c. 7. 8. *Jo.* DALLAEVS *de duobus latinorum ex vnctione ſacramentis, confirmatione et vnctione lib.* 2. *Pontificios in ritu confirmationis a praxi eccl. Apoſtolicae plane aberraſſe,* diſſ. expoſuit *Chriſt.* T. *moth.* SEIDEL. [C. *W.* FLÜGGE *Geſch. d. Deutſch. Kirchen- u. Predigtweſ.* T. II. p. 55.]

(*b*)

(b) c. 1. 3. 4. *et sq. de Consecr. D.* 4. [Ad substantialia eius pertinet vnctio cum chrismate in fronte confirmandi sub signaculo crucis et formula solemni. Interesse solent patrini et confirmandus nouum nomen accipit.]

(c) *Christ. Matth.* PFAFFII diss. de *confirmatione catechumenorum in ecclesiis A. C. vsitata.* Conf. *Ordinat. eccl. D. Iulii* tom. I. *Corp. Constit. Calemb. p.* 151. *et Constitut. ecclesiast.* ibid. p. 862. 883. *f.* [BALTHASAR *ius eccl. past.* T. II. p. 208. f. LEDDERHOSE l. l. Sect. III. P. II. c. 7. §. 173. HARTMANN *Gess. Wirtemb.* T. II. (*Kirchengess.* T. I.) c. 12. sect. I. §. 385. sq.]

(*) Rarissime dispensationi locus est, vt intra parietes priuatos actus ille sacer peragatur. In eo fere consentit vsus ecclesiarum, quod verno tempore, in festo Paschatos aut Dominica Palmarum vel dominica Quasimodogeniti instituatur; alibi etiam duabus vicibus per annum celebrari solet; nuspiam autem ad arbitrium parochi haec spectant.

TIT. VIII.

DE

IVRE CIRCA S. EVCHARISTIAM.

(Lib. III. Tit. 41. *de celebratione missarum et Sacramento eucharistiae et aliis diuinis officiis.*)

ARGVMENTVM.

§. 308. *S. Eucharistiae ratio.* 309. *Potestas eam administrandi.* 310. *Iura et obligationes circa eius perceptionem.* 311. *Legitimus eius vsus.* 312. *Hypotheses ecclesiae Romanae intuitu missae.* 313. *Iura inde Protestantes concernentia.*

§. 308. S. EVCHARISTIA est sacramentum, quo tradita sumtaque panis et vini

ſpecie, quae in ſymbolum corporis et ſanguinis Chriſti benedicta eſt, memoria beneficiorum, per mortem Chriſti collatorum, celebratur. Ex inſtitutione Chriſti ad eam pertinet *vtraque ſpecies*, vtriusque ſymboli *benedictio*, vtriusque *exhibitio* et *ſumtio*. Veriſſimum eſt ergo eccleſiae *Euangelicae* praeceptum, euchariſtiam ſub *utraque ſpecie* exhibendam, et non niſi in vſum *percipientium* eſſe celebrandam (*a*).

(*a*) *Auguſt. Confeſſ. art.* 10. 22. *et* 24. SECKENDORF in *hiſt. Luth. lib.* 1. §. 136. *p.* 233. *ſq.* GELASIVS PP. in c. 12. *de Conſecr. D.* 2. *Comperimus*, inquit, *quod quidam ſumta tantummodo corporis ſacri portione a calice ſacri cruoris abſtineant. Qui procul dubio, quoniam neſcio, qua ſuperſtitione docentur obſtringi, aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia diuiſio vnius eiusdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire.* [*H.* RIXNER *de inſtitutis et ritibus vet. Chriſtianorum circa S. Euchariſtiam.* Helmſt. 1671. 4. *L. T.* SPITTLER *Geſch. des Kelches im Abendmahl.* Lemgo. 1781. 8. *Jo.* VOGT *hiſtoria fiſtulae euchariſticae.* Brem. 1740. FLÜGGE *Geſch. des Deutſch. Kirchen u. Predigtweſens.* T. II. p. 106. An *abſtemiis* euchariſtiam ſub vna ſpecie adminiſtrari fas ſit, ſaepius inter Theologos aeque ac Ictos quaeſitum. Cf. DEDEKENNI *Conſ. Theol.* T. I. p. 551. CARPZOV *Iurispr. eccl.* l. II. d. 289. n. 14. BALTHASAR *ius eccl. paſt.* T. I. p. 246. *Lutherus* in affirmatiuam ſententiam inclinaſſe videtur T. XX. Opp. p. 123. ed. Vin. Cf. AMMON *prakt. Theol.* §. 238. Parochus arbitrio in hoc vti vix poteſt. Ordinationum eccleſiaſticarum deciſio plerumque anceps et obſcura. Cf. *Pommerſche Kirchenagende* de a. 1563. fol. 120. a. apud *Balthaſar.* l. l. T. I. *Cynoſura Wirtemberg.* p. 371. v. HARTMANN ſaep. l. T. II. (*Kirchengeſſ.* T. I.) §. 417.]

§. 309. ***Poteſtas S. coenam adminiſtrandi*** pertinet ad *iura ordinis* (*a*): ius vero illam in certa eccleſia exercendi vel ab *officio paſtorali*

rali vel a *speciali concessione* dependet (*b*). Constitutis parochiis, adstrictum est *ad parochiam* (*c*). In necessitatis casu, et vbi pastores non sunt, illam *a laicis* exerceri, institutioni diuinae non repugnat (*d*) (§. 295.).

(*a*) *Aug. Confess. art.* 14. c. 1. X. *de Cler. non ord.*

(*b*) *Clem.* 1. *de privileg.*

(*c*) c. 12. *X. de poenit. et remiss.* c. 4. 5. C. 9. *qu.* 2. CARPZOV *I. E. lib.* 2. *def.* 290. SCHILTER *inst. iur. Can. lib.* 2. *tit.* 3. §. 8. [Iuxta hodiernam praxin ecclesiae Catholicae tam religiosi, quam seculares etiam presbyteri, passim, *sine* vlla *speciali* parochi *concessione*, quibuscunque petentibus eucharistiae sacramentum ministrare solent. Originem haec consuetudo traxit a privilegiis Regularium, quibus in capellis et ecclesiis suis *publicas* missas celebrare iis datum est, excepto solo tempore Paschatos. Neque tamen hac panis eucharistici perceptione liberari censentur laici ab obligatione illum a proprio parocho percipiendi. *Van* ESPEN *ius eccl. univ.* t. IV. c. 1. n. 22. *Wolfg.* SCHMITT *instit. iur. eccl. univ. ad stat. Germ. Cath. accommodatae*, lib. III. tit. IV. p. 27.]

(*d*) TERTVLLIANVS de *exhort. ad Castit. cap.* 7. *Hug.* GROTIVS *de administratione S. Coenae, vbi pastores non sunt. Claud.* SALMASIVS *de Ep. et Presb. diss. I. c. V. p.* 384. B. Parens in diss. X. iur. eccles. *de iure laicorum sacerdotali*. [Obseruantia tamen contraria est. LYNCKER *de eo quod iustum est circa S. Coenam* C. 2. §. 2. PERTSCH *Elem. iur. can.* §. 659. 662.]

§. 310. Ius percipiendi S. Coenam est beneficium spirituale *commune* omnium, qui sunt in *ecclesiae communione*; idque lege ecclesiastica coniunctum est cum obligatione ad eam frequenter accipiendam (*a*). Prouidi vsus causa cautum est, neminem ex regula admittendum esse, nisi *exploratum* et *confessum*

ac *abſolutum* (*b*). Ius denegandi S. Coenam *iudicio eccleſiae* merito vindicatur, nec eius miniſtris competit, niſi quatenus illis in *ordinationibus eccleſiaſticis* commiſſum eſt (§. 296), veluti ex cauſa indignitatis manifeſta (*c*).

(*a*) c. 12. *X. de poenit. et remiſſ.* BRVNNEMANN *I. E. lib. I. c. 6. m.* 4. §. 2. ibique STRYCK. WERNHER I. c. c. 1. §. 61. B. Parens in *iur. paroch. ſ.* 4. *c.* 1. §. 23. [Ponitur in euchariſtiae vſu praecipua pars confeſſionis publicae, vnde contemtum eius *etiam* ad arcendum ab eccleſiae ingreſſu et poſt obitum a ſepultura chriſtiana valere debere cit. c. ſtatuitur.]

(*b*) c. 12. *X. de poenit. Auguſt. Conf. art.* 25. *Ord. eccl. Sax. art. gen. VII.* §. 1.

(*c*) B. Parens in *I. E. Lib.* 3. *tit.* 41. §. 49. 55. 56. 60. [BALTHASAR *ius eccleſ. paſtor.* T. I. p. 461. ſ. HARTMANN *Geſſ. Wirtembergs* T. II. (*Kirchengeſſ. T. I.*) *c.* 13. *Sect. IV.* §. 452. ſ. LEDDERHOSE l. l. §. 182. 184.]

§. 311. Vſus S. Coenae *legitimus* eſt, qui conuenit fini, in inſtitutione diuina deſignato (§. 308.), *illegitimus* eſt, qui alio vertit, quam ducit inſtitutio diuina; eoque nomine merito improbatur vſus S. Coenae 1) ad *probandam innocentiam* (*a*), 2) ad *firmanda foedera* (*b*), 3) ad *artes magicas* (*c*), vel 4) mos *infantibus* (*d*), vel 5) *mortuorum cadaueribus* applicandi ſymbola conſecrata, eaque cum illis *conſepeliendi* (*e*), 6) eademue *circumgeſtandi* et *adorandi* (*f*).

(*a*) *Io. Andr.* SCHMIDT *de modo probandi innocent. per euchariſtiam.* [Exemplum praebet c. 23. C. 2. qu. 5. vbi vid. *Boehmerum.*]

(*b*)

(b) *Exemplum vid. apud Lambertum Schaffnaburgenſ. ad a. 1077.* *Io.* Lami *delic. erudit.* tom. II. p. 146. *Io.* Mabillon *Annal. Benedict.* tom. V. p. 574.

(c) Lyncker *de eo quod iuſtum eſt circa S. Coenam c.* 6.

(d) *Henr.* Rixnervs *de veter. Chriſt. circa S. Euchariſtiam inſtitutis c.* 11.

(e) *Io.* Bona *rer. liturg. cap.* 17. §. 6.

(f) Originem circumgeſtationis ad ſec. XIV. refert Espen *in I. E. P. II. S.* 1. *tit.* 4. *n.* 5. *p.* 407. nov. edit. [Hinc *Monſtrantiarum* vſus a reliquis oſtendendis ad panem conſecratum traductus eſt et nomen huic ritui peculiare ac quaſi proprium factum. Vid. du Fresne *Gloſſar. med. et inf. Lat.*]

§. 312. *Integra S. Coenae adminiſtratio*, ſtilo *veteris eccleſiae*, ſpeciatim *miſſa fidelium* appellatur, eumque ſignificatum ſeruat *Auguſtana Confeſſio.* Longe diuerſus eſt ſignificatus *Miſſae* in eccleſia pontificia, quo deſignatur *illud ſacerdotis opus, quo panis et vinum praeuia conſecratione tamquam ſacrificium Deo offertur pro viuentibus et mortuis.* Hunc miſſae cultum, *nouioris aeui* partum (a), inſtitutis *humanis* efformatum, et ab *inſtitutione Chriſti* prorſus alienum, non agnoſcit eccleſia noſtra in *Auguſtana Confeſſione* (b), reiectis dogmatibus de *ſacrificio*, de *transſubſtantiatione* elementorum S. Coenae, eorum *circumgeſtatione* et *adoratione.*

(a) *Sec. IX.* acta eſt lis de *modo praeſentiae corporis et ſanguinis Chriſti* in S. Coena, et propoſita primum eſt *opinio nova* de transſubſtantiatione a *Paſchaſio Radberto*, Monacho Corbeienſi, in libello *de ſacramento corporis et ſanguinis* Chriſti a. 831. tum adhuc frequenter et inprimis a

 Ra-

Ratramno et Io. Scoto iuſſu Caroli Calui oppugnata. *Sec. IX.* eadem his ſuſcitata, et ex Paſchaſii ſententia definita eſt. Haec docte recenſet. *Ioh. Laur.* Mosheim in *hiſtoria eccleſiaſt. p.* 341. *ſ. p.* 427. 430. [A transſubſtantionis doctrina proceſſit quidem mos adorandi panem consecratum, ita tamen vt ante ſaec. XIII. nulla eius appareant veſtigia. *de* Lith *hiſtoria de adoratione panis conſecrati* in *Diſſert. Theol.* Corb. 1753. Schroeckii *Kirchengeſch.* T. XXVIII. p. 75. Flügge l. l. T. II. p. 129. ſ.]

(*b*) *Auguſt. Confeſſio art.* 24. Conf. Seckendorfii *hiſt. Lutheraniſmi L.* 3. §. 27. p. 78. *et* §. 79. p. 272. Graue iudicium Melanchthonis refertur ibidem l. c. *L.* 3. §. 107. *lit. q. p.* 440.

§. 313. Quae *dogmata* cum manifeſto pugnent cum *Auguſtana Confeſſione*: conſequens eſt, 1) ſanctiones *iuris communis*, quae et quatenus iisdem innituntur, applicari *inter Proteſtantes* non poſſe (*a*), 2) ad adorationem hoſtiae, dum circumfertur, tamquam ad cultum, *A. C.* et *conſcientiae* aduerſum, eosdem adigi numquam poſſe (§. 200.) (b).

(*a*) Exemplum eſt in *art.* 172. *Conſt. Crim. Carol.* [*Ge. Iac.* Meister *princ. iur. crim.* §. 235.]

(*b*) *Inſtr. Pac. Osn. art. V.* §. 48. Si unquam, certe illa coactio *impia* dicenda eſt, quae tendit ad cultum diuinum exhibendum rei, quae *pro Deo* haberi non poteſt. De his, quae adverſus Proteſtantes ſubinde iniuſte per vim tentata ſunt, vid. Thucelii *acta Publ. ſec. XVIII. P. I. p.* 130. et B. ***ens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 41. §. 18. [Schauroth *Concluſa Corp. Evang.* T. II. p. 360. III. 88. 603. Moser *T. Religionsverfaſſung* B. I. c. 8. p. 135.]

TIT.

Tit. IX.

DE IVRE CIRCA POENITENTIAM PRIVATAM.

(Lib. V. Tit. 38. *de poenitentiis et remiſſionibus.*)

ARGVMENTVM.

§. 314. *Poenitentia priuata ex vſu eccleſiae Ramanae,* 315. *ex vſu eccleſiae evangelicae.* 316. *Pertinet ad Sacra parochialia.* 317. *Poteſtas abſoluendi.* 318. *Sigillum confeſſionis.* 319. *Nummus confeſſionarius.*

§. 314. *Poenitentia externa priuata* ex diſciplina *eccleſiae Romanae* pro ſacramento habetur, ad cuius *materiam* contritio, ſingulorum peccatorum confeſſio, et impoſita ſuſceptaque ſatisfactio, ad *formam* vero abſolutio ſacerdotis referuntur (*a*). I Singuli, diſcretionis annos nacti, ſaltem ſemel in anno confeſſionem coram proprio parocho edere, impoſitamque ſatisfactionem adimplere tenentur (*b*). II. Poteſtas eam adminiſtrandi eſt *ordinis presbyterialis*, ipſa functio *iurisdictionis fori interni* (§. 110.), quae inter tot Sacerdotes ſubordinate exercetur, cauſis certis *abſolutioni pontificis* et *epiſcoporum* reſer-

seruatis (*c*). III. Moderandae huius iurisdictionis causa inuentae sunt satisfactionis poenitentialis *redemtiones*, *commutationes*, earumque *remissiones*, quae *indulgentiae* dicuntur. Has concedendi ius vindicatur *pontifici* et *episcopis*, et pontifici quidem, quoad plenarias, iure *reseruato* (*d*)

(*a*) LANCELLOTVS *inst. iur. Can. lib. II. tit.* 5. *Conc. Trid. sess. XIV.* Poenitentiae privatae vsum *sec.* VII. ostendit *Lud. Ant.* MVRATORIVS de *redemtionis peccatorum et indulgentiarum origine t. V. ant. Ital. medii aevi diss.* 68. *p.* 712. *Sec.* XIII. eius ratio specialis determinata est in *concilio Later.* IV. in c. 12. X. h. t. *Jo. Ge.* PERTSCH *vom Recht der Beichtstühle* Sect. I. c. 2. 3. B. Parens in *iur. eccles. lib. V. tit.* 38. §. 33. BINGHAM *Orig. eccles. lib.* 19. *Io.* DALLAEVS *de sacramentali siue auriculari Latinorum confessione.* Genev. 1651. [Strictim historiam poenitentiae privatae recenset FLÜGGE *Gesch. d. Deutsch. Kirchen- u. Predigtw.* T. II. p. 74. f.]

(*b*) c. 12. X. *h. t.*

(*c*) c. 2. 3. *h. t.* in 6. c. 3. *extrav. Comm. eod. Io.* CHAPEAUVILLE *de casibus reservatis.* [*I. G.* KIENE *de casibus Pontifici, Episcopis et Praelatis reservatis.*]

(*d*) c. 14. X. *h. t. Clem.* 2. *eod.* B. Parens in diss. *Prael. tom* IV. *Iur. eccl. de ecclesia Romana matre indulgentissima* §. 14. *seq.* Vsum indulgentiarum ad sec. VIII. refert MURATORIVS l. c. p. 717. 740. 743. Famosa et largissima earum species est *Iubilaeum. Centesimi anni* indulgentiam primus constituit Bonifacius VIII. *quinquagesimi* Clemens VI. *vigesimi quinti* Paulus II. et Sixtus IV. in c. 1. 2. 4. *Extrav. Comm. de poenitent. Ernst. Aug.* BERTLING *vom Päbstlichen Jubel-Jahr und vom Ablas.* [Abusus indulgentiarum saepe ab ipsis Pontificibus agniti et restricti sunt; id quod Sixtus V. in remissionibus et facultatibus desuper a se datis egit c. 5. *Extrav. Comm. h. t.* Concilium Tridentinum *Cont. Sess.* 25. *de Indulgent. quia ob multiplices locorum et provinciarum corruptelas specialiter prohiberi non possent*, eandem curam episcopis in synodo provinciae suae et dein sub auctoritate Pontificis gerendam commendauit. Omnino autem exoptatior successus, vbi *vi iuris circa sacra* abusus illi et praue consuetudines prohibentur. Exemplo sunt terrae Austriacae de quibus c. *A. J.*

CAE-

CAESAR *Nazionalkirchenr*, *Oesterreichs*, T. V, tit. 38. n. 212. f.]

§. 315. Poenitentia priuata, si discesseris ab eis, quae confessionis *singulorum peccatorum*, *satisfactionis* et *Sacramenti* rationem respiciunt, seruata est in *Augustana confessione* (*a*), tamquam *institutum ecclesiasticum*, *praeparationi S. Coenae inseruiens*. Hinc I. regula iuris ecclesiastici est, ad *S. Coenam* non admitti nisi *Confessos* et *absolutos*. II. Ecclesiae et *potestatis ecclesiasticae* ius est (*b*), de ea *statuendi*, *dispensandi*, *potestatem* eam *administrandi* ministris conferendi, et prospiciendi, vt *recte administretur*.

(*a*) *August. Confess. art.* XI. XXV. *Art. Smalcald. P.* III. *art.* 8. *Ord. eccl. Sax. art. gen.* 7. *Ord. eccl. Brunsuic. D. Julii* tom. I. Corp. Const. Calemb. p. 156. SECKENDORF in *histor. Lutheran. L. I.* §. 99. in addit. p. 162. et L. III. §. 23. n. 2. p. 61. CARPZOVII *iurispr. eccl. Lib.* II. *def.* 275.

(*b*) *Ecclesiae* est *potestas clauium*, ministrorum eorum *administratio*. *Art. Smalkald. P.* III. *art.* 7. in append. de *potestate episcop.* WERNHERI *princ. iur. eccl. cap. VI.* §. 22. PERTSCH l. c. *Sect.* II. c. 2. §. 7. *Sect.* III. *cap.* I. *et* II. [Add. PERTSCH in *elem. iur. can.* 676. 677. 681.]

§. 316. *Administratio* eius ex politia ecclesiae commissa est *ministris ecclesiae* (*), et per parochiam ad *sacra parochialia* pertinet (§. 145.). Hinc parochianis ius non competit alium confessionarium adeundi *extra parochiam* (*a*), nisi vel *proprii parochi* consensu, vel

vel ex *consistorii* decreto. Ius vero *eligendi mutandique* confessionarium negari nequit, si vel sint plures *eiusdem parochiae* ministri (*b*), vel quis adscriptus sit *pluribus parochiis*, veluti ex duplici domicilio (§. 154.), vel si quis ius patronatus habeat in pluribus ecclesiis (*c*). Certe Principi Euangelico *iure potestatis ecclesiasticae* salua est libertas confessionarium mutandi (§. 315.) (*d*).

(*) Qui tales sunt *ex ordinatione*. Non ordinati, etiam in casu necessitatis arcentur. Multo minus quaestio, an laici confessiones audire et absolvere possint, iuris ecclesiastici est.

(*a*) c. 4. *et* 12. X. *h. t.*

(*b*) c. 3. *de poenit.* D. 6. c. 2. *h. t. in* 6. HORN in *addit. ad Schilteri inst. iur. Can.* p. 279. B. Parens in *iur. Paroch. Sect.* 4. c. 1. §. 13. PERTSCH l. c. c. 1. §. 14. [Contrariam sententiam tuetur HARPRECHT in *Consil.* LV. n. 293. s. refutatus a *I. H. Boehmero* in l. l. Cf. CARPZOV l. II. d. 290. III. 105. Ad euitandas maxime simultates inter eiusdem ecclesiae ministros licentia mutandi confessionarium interdum restringitur lege ecclesiastica. Ita non abs dispensatione regia liberum in terris Holsaticis. *Constit. Holsat.* T. II. p. 109. s. MATTHIAE *Schleswig - Holst. Kirchenverf.* T. I. p. 132.]

(*c*) CARPZOV. *iurispr. Eccl. lib.* 3. *def.* 106. ibique *Beier* in *addit.*

(*d*) B. Parens in *iur. eccles. lib.* V. *tit.* 38. §. 60. 64.

§. 317. Per *absolutionem* promissa in Euangelico peccatorum remissio confitenti applicatur. Parum ergo 1) interest, vtrum in ea decernenda *formula dictatoria*, ex vsu ecclesiae Romanae repetita, an *declaratoria* vsurpetur (*a*). 2) *Poenitenti* vero et *confitenti* de-

denegari a miniſtro eccleſiae nequit, niſi ex iuſta cauſa et ex iudicio conſiſtorii (§. 296.) (*b*).

(*a*) Hae *formulae abſolutionis*, ad *adiaphora* pertinentes, frequenter determinatae ſunt per *ordinationes eccleſiaſticas*. Vid. *Io. Iac.* MOSER *de formula abſolutionis confitentium* §. 10. inter eius *ſelecta iuris* p. 379.

(*b*) *Ord. eccl. Sax. art. gen.* 7. *et* 10. ibi *für die Kirchen, das iſt, für die Verordneten des Conſiſtorii. Conſtitut. Conſiſtorial. Brunſu. Luneb.* de a. 1731. in *Corp. Conſt. Cal. tom.* I. *p.* 441. WERNHER *l. c. VI.* §. 19. 22. *ſ.* C. ZIEGLER *de Superint. c. XVIII.* §. 10. 11. [Denegari poſſe cenſent, ſi delinquens delictum, quod ſacerdoti confeſſus eſt, coram iudice praefracte neget. BALTHASAR. *ius eccl. paſt.* T. I. p. 436. n. 347. et reſponſum Conſiſt. Gryphisw. in App. T. II. n. 67. quod impugnat HOMMEL. *Rhapſ.* T. V. obſ. 610. neſcio an ſatis caute.]

§. 318. Ad firmandum in confitendo animum lege eccleſiaſtica conſtituta eſt *obligatio miniſtrorum eccleſiae ad celanda, quae in confeſſione manifeſtata ſunt*: in qua conſiſtit *ſigillum confeſſionis*, poena ſuſpenſionis vel remotionis munitum (*a*). Hinc 1) confeſſionarius crimen, in confeſſione proditum, nec magiſtratui *denunciare*, nec de eo *teſtimonium* ferre poteſt (*b*), niſi vel ex ipſius confitentis *permiſſione*, vel ex manifeſta *ſalutis publicae* ratione (*c*). Ceterum 2) vti poenitentia, ita et ſigillum confeſſionis *ratione commiſſorum* tantum intelligitur, nec ad *committenda* produci poteſt, quorum executio ipſa prudenti manifeſtatione poteſt impediri (*d*).

(*a*)

(a) *c. 2. de poenit. D. 6. c. 12. X. h. t. Ord. eccl. Sax. art. gen. 7. Adr.* BEIER d. *de Sigillo Confeſſionis.* Ien. 1675. *P. I.* [*Balth.* TYLESIVS *dè Sigilla Confeſſionis.* Regiom. 1707. Ien. 1744. CARPZOV *iurispr. eccl.* I. III. def. 25. Plus quam aequum et bonum vulgo illi tribui, monet LEYSER *Medit ad* ff. ſpec. 284. m. 1. et praeiudicia affert, quibus tali revelationi fides habita ſit, m. 2. Sed haec quidem peſſimi exempli. Vid. etiam HOMMEL *Rhapſod. quaeſt.* T. V. obſ. 610.]

(b) HORN *in reſp. claſſ.* 15. *reſp.* 9. B. Parens *l. c.* §. 48. CARPZOV *iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 23. GAIL *lib. I. obſ.* 100. *n.* 8.

(c) WERNHER *l. c.* §. 56. *Adr.* BEIER *l. c. P.* 2. *c.* 2.

(d) PERTSCH *l. c. S. II. c.* 4. §. 17. ZIEGLER *ad Lancellot. lib.* 2. *tit.* 5. §. 19. [BALTHASAR *ius eccleſ. paſt.* T. I. p. 437.]

§. 319. Toleratur, et ob exiguos parochorum reditus tolerandum eſt genus munuſculi, *nummi confeſſionarii* nomine notum, vt *ſponte oblatum* accipi quidem, non autem iure perfecto exigi queat (*a*).

(a) *Petr.* MVLLERVS de *nummo Confeſſionario* th. 7. ſ. CARPZOV *l. c. lib. I. def.* 120. PERTSCH *l. c. S.* II. *c.* 3. §. 31. [*Io. Alb. de* KRAKEWITZ d. *de Nummo confeſſionario absque miniſtrorum eccleſiae detrimento abrogabili; et ſi absque turbis atque ſcandalis fieri poſſit, forte haud incommode abrogandi.* Roſt. 1712. Secundum haec principia in eccleſiis reformatis Haſſiae et in haud paucis Luth. confeſſioni addictis abrogatus eſt, ſubſtituto paſſim *obſeruantia* in eius locum alio munuſculo. LEDDERHOSE *Heſſen-Caſſ. Kirchenr.* §. 192.]

Tit. X.

DE IVRE CIRCA IEIVNIA ET CVLTVM SANCTORVM.

(Lib. III. Tit. 46. *de obseruatione ieiuniorum.* L. III. T. 45. *de reliquiis et veneratione sanctorum*).

ARGVMENTVM.

§. 320. *Ieiunium totale in ecclesia nostra liberum.* 321. *Partiale in ecclesia Romana.* 322. *Publicum et privatum.* 323. *Ius indicendi dies ieiuniorum.* 324. *Cultus sanctorum et beatorum in ecclesia Rom.* 325. *Iura inde descendentia inter Protestantes.*

§. 320. *Ieiunium sacrum totale*, seu *proprie* sic dictum, est *abstinentia ab alimentis per diem, saltem ad vesperam vsque, solius religionis intuitu susceptum.* Hoc fine *libere* susceptum commendatur in ecclesia Euangelica (*a*).

(*a*) *Augustana Conf. art.* 26. ad similitudinem *primitivae ecclesiae*, in qua ieiunia ex vero vsu et fine aestimata sunt. *Io.* Dallaevs *de ieiuniis et quadragesima.* c. I. II. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 46. §. 11. 12. 15. 33.

§. 321. *Ieiunii* nomen in significatu *improprio* in *ecclesia Romana* accepit *abstinentia inter ordinariam refectionem a determinato ciborum genere*, videlicet ab esu carnium (*). Obliga-

gatio ad illud obeundum oritur vel ex *lege ecclesiastica* (*a*), vel ex praecepto *confessionarii* (*b*), vel ex *voto*.

(*) Non confundendum est *ieiunium* cum *abstinentia*. Haec solummodo carnis esu interdicit. Ieiunio autem tria inesse dicuntur: 1. abstinentia a certo ciborum genere, 2. vna in die refectio, et 3. tempus huius refectionis cf. *Wolfg.* SCHMITT *inst. iur. eccl. vniv Germ. Cath. Lib.* III. *tit.* 26. *not. c.* Abstinentiam solam imperat ieiunium *hebdomadale*, *Semiieiunium*, s. *ieiunium stationum*, olim feria quarta et sexta s. diebus Mercurii et Veneris, hodie feria sexta et septima vel sabbato indictum. In ieiunio quadragesimali autem abstinentia a carnibus valde relaxata et in vltimam fere hebdomadem restricta est. Caeterum omne genus ieiuniorum moribus primum introductum, sensim demum legibus comprehensum est.

(*a*) c. 1. 2. X. *de observatione ieiuniorum* c. 1. *sq.* *D.* 76.

(*b*) c. 2. X. *de sponsa duorum* c. 3. *de elect. in* 6. [*Poenitentiale* audit, quod confessis a canone vel sacerdote instar poenae imponitur. Vid. CORVINVS *iur. can.* l. III. tit. XXII. n. 19. Hinc ortum traxisse videtur *poena ieiunii in pane et aqua* iure recentiori delinquentibus in carcere detentis infligi solita, cui affinis dispositio contra Cardinales in Conclaui inclusos, dum nimium cunctantur pontificem eligere, et plane consona Aureae Bullae contra Electores, si intra praefinitum tempus Imperatorem haud elegerint.]

§. 322. Ieiunium vtrumque vel *publicum* est cui annexa est liturgia publica, vel *priuatum*, cui haec non est annexa. In *publico* ieiunio determinatur I. *specialis*, ad poenitentiae rationes adcommodata *liturgia*; cuius intuitu in eodem prohibita sunt *actus* et *signa hilaritatis*, et interdictae *nuptiae* (§. 383.) (*a*): II. constituuntur tum *tempora certa*, vt tempus *aduentus* et *quadragesimale*, tum *certi dies*, dies *supplicationum* dicti (*b*).

(*a*) c. 8. 10. 11. C. 33. *qu.* 4. *c.* 4. *X. de feriis.* CARPZOVII *iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 268. *n.* 8. *def.* 157. *et def.* 263. *Chrift.* WILDVOGEL *de eo quod iuftum eft circa tempus quadragefimale* c. II. §. 11. [SCHILTER *inftit. iur. canon.* (1713.) l. II. tit. I. §. 29. *Io. Dav.* STIPPER progr. *de Mufica inftrumentali tempore luctus publici prohibita.* Lipf. 1727. ID. *de diebus quibus nuptias celebrare prohibitum in Elect. Sax.* ib. eod. *Jofephi* II. *Imp.* edictum d. 7. Jan. 1781. *de intermittendis faltationibus.* Cf. CASPAR *Oefterr. Nazionalkirchenr.* T. III. t. 46. n. 257.]

(*b*) Horum numero funt *quatuor temporum ieiunia*, et *antepafchale* c. 1. *et feq.* D. 76. [WOLFIVS *de diebus poenitentialibus.* In ecclefiis Proteftantium raro adhuc *fupplicationum dies* ad quatuor tempora adftricti, fed vbique lege particulari conftituti funt.]

§. 323. Quaecunque valent de iure *dies feftos inftituendi* (§. 282.), eadem obtinent in iure *indicendi dies fupplicationum.* Ius eosdem *reipublicae caufa* et ob *calamitates publicas* decernendi ad *iura circa facra* fpectat (§. 283.) (*b*), et imperantis eft fine difcrimine religionis; quamuis ratio liturgiae, in iisdem ordinandae, ecclefiae relinquenda fit.

(*a*) SCHILTER *Inft. iur. Can. lib.* II. *tit.* I. §. 34.

(*b*) Supplicationum, auctoritate regum Francorum hoc fine extra ordinem iniunctarum, exempla ex *capitularibus* recenfet *Steph.* BALVZIVS in not. ad *Regionem* p. 569. et B. Parens in *iur. Eccl. lib.* III. *tit.* 46. §. 38.

§. 324. Ad difciplinam *ecclefiae Romanae* propriam pertinet *inuocatio* et *cultus fanctorum* et *beatorum;* quos inter hoc difcrimen feruatur, vt *fancti* habeantur, qui poft mortem cultu quolibet publico vel priuato per *totam ecclefiam* ex *praecepto* pontificis honorandi

funt,

ſunt, *beati* vero. quos per certam eccleſiae partem cultu, a Pontifice *determinato*, proſequendi *facultas* tantum indulgetur (*a*). Ad *Pontificis reſeruata* refertur poteſtas, homines defunctos albo ſanctorum vel beatorum ſolenniter et Canonicae referendi (*b*). Ipſe cultus ſanctorum *diebus feſtis*, *miſſa*, *officiisque diuinis*, in eorum honorem celebratis, *imaginum reliquiarumque* expoſitione et veneratione, ipſorum ſupplici *inuocatione*, *precibus* et *iureiurando* facta, eorumque in *patronos* receptione, praeſtatur: et iniuria illis dicta, ceu *blasphemia*, et reliquiarum ablatio, ceu *ſacrilegium*, vindicatur (*c*). Pertinet vero ad ius *circa Sacra* principis Catholici, proſpiciendi, ne cultus ſanctorum in ſuperſtitionem tranſeat (*).

(*a*) *Anaclet.* REIFFENSTVEL *in iur. Can. lib.* 5. *tit.* 46. *tom.* III. *p.* 966.

(*b*) c. 1. X. *de reliquiis et venerat. Sanct.* ESPENII I. E. *P. I. tit.* XXII. c. IX. *et* X. I. *nov.* edit. *p.* 219. *Proſp. de* LAMBERTINIS ſeu *Benedictus* XIV. *de ſervorum Dei beatificatione et Beatorum Canoniſatione lib. I.* *Dan.* PAPEDROCHIVS *de ſolenn. Canonizationis init., et progreſſu.* *Iuſti* FONTANINI *Codex conſtitutionum, quas Pontifices ediderunt in ſolenni canoniſatione Sanctorum.* [Inde a Saecula X. demum ius canoniſationis inter reſervata ſedis Romanae numerari coepiſſe, primumque exemplum in S. Vdalrico a Ioanne XV. in numerum Sanctorum evecto contigiſſe ferunt.]

(*c*) *Conc. Trid. ſeſſ.* XXV. *de inuocat. venerat. et reliq. SS. et ſacris imaginibus*, c. 2. *de off. ordinar. in* 6. *art.* 172. *Conſt. Crim. Car.* *Io. Rud.* ENGAV *de honorificis ſanctorum iuribus* §. 11. *ſ.* *Io. Chryſoſtomi* TROMBELLII diſſ. de *cultu Sanctorum*, et *Io. Rud.* KIESLINGII *exercitationes theol. hiſtoricae* aduerſus Trombellium.]

(*)

(*) CAESAR *Oesterreich. Nazionalkirchenr.* Tit. III. tit. 44. et 45. n. 248. s.

§. 325. Quae principia cum aduersa sint *Augustanae Confessionis* (*a*): consequens est, vt A. C. addicti nec ad celebrationem dierum, *sanctis dicatorum*, cum annexis (*b*), nec ad *iuramenta* per Sanctos praestanda, nec ad similem quemcunque sanctorum cultum, in Catholicorum territoriis adigi possint (*c*), nec *impietas erga defunctos* aestimari queat ex principiis blasphemiae et sacrilegii (*).

(*a*) *Aug. Conf. art.* 21. *Apol. A. C. art.* 9. *Pie defunctorum* memoria non nisi in exemplum vitae et virtutum commendatur, perinde vt inter primaevos Christianos *martyrum memoria* hoc solo fine commendata est.

(*b*) *Instr. Pac. Osn. art. V.* §. 48. Mirum est, contrarium potuisse in mentem venire *Ge. Christ.* NELLERO in *diss. de feriis P. I.* §. 6. *n.* 7.

(*c*) *Pax relig. de a.* 155. §. 17. B. Parens in *iur. eccles. lib.* 3. *tit.* 45. §. 8.

(*) HOMMEL *Rhapsod.* quaest. T. I. obs. 246.

TIT. XI.

DE IVRE CIRCA VOTVM ET IVSIVRANDVM.

(Lib. III. T. 34. *de voto et voti redemtione.* Lib. II. Tit. 24. *de Iureiurando*).

ARGVMENTVM.

§. 326. *Voti indoles.* 327. *Voti realis et perſonalis obligatio.* 328. *Ius circa illud diſponendi.* 329. *Iuramentum,* 330. *aſſertorium et promiſſorium.* 331. *Quomodo praeſtandum.* 332. *Eius vis et poteſtas.* 333. *Obligatio eius religioſa.* 334. *Eius vis in confirmandis actibus validis,* 335. *et in actibus non obligatoriis. Intuitu prohibitorum eſt nullum.* 336. *De iuramento vi et dolo expreſſo.* 337. *Abſolutio a iuramento.* 338. *Quatenus eius obligatio ad heredes tranſeat?* 339. *Periurium.*

§. 326. VOTVM eſt *pollicitatio Deo facta de aliquo praeſtando* (*). Voti, deliberato animo de re licita praeſtiti, obligatio ſua natura *interna* eſt (*a*): quae tamen deficit ob vitium in *obiecto* et ob defectum in *poteſtate vouendi* (*b*).

(*) *Dan.* NETTELBLADT *de pollicitatione in ſpecie ſic dicta.* Hal. 1779. *Joh. Chriſti. Frid.* MEISTER *über die Pollicitationen u. Gelübde, nach den Grundſſ. des Naturrechts u. d. geſetzgeb. Klugheitslehre.* Berl. u. Stralſ. 1781.

(*a*) *Chriſt.* WOLF, *in iure Naturae tom.* III. §. 964. *ſ.* [Deſtinatio ſola vel animi propoſitum ad id non ſufficit. c. 3. X. *de voto et voti redemt.* PVFENDORF obſ. III. obſ. 175.

(*b*)

(*b*) *In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod in caute vouisti, ne facias.* c. 5. C. 22. qu. 4. Conf. c. 1. et 15. *eod.* c. 1. 2. 3. 6. C. 33. *qu.* 5. Conf. *Augustana Confessio art. XXVII.*

§. 327. *Votum* ratione obiecti, vel REALE est, quod *de re in gratiam tertii praestanda*, vel PERSONALE est, quod de *facto, solum vouentem concernente, praestatur.* Hoc iterum vel *solenne* est, quod praescriptis ad id solennitatibus fit (*a*), vel *minus solenne*, quod absque his emittitur. Obligatio voti *realis*, iure ciuili et canonico firmata, *perfecta* est: ac tertio competit ius, rem voto promissam a vouente eiusque heredibus exigendi (*b*). Votum *personale* ex iure Canonico intuitu *solius vouentis* vim obligandi habet (*c*): inter Protestantes intra fines internae obligationis subsistit (*d*).

(*a*) *Quod solennisatum est per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem religiosam* c. *vn. de Voto et voti redemt. in* 6. ESPEN. *iur. eccl. P. II. S. I. tit.* 13. *c.* 6. *tom. I. p.* 582.

(*b*) L. 2. *pr. et* §. 2. D. *de Pollicitat. si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur; quae res personam vouentis, non rem, quae vouetur, obligat. -- -- -- Voti obligationem ad heredes transire constat.* c. 6. X. *de his quae metusue caussa fiunt.* c. 6. X. *de testamentis.* c. 18. *de Censib.*

(c) c. 6. X. *h. t. Anacl.* REIFFENSTVEL *in iur. Can. lib.* 3. *tit.* 34. *n.* 4. *tom.* III. *p.* 866.

(*d*) B. Parens in *iur. eccles. lib.* 3. *tit.* 34. §. 18. 21.

§. 328. Voti obligatio subiecta est *potestati* et *iurisdictioni ecclesiasticae.* Vi eius 1) *ir-*

 ritum

ritum declarari poteſt votum, ſi eſt *invalidum* (§. 326.) (*a*), 2) *Tolli* dicitur votum, ſi obligatio voti *validi* ex iuſta cauſa diſſoluitur: veluti per abſolutionem, diſpenſationem, redemtionem, vel per immutationem (*b*): cuiusmodi poteſtas *Pontifici* et *epiſcopis* vindicatur (*c*).

(*a*) c. 16. C. 33. *qu*. 5. REIFFENSTVEL l. c. p. 497. GIBERT *in Corp. I. C. P. II. p.* 407. 460.
(*b*) *c*. 1. 2. 5. 8. 9. X. *de Voto et voti red.*
(*c*) *c*. 2. X. *eod.* Quinque vota *Pontifici* reſeruata recenſentur in c. 5. *Extrav. comm. de poenitent. et remiſſ.* *c*. 9. X. *de Voto.*

§. 329. IVSIVRANDVM eſt aſſeueratio religioſa, qua *quis Deum inuocat tamquam teſtem veri et vindicem, ſi ſciens fefellerit.* Per iusiurandum 1) Deo *cultus* praeſtatur: eidem vero 2) *votum* ſua natura non ineſt; quamquam ei accedere poſſit, ſi quid ſimul Deo promittatur v. c. ſub formula: *voueo et iuro.*

(*) *I. F.* MALBLANC *doctrina de iureiurando e genuinis legum et antiquitatis fontibus illuſtrata.* Norimb. 1784. 8.

§. 330. Iusiurandum ratione *obiecti* eſt vel *aſſertorium*, quod de *veritate nude aſſertorum*, vel *promiſſorium*, quod de *veritate promiſſorum et de promiſſis ſeruandis* praeſtatur.

§. 331. Ratione *iurantis* tres comites habere debet (*a*), 1) *iudicium*, vt iurans *vim eius* et *rem*, de qua iurat, cognitam habeat (*b*), eoque

eoque nomine aetas *XIV. annorum* ad iurandum idonea praeſumitur (*c*): 2) *veritatem*, vt actu praeſtetur ſecundum mentem eius, qui id exigit (*d*): 3) *iuſtitiam*, vt nec contra leges, nec contra ius tertii praeſtetur (*e*).

(*a*) c. 26. X. *de iureiur.* c. 2. C. 22. *qu.* 2. [*Ern. Henr.* Bose de *tribus iurisiurandi comitibus.* Lipſ. 1751.]

(*b*) c. 20. c. 25. X. *eod.* Hinc vtilis eſt *certioratio iurium*, de quibus iuratur, maxime intuitu perſonarum, quibus ius ignorare licet. Eius *defectus* vero vim iuramenti non tollit, ſi illa iuranti cognita et intellecta eſſe aliunde conſtat. *Frid. Eſ.* Pufendorfii *obſ. iur. tom. I. obſ.* 43. §. 3. 5. 6.

(c) c. 14. 15. C. 22. *qu.* 5. Ad iudicialia iuramenta iure particulari paſſim aetas XVIII. *annorum* deſideratur Berger *El. diſc. for.* p. 532. Wernher *obſ. for. P. II. obſ.* 346. [*Henr. Chr.* Gerdes d. *ad Auth. de Sacramentis puberum.* Walch. d. de *iurantis legitima aetate.* Malblanc l. c. §. 9.]

(*d*) c. 9. C. 22. *qu.* 5. [Stryk *de cautelis iuramentor.* P. III. p. 342. ſ.]

(*e*) c. 18. c. 28. X. *de iureiur.* [*I. H.* Boehmer *ius eccl. Proteſt.* l. II. t. 24. §. 24.]

§. 332. Vis et poteſtas iurisiurandi conſiſtit in *inuocatione Dei in teſtem et vindicem* falſiloquii vel perfidiae (*a*). Iuramentum ergo 1) praeſtari poteſt per quaelibet verba, *vim iuramenti* experimentia, etiam per ſolum verbum *iuro* (*b*): nec 2) intereſt, vtrum *ore* an *ſcriptis*, vtrum ab *ipſo iurante* proferantur, an *eius nomine et ex eius mandato ſpeciali* ab alio; cuiusmodi iuramentum *in alterius animam* vocatur (*c*). E contra 3) iuramentum non conſti-

ſtituunt verba, *vim eius non exprimentia*, ad *certitudinem* tamen *veritatis* conteſtandam comparata, quales ſunt aſſeuerationes, quantumuis religioſae, per res ſacras, vel nobis gratiſſimas, ſub fide generoſa, vel ſub fide dignitatis eccleſiaſticae factae (*d*), vel quibus quis ſe *refert* ad teſtimonium diuinum, Deum vero teſtem non inuocat; quamuis eiusmodi aſſeuerationes *in iuramentum* tranſeant, ſi quis *iurare* per illas res ſe aſſeuerat. Denique 4) a iuramentis differunt *imprecationes* et *execrationes*, quibus quis ſe aliosque diris impie deuouet (*e*).

(*a*) *Jac. Frid.* LVDOVICI de *ſolennibus Iuramentorum. Gundlingiana P. IV. n.* 2. *p.* 311 *Io. Frid.* IVGLER *de ritu tangendi SS. Euangelium in iureiurando.*

(*b*) *In c.* 4. X. *de iureiur.* probatur formula: *Ita me Deus adiuuet et Sancta eius Euangelia:* quae et inter *diuerſae religionis conſortes* lege publica praeſcripta eſt in *R. I. de a.* 1555. §. 107. [LEYSER *med. ad* ff. ſp. 172. m. 2. HOMMEL *Rhapſ. quaeſt.* obſ. 598. extr.]

(*) HARPPRECHT *de iureiurando ſcriptura praeſtito*, LEYSER *med. ad* ff. ſp. 171. cor. 3. HOMMEL *Rhapſ. quaeſt.* obſ. 274. 298.

(*c*) *c.* 6. 7. X. *de iuramento calumniae c.* 3. *eod. in* 6. *c.* 2. *de teſtibus in* 6. *Io. Flor.* RIVINVS *de iureiurando in alterius animam* §. 22. *Gundlingiana P. IV. n.* 3. *p.* 335. [Hoc iuramenti genus impugnauit *Juſt.* OLDECOP d. *de iuramento in alterius animam.* Brem. 1662. 4. cuius argumenta eneruare ſtuduit *Gerh.* FELTMANN in d. eiusd. tit. Duisb. 1667. 8. et in Opp. T. II. Cf. MALBLANC §. 94. p. 381. ſ.]

(*d*) Huiusmodi obteſtationes pro *iuramentis* habet *Sam. de* COCCEII in *iure controuerſo p.* 617. [*F. S.* WILLENBERG *de dubiis iuramentorum formulis.* Ged. 1702. DU FRESNE *Gloſſ. m. et inf. L.* v. *Iuramentum.* LUDEWIG in *Comment. ad A. Bull.* P. I. p. m. 121. LEYSER *medit. ad* ff. Sp. 135. m. 5.]

(*e*)

(*e*) Iuramentum, cui iunguntur execrationes, vocatur *execratorium*, quale ſolet eſſe *iuramentum Iudaeorum*. In *inuocatione Dei in vindicem* perperam quaeritur *execratio*: aliud enim eſt, ſe *ſubiicere vindictae diuinae*, quod Chriſtiani eſt; aliud vero, *ſibimet aliisue mala decernere*, quod eſſe debet a religione Chriſtiani alienum.

§. 333. Per inuocationem Dei in teſtem et vindicem, tamquam per *noua motiua*, inducitur *obligatio iurisiurandi* agnita firmataque iure Canonico, conſtituto principio, *iusiurandum ſervandum eſſe, quod non vergit in diſpendium ſalutis vel in praeiudicium tertii* (*a*). Datur inde ex iureiurando *actio* et *exceptio* (*b*).

(*a*) c. 28. X. *de iureiur.* c. 2. *eod. in* 6. c. 2. *de pact. in* 6.

(*b*) *cap.* 6. 28. *X. de iureiur.* c. 2. c. 3. *eod. in* 6. B. Parens in *iur. eccl. lib. II. tit* 24. §. 34.

§. 334. Itaque I. ex iureiurando, quo *conventio valida* confirmatur, *noua* huic accedit obligatio, quae *naturam ſequitur obligationis*, ex ipſa conuentione deſcendentis. Cuius conſequens eſt, vt 1) iuramentum produci nequeat vltra *limites conuentionis* (*a*), 2) eidem *tacite* inſint *conditiones* omnes, quae *conuentioni* inſunt (*b*); et 3) ſublata *obligatione ex conuentione*, velut per eius remiſſionem, ſublata cenſeatur *obligatio ex iuramento* (*c*).

(*a*) c. 20. 35. X. *de iureiur.*

(*b*) c. 3. 25. 29. *X. eod.*

(*c*) c. 2. X. *de ſponſalibus.*

§. 335.

§. 335. II. Actus, in *fauorem debitoris* tantum *inualidi* et *non obligatorii*, interueniente iuramento, tamquam ex *noua caufa obligandi*, *validi* et *obligatorii* efficiuntur (*a*). III. Actus vero, in *vtilitatem publicam* pro *inualidis* declarati, ex iureiurando, quod eis accedit, *vim obligandi* non recipiunt (*b*), perinde vt ea, quae *aduerfus leges* vel *ius tertii* promittuntur (*c*).

(*a*) c. 28. *X. de iureiur.* c. 2. *eod. in* 6. c. 2. *de pactis in* 6. *Jo. Mich.* Rotermvndt *de iureiurando actibus inualidis adiecto.* Erford. 1737. §. X. *Dav. Ge.* Strvben *Rechtliche Bedenken tom. I. N. XXIV.* [*Iac. Frid.* Lvdovici *de genuino intellectu brocardici civilis: omne iuramentum feruandum effe, quod falua falute aeterna feruari poteft.* Hal. 1705. Kaiser de *efficacia iurisiurandi in actibus inualidis et illicitis* Gieff. 1736. Malblanc l. c. L. V. §. 118. p. 507. In eo eft ibi auctor celeb. vt omnem iure Canonico in hoc argumento auctoritatem detrahat et rationibus male fanis niti diftinctionem inter *actus ob falutem publicam et ob fauorem tantum agentium* inualidos, oftendat. Recte fane, fi nihil amplius quam nimiam extenfionem c. 28. X. h. t. vrgeret; non item, fi omnem ex hoc vim iuris Canonici negaret. Confentit Feverbach *Grundff. d. Criminalrechts* p. 366. Tollendam effe, nemo cordatus fane inficias ibit, et fufficere poffe in cafibus allegatis *minorum* et *feminarum* certiotationem in fcriptis factam et fubfcriptam oftendit Schmidt Phiseldeck *üb. d. Eid* (Helmft. 1793.) p. 53. 54. 55.]

(*b*) c. 1. c. 27. c. 33. *X. de iureiur.*

(*c*) c. 18. X. *de iureiur.* c. 12. X. *de foro compet.* c. 18. X. *de teftib.* c. 4. X. *de teftib. cogend.* c. 1. *de iureiur. in* 6. c. 58. *de reg. iur. in* 6.

§. 336. Ex iuramento, *vi metuque vel dolo elicito*, ius acquiri nequit ei, *cui iuratur*; ideoque deficit *obligatio iurantis* (*a*) (§. 331.). Idem

Idem dicendum eſt de promiſſo iurato, quod ex parte eius, *cui iuratur*, ſine *turpitudine* ſeu *violatione legis* acceptari non potuit (*b*). In vtroque tamen caſu opus eſt *cauſae cognitione* et ſententia, qua illud *nullum* eſſe declaratur.

(*a*) In c. 28. X. *de iureiur.* et in c. 2. *de pact. in* 6. iuramenti obligatio tum demum adſtruitur, ſi *ſine metu et dolo ſponte* praeſtitum eſt. *Cautelae* loco tamen *abſolutio* exigitur in c. 2. *et* 8. X. *de iureiur.*

(*b*) Quale eſt iuramentum de *vſuris illicitis* praeſtandis. Cum in his ſoluendis a debitore non peccetur, peccetur vero a *creditore* in iisdem accipiendis: Ius Canonicum, *iuramento* quidem *per ſolutionem vſurarum* ſtandum eſſe, *ſolutas*, vero mox iure *repeti* poſſe, decernit in c. 6. *X. eod.* Rectius dicendum eſt, obſtare exceptionem *doli*. *Dolo enim facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem* c. 59. *de regul. iur. in* 6.

§. 337. *Abſolutio a iuramento* I. in ſenſu *generali*, perinde ac *abſolutio ab actione*, accipitur pro declaratione iudiciali; iurantem ex iuramento, *tamquam inualido*, non obligari (*a*). II. In ſenſu *ſpeciali* eſt relaxatio ſeu liberatio a *vinculo iurisiurandi*, auctoritate publica facta. Haec iuſte non decernitur, niſi ex cauſis, ex quibus ei, *cui iuratum eſt*, inuito *ius quaeſitum* adimi poteſt, veluti 1) ob ius, ipſum eodem *priuandi* (*b*), vel 2) ob ius, conuentionem iuratam ex cauſa *ſalutis publicae* reſcindendi. Poteſtas decernendi abſolutionem in vtroque ſignificatu eſt *iurisdictionis*, et quidem *eccleſiaſticae* (*c*), ſi de

cauſa

causa ecclesiastica, vel *secularis*, si de causa seculari iuramentum praestitum est (*d*). Spurium et periculosum eius fundamentum est, quod ab *effi*c*to vicariatu Christi* repetitur (*e*).

(*a*) Hoc sensu is, qui *nullius iuramenti vinculis constringi* potuit, *absoluendus* esse dicitur *in c.* 2. X. *de iureiur.* Inde invaluit *absolutio a iuramento ad effectum agendi*, de qua scripsit *Ge. Ad.* STRUVIUS. Conf. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 24. §. 52. STRYK de *cautelis iurament. meletem.* III. *c.* 2. § 27. *sq.*

(*b*) veluti per declarationem in bannum. Conf. FABRI *Staats-Canzley tom. VI. p.* 622. *tom. XIII. p.* 670. [MOSER *RHofr. Process* p. 505.]

(*c*) *c.* 2. 8. 18. X. *de iureiur. c.* 13. X. *de iudic. c.* 3. *de foro comp. in* 6. *Const. Elect. Sax. P.* II. *Const.* 36. CARPZOV. *in iurispr. for. P.* II. C. 36. *def.* 1. BERLICH *P.* II. *concl.* 44. 1. 11. *f.*

(*d*) *Ordinat. Camer. P.* 2. *tit.* 24. *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 164. *in f. Henr.* PIRHING in *iur. Can. lib.* 2. *tit.* 24. §. *vlt. p.* 473. *Io. Mich.* ROTERMVNDT *l. c. cap.* 1. §. 4. 5. 6. *Diet. Herm.* KEMMERICH de *potestate relaxandi iuramentum* §. 13.

(*e*) de quo egi in *obs. iur. Can. obs.* II. [Vid. omnino MALBLANC p. 518. s.]

§. 338. Obligatio *ex iureiurando* adstricta est ad *personam iurantis*, nec vi sua ad *iurantis heredes* transit. Transit tamen ad heredes ex *natura conuentionis*, quae iuramento promissorio inest, siue hoc accedat ad conuentionem validam *confirmandam*, siue per illud *constituatur* noua obligatio (*a*) (§. 334. et 335).

(*a*) *c.* 6. X. *de testament. Anacl.* REIFFENSTVEL *in iur. Can. lib.* 2. *tit.* 24. §. 3. *n.* 102. *tom.* II. *p.* 335. WERNHER *obs. for. P. IV. obs.* 151. *n.* 228. STRYK *de success. ab int. diss.* VIII. *c.* 10. §. 76.

§. 339

§. 339. *Periurium* eſt doloſa violatio obligationis, ex iureiurando deſcendentis (*). Periurii reus eſt 1) tum qui *ſciens* falſum loquitur, dum iurat: quod eſt proprie *peierare*: tum 2) qui *fidem*, iurato datam, fallit (*a*). Peierat ergo, qui *reſeruationibus mentalibus* vſurus, falſum loquitur (*b*).

(*) Haec definitio praecipue quidem ad ſecundum genus periurii attinere videtur; nec tamen alterum excludit. Cf. FEVERBACH *Lehrb. d. peinl. Rechts* §. 453. In legibus autem ad compeſcenda periuria tendentibus maxime ratio habetur iurisiurandi aſſertorii, de quo unice fere intelligenda ſunt, quae vnquam ad vindictam periurii fuere conſtituta. Cf. MALBLANC. §. 13. 19. 96 - 98.

(*a*) c. 1. 3. C. 22. *qu.* 2. *c.* 8. 28. X. *de iureiur.*

(*b*) *c.* 9. C. 22. *qu.* 5.

SECTIO.

SECTIO II.

DE IVRIBVS CIRCA MATRIMONIVM.

Tit. I.

DE CAVSIS MATRIMONIALIBVS IN GENERE.

ARGVMENTVM.

§. 340. *Origines iurisdictionis ecclesiasticae in causis matrimonialibus.* 341. *Quousque ecclesiae acquisita?* 342. *Seruata inter Protestantes.* 343. *Fontes decisionum in causis matrimonialibus.*

§. 340. Causae matrimoniales sunt *ecclesiasticae*, quatenus *potestati et iurisdictioni ecclesiasticae* subsunt. Huic subesse coeperunt ex *rationibus specialibus*. *Prima* est ex *confoederata Christianorum disciplina*, de causis matrimonii ex iure diuino praeceptisque Christi et Apostolorum aestimandis (*a*); et ex more matrimonium profitendi *apud ecclesiam* (*b*). *Altera* est ex forma matrimonii ecclesiastica, *benedictione* videlicet *sacerdotali*, obseruantia pri-

mum, deinde legibus imperatorum ſec. VIII. et IX. conſtituta (*c*). *Tertia* ex indulgentia imperatorum, qua cauſas matrimoniales tum in conciliis definiri, tum in eccleſia iudicari permiſerunt. Acceſſit *quarto* tum typus matrimonii, ſub cuius imagine *coniunctio Chriſti cum eccleſia* repraeſentata eſt, tum denique erroneum de *ſacramento matrimonii* dogma, ex Auguſtini interpretum et ſcholaſticorum opioninibus medio aeuo natum (*d*).

(*a*) *Joſ.* BINGHAM *antiquit. eccleſ. lib.* XXII. *cap.* 2. 3. 4. *Ge. Ernſt. Lud.* PREVSCHEN tr. *daſs ein Catholiſcher Landesherr in Ehe und Kirchen-Sachen Evangeliſcher Unterthanen zu erkennen nicht befugt* §. 52. 59. 91.

(*b*) TERTVLLIANVS *ad vxorem lib.* 2. *c.* 9. *Vnde ſufficiam ad enarrandam tantam felicitatem matrimonii, quod eccleſia conciliat, et confirmat oblatio, et obſignat benedictio, angeli renunciant; pater ratum habet.* Idem de *pudicitia c. IV. Penes nos occultae quoque coniunctiones, id eſt, non prius apud eccleſiam profeſſae, iuxta moechiam et fornicationem iudicari periclitantur.* [Vt omnem calumniandi anſam gentilibus eriperent veteres Chriſtiani, et moechos et adulteros penitus a communione ſua arcere poſſent, de cohabitatione vtriusque ſexus maximopere erant ſolliciti. Inde mos introductus matrimonia per *declarationem conſenſus coram defenſore eccleſiae* ineundi, quem olim confirmauit Juſtinianus Imp. ſed poſtea rurſus abrogavit. Nov. 117. c. 4.]

(*c*) In *oriente* per Novellam Leonis LXXXIX. in *occidente* per leges CAROLI M. quas recenſet B. Parens *in iur. eccleſ. lib.* 4. *tit.* 3. §. 25.

(*d*) Nouum hoc dogma eſſe, *docet M. A. de* DOMINIS de *republ. eccl. lib. V. c.* 11. [*Concil. Trid. Seſſ.* XXIV. *c.* 1. *de Sacram. matrim.* CORVINVS *ius Can.* l. II. t. XI.]

§. 341. Inde vero eccleſiae *iurisdictio* in cauſis matrimonialibus *tacito imperantium con-*

ſen-

ſenſu acquiſita, ſeculorumque vſu et *obſeruantia* ita firmata eſt, vt iam ſec. XII. pro *iure communi* habitum ſit, cauſas matrimoniales, *quoad matrimonium contrahendum diſſoluendumque concernunt*, eccleſiaſticas eſſe (*a*).

(*a*) c. 3. X. *de Ord. cognit.* c. 16. X. *de off. et poteſt. iud. deleg.* c. 7. X. *qui filii ſint legit.* c. 12. X. *de exceſſib. praelat.* vid. *Ord. Cam. P.* II. *tit.* 1. §. 3. *Rec. viſit. de a.* 1570. §. 7.

§. 342. Seruata eſt *eccleſiae Euangelicae* eadem Iurisdictio in cauſis matrimonialibus. *Vniuerſa eccleſia* hac vſa eſt in corrigendis, quae in his cauſis emendatione indigebant (*a*). Cauſae matrimoniales, ſub primitiis reformationis deciſioni *parochorum* permiſſae, deinde, ordinata eccleſiae politia, ad *iudicia eccleſiaſtica* delatae ſunt (*b*). Itaque 1) cauſae matrimoniales, quatenus *iudiciales* ſunt, ad *conſiſtorium* (*c*), quatenus 2) vt *definiendae* et in vtilitatem eccleſiae determinandae ſpectantur, ad iura *reſeruata regiminis eccleſiaſtici* principum Euangelicorum pertinent (§. 172.).

(*a*) vt in *Auguſtana Confeſſ.* art. 23. et in *Articulis Smalcaldicis* tit. de poteſt. epiſcop.

(*b*) Formula de gubern. eccleſ. a. 1545. apud SECKENDORFIVM in *hiſt. Luth.* lib. 3. p. 534. *Sciunt omnes, negotia coniugii magnam partem eſſe vitae humanae, et incidere tam multas et tam varias controverſias, vt ad cognitiones negotiorum coniugalium ſit opus peculiari iudicio ſeu peculi-*

culiari decuria iudicum. Nec fieri poteſt, vt ſinguli paſtores in eccleſiis tantum eruditionis et iudicii habeant, vt has controuerſias recte diiudicare poſſint. — — Ideo neceſſe eſt, in locis certis opportunis conſiſtoria conſtituere, quae cognoſcant et diiudicent controverſias matrimoniales Chriſtianis ſententiis. Conf. *Mich. Henr.* Reinhardus *de ſtatu cauſarum matrimonialium tempore reformationis* diſſ. poſter. §. 4. 7. 8. *Eſ. Frid.* Pufendorfii *obſ. iur. vniv. tom. I. obſ.* 166.

(c) *Mart.* Schrader *de cauſis fori eccl. c. I. tit.* 1. [*C. W.* Robert *üb. den Begrif der Ehe* (Frf. u. Leipz. 1787.) §. 17. f. Non deſunt tamen exempla territoriorum Proteſtantium, in quibus cauſae matrimoniales non in Conſiſtoriis, ſed coram aliis tribunalibus, quibus eae peculiari nomine delegatae ſunt, diiudicantur; veluti in Comitatu *Hanouiae* in Curia prouinciali (Ledderhose l. c. §. 193.); in ducatu Wirtembergiae coram collegio ſingulari ſub titulo *des Ehegerichts.* Pariter in terris Boruſſicis cauſſae matrimoniales in totum Conſiſtoriis ademtae et judici ſeculari vbique demandatae ſunt.]

§. 343. Cauſae matrimoniales inter Proteſtantes iudicantur 1) ex iure *diuino*, 2) ex libris *ſymbolicis*, 3) ex legibus eccleſiaſticis *particularibus*; 4) in ſubſidium ex iure *Canonico* (*a*). Inter Catholicos *Concilium Tridentinum* praeterea normam conſtituit, qua multum derogatum eſt iuri Canonico.

(*a*) Quaerunt nonnulli inter Proteſtantes in variis articulis iuris *reliquias ſacramenti in matrimonio*, vt *Io. Sam.* Strykivs in ſpecial. diſſert. ſed praeter rem, cum pro talibus haberi nequeant, quorum rationes *aliunde*, quam ex ſacramenti indole, intelliguntur. *Mich. Henr.* Gribnervs in diſſ. *de his quae ex iure proteſtantium matrimoniali ad reliquias ſacramenti perperam referuntur.* [Strykii ſeu potius reſpondentis. . . . *Odelem* diſſ. prodiit. *Halae* 1704. quam contra cum quaedam monuiſſet *Loeſcherus* in *Unſchuld. Nachrr.* d. a. 1705. p. 118. f. et *Gribnerus* in diſſ. l. iis obuiam ire niſus eſt dictus reſpondens in *Apologiae ſuae diſſ.* a. 1716. Eandem deinde materiam tractarunt *Chr.* Thomasivs d. *de fundamentis definiendi cauſas matrimoniales. Io.* Hevmann *de fontibus legum connubialium*, in *Exercitt. iur.* T. II. n. 2. et *Aug. Lud.* Schott in *obſſ. de legibus connubialibus.* Erl. 1782. Conqueſtus erat *Thomaſius* de defectu principiorum in definien-

finiendis caufis matrimonialibus Proteftantium; in quo eum redarguit. HOFFMANN, in d. de *fundamento variantium in doctrina de matrimonio principiorum.* De universo autem argumento commentatores recentiores funt: *A. L.* SCHOTT *Einleitung in das Eherecht.* Nürnb. 1786. *F. G. A.* LOBETHAN *Einleit. zur theoret. Eherechtsgelahrtheit.* Halle 1785. 8. *Io. Andr.* HOFFMANN *Handbuch des Deutfchen Eherechts.* Jena 1789. *Chph. Chrifti.* DABELOW *Grundff. des Eherechts des Deütfchen Chriften.* Halle 1792. Ex antiquioribus huc fpectant prae ceteris *Didacus* COVARRUVIAS *a* LEYVA *de fponfalibus et matrimonio.* Antverp. 1538. f. *Paulus* CYPRAEVS de *jure connubiorum.* Frf. 1605. *Th.* SANCHEZ de *fancto matrimonii facramento.* Norimb. 1706. *Io.* GVTIERREZ *quaeftiones canonicae circa fponfalia.* Norimb. 1617. *Joach. a* BEVST de *iure connubiorum et fponfalibus,* Frf. 1591. Viteb. 1688. *Io.* CHRISTENIVS *de caufis matrimonialibus differtationes.* Arnh. 1663. 8. *Henr.* BRÜCKNER *decifiones iuris matrimonialis.* . . . . *Jo.* KVGLER *de Sponfalibus et de matrimonio tractatus theol. can.* Norimb. 1713. f. Quod leges particulares attinet, huc imprimis facit *Ioh. Ge.* HARTMANNI liber, *Ehegefetze des Herzogth. Wirtemberg in einem vollftändigen Auszug aller ältern u. neuern, dahin einfchlagenden VerOO.* qui eft T. I. *der Geff. d. Herz. Wirtemberg.* Stuttg. 1791. et *Allgem. Gefetzbuch für die Preuff. Staaten.* T. II.]

TIT. II.

DE MATRIMONIO CONTRAHENDO.

(Lib. IV. Tit. I. *de Sponfalibus et matrimoniis*).

ARGVMENTVM.

§. 344. *Matrimonium naturaliter et civiliter tale.* 345. *In eo contrahendo quaenam interueniant?* 346.

346. Eius incapaces, 347. Liberum id ineundi ius, Eius impedimenta. 348. Modus illud contrahendi 1) in genere, 349. 2) in specie secundum ius Can. Concilium Trid. et ius Protestantium. 350. Ratum matrimonium, 351. Rati et legitimi species, 352. Exemplum speciale legitimi et non rati, 353. Consummatio eius per solennitates nuptiales, 354. Iura circa Benedictionem sacerdotalem, 355. et circa proclamationem. 356. Matrimonium publicum et clandestinum. 357. Matrimonium conscientiae. 358. Concubinatus.

§. 344. MATRIMONIVM est *societas maris et feminae, liberorum procreandorum et educandorum caussa secundum formam lege praescriptam contracta.* Finis eius tum 1) ad sobolis procreationem et educationem (*a*), tum hoc nomine simul 2) ad *indiuiduam vitae consuetudinem* tendit (*b*). *Ciuiliter* pro matrimonio habetur coniunctio maris et feminae, *indiuiduam vitae consuetudinem continens*, sub *forma matrimonii* contracta: etiamsi spes sobolis procreandae exulet (*c*).

(*a*) c. 12. C. 31. *qu.* 1. c. 6. C. 32. *qu.* 2.

(*b*) c. 11. X. *de Praesumt. Vitae consuetudo* in communicatione officiorum omnium, vsus rerum, et casuum secundorum ac adversorum consistit; vt talem vxor se in omnibus exhibeat viro, qualis ipsa sibi est, et e conuerso. c. 3. C. 27. *qu.* 2.

(*c*) c. 4. X. *de frigidis et maleficiat.* ibi: Romana *ecclesia consuevit in consimilibus iudicare, vt quas tamquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.* c. 5. *eod.* [Cf. HOMMEL *Rhaps. quaest.* obs. 391. SCHOTT *Eherecht* §. 66. *Io. Bapt.* ANTHES *Gedanken vom Zwecke der Ehe.* Frf. 1774. ROBERT *üb. den Begriff der Ehe.* Abth. I. §. 4. p. 19. s. HVGO *Lehrb. des Naturrechts* ed. 2. §. 176. s.]

§. 345. Matrimonium I. *contrahi* dicitur, per *legitimam declarationem consensus mutui maris et feminae in matrimonium iam actu inuicem ineundum* (*a*); isque *consensus matrimonialis* vocatur. Praecedunt illud SPONSALIA, quae sunt *conuentio maris et feminae de matrimonio inuicem contrahendo* (*b*). *Consensus sponsalitius* est, qui in futurum matrimonium ineundum dirigitur, quo hoc *initiari* censetur. Denique II. *consummari* dicitur matrimonium, dum interueniunt, quae tum ex natura rei tum ex legis dispositione desiderantur ad finem matrimonii obtinendum; scilicet *solennitas nuptialis* et *coniunctio carnalis*. Ad *illam* pertinet 1) BENEDICTIO SACERDOTALIS, qua *sacerdos desponsatos, consensum matrimonialem in praesentia testium coram se edentes, inter preces et benedictionem iungit*: 2) PROCLAMATIO, quae est *denunciatio matrimonii contrahendi publice in ecclesia facta, annexo termino congruo, intra quem impedimenta legitima opponere cuilibet integrum sit* (*c*) (§. 353. 354. 355.)

(*a*) c. 25. X. *de Sponsalibus* ibi: *matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri et mulieris consensum* c. 14. X. *de desponsat. impub.* c. 2. C. 27. *qu.* 2.

(*b*) c. 3. C. 30. *qu.* 5. ibi: *sponsalia futurarum nuptiarum sunt promissio.* c. 2. X. *de Sponsal.*

(*c*) c. 1. 5. C. 40. *qu.* 5. c. 3. X. *de Clandestina desponsat.* c. 5. X. *de digamis non ordinandis* c. 7. X. *de Conuersione coniugat.*

§. 346.

§. 346. Matrimonii contrahendi *capaces* ſunt qui *generandi* potentia pollent et facultate *conſentiendi*; ideoque nec ſurdi et muti excluduntur (*a*). Eius contrahendi *incapaces* ergo ſunt, 1) *impuberes* (*b*), niſi generandi potentia aetatem antevertat (*c*), 2) natura *impotentes* (*d*), et pari ratione *caſtrati* et *ſpadones* (*). Coniunctio tamen *ſcientis* cum *impotente* contracta (*e*), vel etiam cum *caſtrato* ex *diſpenſatione* celebrata, *ciuiliter* pro matrimonio habetur (*f*) (§. 365.): eodemque iure cenſentur matrimonia ſenum (*g*).

(*a*) c. 23. 25. *de Sponſal.*

(*b*) c. 8. 10. 11. X. *de deſponſatione impuberum.* [*Conr. Phil.* Hoffmann *de aetate iuuenili contrahendis ſponſalibus et matrimonio idonea.* Regiom. 1743.]

(*c*) c. 3. c. 14. X. *eod. c. vn.* §. 1. *eod. in* 6.

(*d*) c. 3. X. *de frigid. maleficiat. et impotentia coeundi.*

(*) item mulieres nimis arctae, c. 6. X. *de frigid. et malefic.*

(*e*) c. 4. 5. X. *eod.* [Cf. Hommel *Rhapſ. quaeſt.* T. II. obſ. 391. inpr. ibidem ſententiam Facult. Theol. et Iurid. Lipſ. a. 1764.]

(*f*) *Hier.* Delphinvs *de coniugio Eunuchorum.* Hal. 1685. reſp. I. B. Parens in *Iure Eccl. lib.* 4. *tit.* XV. §. 12. [Brückner *deciſ. matrim. c.* 11.]

(*g*) L. 27. C. *de nuptiis.* Stryk *in not. ad Brunnemanni ius eccleſ. lib.* 2. c. 17. §. 2. Carpzov. *Iur. eccl. lib.* 2. *dec.* 13. *n.* 23. *Conr. Phil.* Hofmanni tr. *de matrimonio ſexagenarii cum quinquagenaria.* Regiom. 1722. [*Ioſ. Lud. Ern.* Püttmann *de matrimonio ſenum.* Hal. 1782. Eisenhart *Kl. Schrift.* T. I. p. 125.]

§. 347. *Omnium et ſingulorum, qui matrimonii ſunt capaces, liberum eſt ius matrimonii in-*

eundi: nisi certis personis vel in totum vel in certo casu *ex speciali ratione* lege ademtum sit (*a*). IMPEDIMENTA MATRIMONII vocantur *rationes speciales, lege definitae, ob quas matrimonium contrahere non licet,* PRIVATA sunt, *quae ius coeuntium vel tertii concernunt,* PVBLICA sunt, *quae illud non respiciunt, sed vtilitatem publicam.*

(*a*) c. 23. X. *de Sponsalibus et matrim.*

§. 348. Ad matrimonium contrahendum *in genere* requiritur *mutuus consensus matrimonialis:* qui declarari etiam potest per procuratorem, modo hic speciali mandato instructus, nec reuocatus sit ante contractum matrimonium (*a*). Valide non contrahitur, vbi vel *deficit* consensus matrimonialis, vt in furiosis, mente captis, summe ebriis (*b*), vel vbi consensus tali *vitio* laborat, ob quod acquiri ius ex eo alteri non potest, si 1) *vi metuque* non vano (*c*), vel 2) *dolo* alterutrius contrahentis aut tertii ad consentiendum inductus (*d*); vel si 3) *error* interuenit circa personam eiusue statum ciuilem (*e*). Valido consensu *posthac* interueniente, quo metus, dolus et error purgatur, matrimonium conualescit (*f*).

(*a*)

(*a*) c. 9. *de Procuratoribus in* 6. De connubiis illustrium per procuratorem contractis vid. *I. Aug.* HELLFELD ad *Burch. Gotth.* STRUVII *iurisprud. heroic. P. II. c. V. Io. P. de* LUDEWIG *de matrimonio per procuratorem.*

(*b*) c. 26. C. 32. *qu.* 7. *c.* 24. X. *de Sponsal.* [*Ioh. Aug.* APEL s. respondens *Joh. Car.* GROSS de *causis matrimonii annullandi* (Lips. 1798.) S. I. c. 1. §. 20. 23.]

(*c*) c. 14. 15. 28. X. *de Sponsal.* c. 11. X. *de despons. imp.* etiamsi accesserit iuramentum (§. 336.) c. 2. X. *de eo qui duxit in matrim.* B. Parens in *I. E. lib.* 4. *tit.* I. §. 121. [KNORR *rechtl. Abh.* n. 2. APEL d. S. I. c. 1. §. 4. s. 6. et 11. n. 17. et ibi allegat. sentent. Consist. Lips. in c. a. 1788. decisa. Idem §. 15. de iuramento superueniente, de quo cf. CARPZOV. *iurisprud. Consist. l.* II. *def.* 28.]

(*d*) c. 26. X. *de Sponsalibus* [KAESTNER *de matrimonio ob dolum annullando.* Lips. 1727.]

(*e*) *c. vn.* C. 29. *qu.* 1. *c.* 4. X. *de coniug. Seruorum.* [Idem locum habet in *defectu virginitatis* a muliere dissimulato. CARPZOV *iurisprud. Consist. lib. II. def.* 187. et 193. quamvis obluctentur Canonistae ex *c. vn. c.* 29. *qu.* 1.]

(*f*) *c.* 21. X. *de Sponsal. c.* 2. X. *de eo qui duxit in matrim.*

§. 329. Matrimonium I. secundum *ius Canonicum* valide contrahitur *solo mutuo consensu matrimoniali sufficienter declarato* ideoque tam per verba hunc exprimentia, quae *verba de praesenti* vocantur (*a*), quam per *signa* et *facta* euidentia (*b*). II. Secundum *concilium* Tridentinum vero requiritur *declaratio consensus matrimonialis* coram proprio *parocho*, et coram duobus vel tribus *testibus* (*c*). III. Secundum *ius ecclesiasticum Protestantium* requiritur *publica declaratio consensus matrimonialis*, quae fit in ipso actu *benedictionis sacerdotalis*: siquidem praeceptum, de hac adhibenda, *interpretatione* et *obseruantia ecclesiastica vniuersali* per

per Germaniam perinde acceptum eſt, ac ſi poena nullitatis eſſet munitum (*d*).

(*a*) c. 25. 31. X. *de Sponſal.* c. 3. X. *de Sponſa duorum.*
(*b*) c. 30. X. *Sponſal.* c. 6. *de Condit. appoſit.*
(*c*) *Concil. Trid. ſeſſ.* XXIV. *de reformat. matrim. cap.* 1. Parochus proprius aeſtimatur intuitu vel *ſponſi* vel *ſponſae*, prout in alterutrius parochia celebratur. PROSPER Cardinalis LAMBERTINI in *inſtitutionibus eccleſiaſticis, inſtit.* XXXIII. *p.* 90. *Parochi praeſentiam moralem ſufficere*, declarant interpretes, hoc eſt, *vt intelligat, quid agatur, tametſi parochus inuitus et plane reluctans praeſens fuerit, modo omnia eo modo coram ipſo geſta ſint, vt certum de iis teſtimonium dare queat. Idem erit, ſi alium in finem et per dolum vocatus fuerit, aut caſualiter ibidem praeſens ſit, aut etiam quaſi tranſeat.* Verba ſunt ESPENII in *Iur. eccl. P. II. S. I tit. XII. cap. V.* §. 26. *tom.* 1. *p.* 568. *Aug.* BARBOSA *de Offic. epiſcopi Part. II. alleg.* 32. *n.* 85. 88. Haec declaratio coram *parocho* et *teſtibus* prorſus differt a *benedictione ſacerdotali*: quod non obſeruauit LEYSERVS *ſpec.* 298. *m.* 10. *p.* 116. *et ſpec.* 585. *p.* 203. 211. [CRAMER *Nebenſt.* T. XXX. n. 6.]
(*d* CARPZOVII *I. E. lib.* 2. *def.* 142. *Hier.* BRVCKNERI *deciſ. matrim. c.* 2. §. 16. *c.* 28. §. 9. WERNHERI *princ. iur. eccl. c.* 13. §. 13. B. Parens in *iur. Eccl. lib.* 4. *tit.* 3. §. 45.

§. 370, VERVM MATRIMONIVM eſt, *in quo contrahendo mutuus conſenſus matrimonialis actu interuenit* (*a*): idque tum RATVM eſt, *quod ex lege eccleſiaſtica valide contractum eſt inter Chriſtianos* (*b*), tum LEGITIMVM, *quod contractum eſt ſecundum praecepta legum ciuilium.* Vt ergo matrimonium *verum*, quod *iure Canonico* ratum eſt vi *ſolius conſenſus matrimonialis* inter Chriſtianos interpoſiti, non minus ſecundum *Concilium Tridentinum* vel ſecundum *ius eccleſiaſticum Proteſtantium* pro *rato* habeatur, formam, *vtroque iure* praeſcriptam, ſeruatam eſſe oportet.

(*a*)

(a) c. 25. X. *de ſponſal.*
(b) c. 7. *X. de diuert.* c. 14. *X. de conuerſione coniugat.*

§. 351. Poteſt vero matrimonium eſſe vel 1) *ratum* et *legitimum ſimul*, vel 2) *ratum tantum*, quamquam *non legitimum*, v. c. diſparagium (a), vel 3) *legitimum tantum*, quamquam *non ratum*, quale eſt Iudaeorum et infidelium matrimonium (b).

(a) c 1. *X. de ſponſal.* et ibi Boehmerum. Haud negligenda ſunt, quae de iuſta huius diſtinctionis aeſtimatione eiusque diuerſa informatione ſecundum b. auctorem et patrem I. H. Boehmerum pluribus differit ſaepe laudatus ROBERT l. c. Sect. II. §. 4. impr. p. 152. not. 183. et p. 107. n. 114.
(b) Gratianus ad c. 17. C. 28. *qu.* 1. *c.* 7. *X. de diuort.*

§. 352. Species matrimonii *legitimi* et non *rati* eſt inter Proteſtantes illud, quod ex *ſpeciali cauſa ciuiliter tantum* pro matrimonio habetur, dum ei effectus *ciuiles* tribuuntur, quamquam *forma eccleſiaſtica* deſit: prout contigit, ſi *ſponſalibus rite contractis* acceſſit copula carnalis; *copula ſacerdotalis* vero 1) vel ob *contumaciam* ſponſi abſentis vel 2) ob eius *mortem* aliumue *caſum fortuitum* interuenire nequit. Tum enim ob ius ſponſae et ob ius liberorum ex ea natorum *matrimonio vero* tribuuntur *effectus ciuiles*; et in *priori* caſu matrimonium ad inſtantiam ſponſae *per ſententiam iudicialem* pro legitimo, ratione *effectuum*

ciui-

ciuilium, declaratur: ita tamen, vt contumax, ſimulac ejus copia haberi poteſt, ad copulam ſacerdotalem recipiendam adigatur (*a*): in *altero* caſu vero effectum ſaltem habet ratione prolis legitimae (*b*); et *liberi*, nati *ex ſponſa*, legitimi habentur (*c*).

(*b*) Praeiudicium adfert *Eſ. Frid.* PUFENDORFIUS *obſerv. iur. vniv. t. I. obſ.* 210. *p.* 537. [T. IV. 245. p. 512. Aliud Conſiſtorii Gryphiswald. allegat. BALTHASAR *ius eccl. paſt.* T. I. p. 500. Cf. omnino ROBERT *üb. den Begriff der Ehe* Sect. III. §. 9. p. 197.]

(*b*) *Hier.* BRUCKNER *deciſ. matr. c.* 28. §. 15.

(*c*) *L.* 22. C. *de nuptiis. Nov.* 117. c. 4. *in f.* Etiam *iure canonico* parentes matrimoniali conſenſu iunctos eſſe ſufficit, vt partus ſit legitimus c. 12. X. *qui filii ſunt legitimi.* BERGER *Oecon. iur. p.* 115. *Ferd. Chriſt.* HARPPRECHT de *iure liberorum a deſponſatis ante benedictionem ſacerdotalem nec ex poſt ſubſecutam natorum. Sam. de* COCCEII in *iure controverſo P. II. p.* 130. *de* CRAMER *obſ. tom. II. obſ.* 515. [*Io. Frid.* EISENHART *de nato ex ſponſa* et *Aug. Rud.* BÜKEMANN de *ſponſae partu ſpurio*, iunctim editae. Halae 1766. 4. *Ge. Steph.* WIESAND d. *de eius qui ex ſponſa natus eſt ſucceſſione in feudo.* Witeb. 1782. *Phil. Io.* ZELLER d. *partu ſponſae legitimo.* Gott. 1783. DABELOW d. *natus ex ſponſa ſucceſſionis in feudo expers.* Bützow. 1789. et in *Meletem. iur. feud.*]

§. 353. Ad formam matrimonii ex commodo publico requiritur *publica conſenſus matrimonialis declaratio:* eoque nomine ſeruatur *benedictio ſacerdotalis* (§. 345.), lege eccleſiaſtica praeſcripta (*a*). Vt haec vim habeat, matrimonium rite contractum eſſe ponitur; alioquin inefficax eſt (*b*).

(*a*) Diu iam *obſeruantia eccleſiaſtica* introducta, ſec. VIII. legibus Impp. praeſcripta eſt (§. 340 not.) c. 1. 2. 3. 4. 5. C. 30. *qu.* 5. Eius ceu iam receptae mentionem facit Innocentius III. c. 3. X. *de clandeſt. deſponſat.* quae vero ibi-

ibidem praecipit, refpiciunt *proclamationem.* De eius origine vid. *Io.* SELDENIVS *de Vxor. Hebr. lib.* 2. c. 29. *p.* 309. *Iac.* GOTHOFREDUS in *Comm. ad Cod. Theod. lib.* 3. *tit.* 7. *tom. I. p.* 321. *Io.* BINGHAM *ant. eccl. lib.* 22. c. 4. *p.* 340. B. Parens l. c. *lib.* 4. *tit.* 3. *§.* 8. *f.* [*Pet.* MÜLLER *de hierologia f. copula facerdotali*, Jen. 1680. HOCHMANN tr. *de benedictione circa nuptias*, 1684. *Io. Frid.* KAYSER *Origines benedictionis facerdotalis.* Gieff. 1735. CALVÖR *rit. eccleſ.* L. I. S. I. c. 4. §. 2. BALTHASAR *ius eccl. paſt.* T. I. p. 610. f.]

(*b*) c. 30. X. *de ſponſalibus.*

§. 354. Peragenda eſt benedictio ſacerdotalis fecundum *liturgiam* cuiusque eccleſiae: eaque pertinet ad facra *parochialia*, ideoque *licite* non peragitur, niſi a *parocho proprio*, vel ab alio ex parochi vel fuperioris conceſſione: quam dare inter proteſtantes poteſt *Conſiſtorium* (*a*).

(*a*) CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 143. 148. [*Io. Tob.* CARRACH *de matrimonio ad benedictionem facerdotis incompetentis contracto.* Hal. 1759. *G. L.* BOEHMER *de copulae facerdotalis a depoſito clerico furtim impetratae iniuſto fauore.* Gott. 1745. Contra illicitos in aliena parochia circa copulationes aufus vid refolutiones *Conſiſt. Pomer. Suec.* ap. *Aug. de* BALTHASAR in tr. *de matriculis eccl.* c. III. p. 232. 833. et App. n. 68. 69. *Churf. Sächſ. Generalartikel.* n. XIII. HARTMANNS *Wirtemb. Ehegeſſ.* §. 170. Competentia parochi inter perfonas diuerſi domicilii vel adeo territorii varia admodum obfervantia vel lege particulari regitur. Inprimis hic conferri meretur LEDDERHOSE *Heſſen-Caſſ. Kirchenr.* §. 231. Adde HARTMANN l. c. §. 166.]

§. 355. In *ſecuritatem* matrimonii ineundi praefcripta eſt *proclamatio* (*a*), pro indagandis *impedimentis* matrimonii (§. 345.). Praecedere debet copulam facerdotalem; eamque, ad analogiam citationis, *trinam* eſſe,

nec

nec non in vtriusque desponsati *parochia* peragendam esse, conuenit. Vis eius est, vt legitimo impedimento, *intra terminum* proposito, *suspendenda* sit copula (*b*); termino vero elapso, ius *tertii* matrimonium ex *impedimento priuato* impugnandi amittatur (*c*). *Dispensatio a proclamatione* impetrari potest ex probabili causa (*d*). Praetermissio eius, sine venia facta, censuris vindicatur, quibus tam sacerdos quam contrahentes subiiciuntur (*e*).

(*a*) in Concilio Lateran. IV. sub Innocentio III. in c. 3. X. *de clandestina desponsat.* Vsu et obseruantia iam antea recepta fuit, quamquam non vniuersim: ceu patet ex c. 27. X. *de sponsal.* vbi *bannorum nuptialium* mentio fit. [Vid. *I. H.* BOEHMER ad l. c. 27. X. *de Sponsal.* *Ioh. Franc.* BORN de *bannis nuptialibus.* Lips. 1692. et 1719.]

(*b*) c. 3. X. *de clandest. despons.* [BRÜCKNER *decis. matr.* p. 44. 193. 201.]

(*c*) c. vlt. X. *qui matrimon. accusare poss.*

(*d*) Haec vicario iure inter Catholicos datur a Vicario Generali; [*Conc. Trid. Sess.* XXIV. c. 11. *de reform. matrim.*] REIFFENSTVEL l. c. *lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 34. *tom. IV. p.* 49. et inter Protestantes a Consistorio. CARPZOV. l. c. *lib.* 2. *def.* 139. B. Parens l. c. *lib.* 4. *tit.* 3. §. 33. [*Nobiles* in plerisque terris perpetuo dispensationis a proclamatione nuptiali priuilegio gaudent. Caeterum passim in iis casibus, vbi dispensatio conceditur, in subsidium proclamationis introducta sunt *iuramenta coelibatus*, de quibus quoad iura terrar. Hassiacar. accurate disputauit LEDDERHOSE l. c. §. 223. In terris Austriacis dispensatio a proclamatione iuxta *edictum circa matrimonia* de a. 1785. in foro seculari petenda ibidemque *iuramentum coelibatus* praestandum est; adeo vt nemo ad eandem a consistoriis episcoporum petendam cogi debeat. CAESAR [*Oesterr. Nazionalkirchenr.* T. IV. tit. III. n. 37. 39. 40.]

(*e*) c. 3. §. *vlt.* X. *de cland. despons.* [BALTHASAR *ius ecclef. past.* T. I. p. 607. et Append. n. CCXLII. *Lüder.* MENCKEN *de omissa proclamatione sacerdotali.*

§. 356.

§. 356. Matrimonium PVBLICVM eſt, *quod ſeruatis ſolennibus eccleſiaſticis, quae pertinent ad conſummandum matrimonium*, et CLANDESTINVM, *quod iis neglectis contrahitur*, *Clandeſtinum* iure Canonico et ex concilio Tridentino *illicitum* eſt poenisque ſubiectum (*a*); ſed vis *rati* matrimonii a ſolennitate eccleſiaſtica non dependet (*b*). *Iure eccleſiaſtico proteſtantium* 1) ob copulam ſacerdotalem prorſus neglectam ratum non eſt (§. 349. 350.), quamquam ex ſpeciali ratione legitimum eſſe poſſit (§. 352). Ob copulam vero, 2) non *legitime*; veluti coram parocho alieno, impetratam, vel ob *omiſſam proclamationem*, *illicitum* eſt poenisque ſubiectum, non vero ideo irritum (*c*).

(*a*) c. 2.3. X. *de clandeſtina deſponſation.*

(*b*) cit. c. 2. *de cland. deſponſ. Anaclet.* REIFFENSTVEL *in iure Can. lib.* 4. *tit.* 3. §. 1. *n.* 15 *et* 65. *tom. IV. p.* 48. 53. ESPEN *in iur. eccl. P. II. tit.* 12. c. 3. §. 14.

(*c*) CARPZOV. *lib. VI. reſp.* 75. *n.* 1. *Lud.* MENCKEN *de omiſſa proclamatione ſacerd.* §. 20.

§. 357. Species *clandeſtini* matrimonii eſt MATRIMONIVM CONSCIENTIAE, quod *ſolo mutuo conſenſu matrimoniali et neglecta omni ſolennitate eccleſiaſtica contrahitur* (*). Secundum ius Canonicum *ratum* eſt matrimonium, ſed *illicitum* (*a*); ſecundum *ius proteſtantium* vero

nec

nec ratum eſt (§. 349. 350.), nec inter priuatos *licitum* (*b*).

(*) Patet hinc quomodo differant *matrimonium conſcientiae* et matrimonium *ad morganaticam*; de quo vid. ſcriptores laudatos apud Hoffmann in *Handb. des Deutſch. Eherechts* §. 71. Conf. Robert *über den Begriff der Ehe* Sect. III. §. 10. §. 203. Male carpit Boehmerum ob hanc notionem matrimonii conſcientiae auctor libri: *Oberſte Gewalt des Staats üb. die Ehen* (Wien u. Münch. 1784. 8. P. II. §. 52. p. 308. dum ipſe pro matrimonio conſcientiae reputat, quod ex norma Conc. Tridentini omnino pro publico aeſtimari debet.

(*a*) Huc pertinet exemplum in c. 9. X. *Sponſal.*

(*b*) *Nicol.* Hertivs de *matrim. inſtaurato et conſcientiae.* Gieſſ. 1702. *ſect.* 2. *Sam. Frid.* Willenberg de *matrimonio conſcientiae* §. 13. *B. G.* Strvvii *iurispr. heroica. P. II. c.* 6. [*H. G.* Bauer *de matrimonio conſcientiae.* Lipſ. 1760. *Franc.* Mazzei *de matrimonio conſcientiae liber ſingularis.* Romae 1771. 4. *C. H. S.* Gatzert progr. *de S. R. I. principum comitumue liberis ex matrimonio conſcientiae illegitimis.* Gieſſ. 1773.]

§. 358. Concvbinatvs eſt *coniunctio maris et feminae, concubitus exercendi cauſa contracta* (*a*). Eius *finis* non eſt *procreatio ſobolis*; in eoque differt a matrimonio conſcientiae. Concubinatus iure tam *eccleſiaſtico* quam *ciuili* prohibitus eſt (*b*).

(*a*) c. 6. C. 32. *qu.* 2. ibi: *non filiorum procreandorum, ſed pro incontinentia ſolius concubitus cauſa copulantur.* Ipſo *diuerſo* vtriusque coniunctionis *fine*: et per conſequens *ſola animi deſtinatione* diſtinguebatur *vxor* et *concubina L.* 9. *C. de nupt. L.* 4. *D. de Concubin. Solutis* hanc habere iure Rom. permittitur, non *coniugatis*. Ad his ducta, in ſpecie *pellex* vocatur. *Ioh. Gottl.* Heineccivs in *comm. ad Legem Pap. lib.* 2. *c.* 4. *p.* 165. *Ge. Zach.* Wincklervs *de genuino concubinatus conceptu* §. 25. [*Chr.* Thomasivs *de concubinatu.* Hal. 1713. rec. Jen. 1748. Inſignem hoc ſcripto excitatam libellorum de eodem argumento cateruam vid. apud *Lipenium.* Caeterum notionem a b. auct. propoſitam curate expendit, eamque licet

mente

menti Gratiani, attamen non Decretalibus, ſicut nec legibus Romanis conſonam oſtendit C. W. ROBERT l. l. Sect. I. impr. §. 7.-8. 10.]

(b) c. 1. *de Connubinariis in lib. VII. Decretal. lib. V. tit.* 16. *Reform. Polit. Imp. de a.* 1530. *tit.* 33. *de a.* 1548. *tit.* 25. *de a.* 1577. *tit.* 26. [*I. F.* KOCH *elem. iur. crim.* §. 301. *Ge. Jac. Frid.* MEISTER *princ. iur. crim.* §. 270. FEUERBACH *Lehrb. d. peinl. Rechts* §. 490. f.]

TIT. III.

DE SPONSALIBVS CONTRAHENDIS.

(Lib. IV. Tit. 1. *de Sponſal. et matr.* Tit. 2. *de deſponſatione impuberum.* Tit. 3. *de clandeſtina deſponſatione.*)

ARGVMENTVM.

§. 359. *Sponſalia et tractatus ſponſalitii.* 360. *Sponſalia de futuro et de praeſenti.* 361. *Illa pura ſunt vel conditionata, non haec.* 362. *Vis ſponſalium de praeſenti ex iure Can. et Conc. Trident,* 363. *ex iure Proteſtantium.* 364. *Modus Sponſalia contrahendi.* 365. *publica et clandeſtina.* 366. *Ius ea contrahendi, impuberi etiam competens.* 367. *Quatenus ex conſenſu tertii ineunda ſint.* 368. *De conſenſu parentum in ſponſalia liberorum ſententia iuris Can.* 369. *Ius Proteſtantium.* 370. *De eo iniuſte denegato.* 371. *Obligatio ſponſalium.* 372. *Eorum diſſolutio.* 373. *De concubitu deſponſatorum illicito.*

§. 359. Sponſalia contrahuntur *mutuo conſenſu ſponſalitio* (§. 345.). Declarationes, quae a coeuntibus in ſponſalia hinc et illinc

hoc

hoc fine fiunt, vt tandem in vnam ſententiam de futuro matrimonio inuicem ineundo decurrant, *tractatus ſponſalitii* ſunt, qui ſponſalia praeparant, non conſtituunt, et vi obligandi carent (*a*).

(*a*) Incongrue *ſponſalia de futuro* appellantur a Carpzovio in *iurispr. eccl. lib. 2. def. 18. n. 6.* [cuius ſententiam amplexus quoque fuit *Sam.* Stryk in tr. *de Diſſenſu ſponſalit.* S. I. §. 25. refutatus vterque iam a *I. H.* Boehmero in d. *de incongrua praxi doctrinae de ſponſalib. de fut. et de praeſ. c. 2.*]

§. 360. Sponsalia de fvtvro ſunt, quibus *ſolus conſenſus ſponſalitius*, et sponsalia de praesenti, quibus *ſimul conſenſus matrimonialis declaratur;* ſiue id fiat per *verba de praeſenti* (§. 349.) (*a*), ſiue per *concubitum*, inter legitime *deſponſatos* interuenientem (*b*).

(*a*) c. 22. 30. 31. *X. de ſponſalibus c. 3. X. de ſponſa duor. c. 5. X. de condit. appoſ.* *Dan.* Nettelbladt de *genuina ſponſalium de praeſenti et de futuro notione.* Hal. 1745. §. 13. et in *Obſſ. iur. eccl.* n. VII.

(*b*) c. 30. *X. de ſponſalibus.* De origine huius diſtinctionis vid. B. Parens in *Iur. eccleſ. lib.* 4. *tit.* 1. §. 3. 15. [*van* Espen *iur. eccleſ. vniv.* P. II. S. I. tit. 12. c. 5. §. 29. Balsker *de cauſa et origine diſtinctionis ſponſalium de praeſenti et de futuro.* Gieſſae 1746. Gallade *de doctrina Cath. et erroribus Proteſtantium circa ſponſalia de futuro et de praeſenti.* Heidelb. 1776.]

§. 361. Ad *ſponſalia de futuro* quidem pertinet diſtinctio in *pura* et *conditionata*, prout vel *nulla adiecta conditione* contrahuntur, vel eadem *adiecta* (*a*). Sed haec diſtinctio applicari nequit ad *ſponſalia de praeſenti*, quae, per-

perinde ac matrimonium, ſub conditione celebrari nequeunt, et ſemper *pura* ſunt (*b*), cum repugnet, conſenſum dare in matrimonium iam actu contrahendum, eumque a conditione ſuſpendere.

(*a*) *c. 2. X. de Sponſalibus.*
(*b*) Hinc ſponſalia per *verba de praeſenti*, ſub conditione contracta, rationem habent *ſponſalium de futuro c. 5. X. de conditionibus appoſit.* GONZALEZ TELLEZ ad *Decretal. tom. IV. p.* 117.

§. 362. *Sponſalia de praeſenti* I) ſecundum ius Canonicum vim habent *veri* et *rati* matrimonii, quamquam non conſummati (§. 350.). Hinc 1) nec diſſolutionem, nec 2) transactionem vel 3) iuramenti delationem admittunt (*b*), 4) et valida ſponſalia de futuro per concubitum in ſponſalia de praeſenti conuertuntur (*c*). II) Secundum *Concilium Tridentinum* ſponſalia de praeſenti pro *rato* matrimonio non habentur, niſi contracta ſint coram *proprio parocho* et *teſtibus* (§. 349.) (*d*).

(*a*) *Matrimonii* nomine veniunt in c. 14. X. *de conuerſione coniugatorum c. 22. 31. X. de ſponſalib.*
(*b*) c. 34. *X. de iureiurando c. vlt. X. de transactionib.* c. 9. *in f. X. de reſtit. in int.*
(*c*) c. 30. 32. *X. de ſponſal.*
(*d*) Hinc 1) ſponſalia per nuda *verba de praeſenti* inter ſolos contrahentes celebrata iuxta concilium Tridentinum nec *pro matrimonio* nec *pro ſponſalibus* habentur, ſed nullius momenti ſunt, ceu docet PROSPER *Cardinalis* LAMBERTINI in *inſtitutionibus eccleſiaſticis inſtit. XLVI. p.* 135. Nec 2) ſponſalia de futuro per *copulam carnalem* tranſeunt in matrimonium, vt habet decretum *Congregationis Cardinalium a.* 1593. apud *Proſp.* LAMBERTINI *l. c. p.* 131.

§. 363.

§. 363. III) Cum iure *Protestantium* ecclesiastico sola declaratio consensus matrimonialis, in ipso *actu benedictionis sacerdotalis* facta, *ratum* efficiat matrimonium (§. 349.): haec sola vim habet *sponsalium de praesenti* (§. 350.). Itaque nec sponsalia, siue per *verba de praesenti*, siue per *copulam carnalem* contracta, pro *sponsalibus de praesenti* haberi, et ex eorum iure aestimari possunt. Dudum correctus est error, quo sponsalia *pura* iure *sponsalium de praesenti*, et sponsalia *conditionata* iure *sponsalium de futuro* censenda esse, existimatum est (*b*).

(*a*) *H.* BRUCKNERI *decis. iuris matrim. cap. I. n.* 3. 29. *Dan.* NETTELBLADT l. c. §. 43.

(*b*) Quae fuit sententia CARPZOUII in *iurispr. Eccl. lib.* 2. *def.* 17. [et ante eum LVTHERI in libello *von Ehesachen* int. Opp. ed. Viteb. T. VI.] Conf. B. Parens l. c. *lib.* 4. *tit.* 1. §. 24. 34. 39. 91. 158. et in diss. *de incongrua praxi doctrinae de sponsal. de futuro et de praesenti cap. II.*

§. 364. Ad sponsalia *contrahenda* iure Communi tantum requiritur *sufficiens declaratio mutui consensus sponsalitii.* Contrahi ergo possunt 1) tam verbis, quae matrimonii serio *promissi* certam et categoricam *acceptationem*, etiam sola declaratione *des Ja Worts* factam, continent (*a*), quam aliis *signis* euidentibus (*b*); 2) nec minus inter *praesentes*, quam inter *absentes* per literas vel per *procu-*

rato-

ratorem, speciali mandato instructum (§. 348.) (*c*). 3) Ob *defectum* vel *vitium* consensus sponsalitii, perinde ac matrimonium, inualida, ideoque nulla sunt, ad quae ineunda quis *metu*, *dolo*, *errrore* inductus est (*d*) (§. 348.). Ad probandum consensum sponsalitium faciunt *arrhae sponsalitiae*, quae in *signum* et *pignus* fidei sponsalitiae, et *testes*, qui *probationis gratia* adhibentur: sed neutrum eorum *iure communi* ad valida sponsalia desideratur (*e*).

(*a*) c. 7. X. *de sponsalib.* Hanc declarationem pro *pacto nudo de ineundis sponsalibus* habet THOMASIVS *de pactis futuror. sponsalium, vom Jawort*, recte *confutatus a* WERNHERO in diss. de *obligat ex pacto futurorum sponsalium* et in vindiciis diss. de *obligatione ex pacto sponsalitio.* [*Thomasii* sententiam amplexi erant *Sam.* STRYKIVS ad *Brunnemanni ius eccles.* I. II. c. 16. et *I. H.* BOEHMER in *I. E. P.* I. IV. tit. 1. §. 106. a quibus cum Wernhero recedit noster. Sed haec omnino diiudicanda sunt ex vsu et moribus patriae nostrae, quae plerumque sane eiusmodi declarationes pro pactis praeparatoriis aestimare solet. EISENHART *deutsch. Recht in Sprüchwörtern* p. 96. ed. 2. HOMMEL *Rhaps. quaest.* T. I. obs. 71. Cf. RVNDE in *Grundss. d. gem. T. Privatr.* §. 562. et auctores ibi allegatos, quibus add. HOFFMANN *Handbuch des T. Eherechts.* §. 8.]

(*b*) c. 23. 25. *X. de sponsal.*

(*c*) c. *vlt. de procuratorib. in* 6. [quod propter sanctionem a iure communi recedentem integrum apponere lubet. "*Procurator non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit* speciale. *Et quamuis alias is, qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit*: in hoc tamen casu, (*propter magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere*,) non poterit deputare alium; nisi hoc eidem specialiter sit commissum. *Sane*, si procurator, antequam contraxerit; a domino fuerit reuocatus; contractum postmodum matrimonium ab eodem, (licet tam ipse, quam ea, cum qua contraxerit, reuocationem huiusmodi penitus ignorarent,) nullius momenti exsistit: *cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequiuit.* In reliquis ne-

negotiis etiam de iure Canonico ſequiori communis regula obtinet, vti conſtat ex *Clem. vnic. de renunciatione.*]

(*d*) c. 6. 26. 28. *X. de Sponſal.* c. 11. *X. de ſponſal. impub.* STRYK de *diſſenſu ſponſal. Sect.* 2. §. 39. B. Parens *l. c.* §. 107. *ſ.* BRVCKNER *l. c. cap.* 18. *n.* 4. 51. LEYSERVS *ad Pand. ſpec.* 296.

(*e*) c. 7. *C.* 30. *qu.* 5. LAVTERBACH *de arrha* §. 94. MEVIVS *P. VIII. dec.* 39. 40. *P.* MVLLERVS *de annulo pronubo th.* 7. [LYNCKERI *Conſil. et Reſponſa.* reſp. 158.]

§. 365. In publicum vtile eſt, ſponſalibus *formam* praeſcribi: qualis iure eccleſiaſtico *particulari* tum in *teſtium* tum in *parochi praeſentia* conſtituitur (*a*). Tum vero *publica* ſunt, quae ſervata forma, iure praeſcripta, et *clandeſtina*, quae ea neglecta contrahuntur (*). Clandeſtina inualida et non obligatoria ſunt, ſi *poena nullitatis* lege ſtatuta eſt (*b*): ſi haec ſtatuta non eſt, *illicita* tantum ſunt, non vero *inualida* (*c*).

(*a*) Praeſcripta eſt in Saxonia et in multis territoriis Euangelicis CARPZOV *iur. eccl. lib.* 2. *def.* 33. B. Parens *I. E. lib.* 4. *tit.* 1. §. 105. [Conſenſum *Ordinationum eccleſiaſticarum* in collectione *Moſeriana* comprehenſarum notauit SCHNAVBERT in *Grundſſ. d. Proteſt. Kirchenr.* p. 210. De iure terrarum Haſſiacarum egregie commentatus eſt LEDDERHOSE l. I. §. 195. ſ.]

(*) *Tob. Iac.* REINHARTH *de diſtinctione ſponſaliorum in publica et clandeſtina.*

(*b*) Secundum Ius Brunſuico Luneburgicum conſenſus ſponſalitius in *duorum teſtium maſculorum*, quos inter fratres et fratrum ſororumque liberi non admittuntur, et ſi inter plebeios ruri agitur, in *Parochi eius loci* praeſentia declarandus eſt: quibus non obſeruatis, inter deſponſatos nec obligatio nec actio naſcitur. Vid. Conſtitutio Regia *d.* 16. *Jan.* 1733. §. 1. 2. *in tom. I. Corp. Conſt. Calemb. p.* 141. *Eſ. Frid.* PVFENDORF *obſ. iur. vniv. tom. I. obſ.* 74. 75. *tom. III. obſ.* 42.

(*c*) ESPEN. *ius eccl. P.* 2. *S.* 1. *tit.* 12. *c.* 3. §. 12. *tom.* I. p. 555. LEYSER *ſpec.* 294. *m.* 1. 2.

§. 366.

§. 366. Ius *contrahendi* ſponſalia dependet a iure *contrahendi matrimonium. Illud* contrahere prohibiti, nec *haec* poſſunt valide inire (§. 347.) (*a*). Permiſſum quidem eſt *impuberibus* eorumue parentibus, pro ſeis contrahere ſponſalia (*b*): ſed obligatoria non ſunt; nec vim obligandi accipiunt, quam ſi ſint in *pubertate* rata habita; ſalua *libertate*, poſt adeptam pubertatem ab iisdem ſine omni cauſa recedendi (*c*); quae nec *poena conuentionali* tolli poteſt (*d*).

(*a*) *L.* 15. *L.* 16. *D. de ſponſal.*

(b) *c.* 4. 5. *X. de desponſat. impub. c. vn. eod. in* 6.

(c) *c.* 7. 8. *X. eod.*

(*d*) *c.* 29. *X. de ſponſalibus.* In hoc *cap.* tantum improbatur poena conuentionalis, ſponſalibus *impuberum* adiecta: quod produci nequit ad ſponſalia *puberum. B. Parens l. c. lib.* 4. *tit.* 1. §. 130. Reiffenstvel *Iur. Can. lib.* 4. *tit.* 1. §. 6. *n.* 188. *tom. IV. p.* 24. [Contrarium tuetur Leyser ſpec. 295. m. 3. ac ſane generaliter enunciauit Gregorius IX. *cum libera matrimonia eſſe debeant, et ideo talis ſtipulatio propter poenae interpoſitionem ſit merito improbanda.* Cf. *Io. Ern. de* Wangenheim d. *de poena conuentionali maxime in matrimonialibus.* Frf. et Lipſ. 1751. et. *Io. Aug.* Hellfeld d. *de effectu poenae conuentionalis ſponſalibus adiectae* Ienae. 1760.]

§. 367. Eſt vero ius contrahendi ſponſalia *liberum*, niſi ex *ſpeciali ratione* adſtrictum ſit ad *alterius conſenſum* (*a*). Si hoc: ſponſalia neglecto eius conſenſu *clandeſtina* ſunt, eaque 1) vel *nulla*, ſi conſenſus tertii ſub *poena nullitatis* exigitur, et tertius *iure ſuo* ea

impugnandi vti vult (*b*), vel 2) *illicita tantum*, si poena nullitatis constituta non est.

(*a*) *c*. 23. *X*. *de sponsalibus c. vlt*. C. 29. *qu*. 2.

(*b*) *L*. 25. *C*. *de donat*. *int*. *vir*. *et vx*. *L*. 7. *C*. *ad SC*. *Maced*. Ad *hominum propriorum* sponsalia *dominorum* consensus passim iure particulari sub lege nullitatis exigitur. Mevius *P*. *V*. *dec*. 129. B. Parens *l*. *c*. *lib*. 4. *tit*. 9. §. 6. In nuptiis *militum*, Superiorum consensus eadem lege exigi solet. Conf. *Corp*. *Const*. *Calemb*. *tom* *I*. *p*. 954. 957. Plura exempla exponit *I*. *P*. de Ludewig de *consensu connubiali extra patrem*. [Cf. *Aug*. *de* Balthasar *ius ecclef*. *past*. T. I. 587. 588. Idem esse, res adhuc integra integra sit, an concubitus accesserit, ex legibus recentioribus ibidem allegatis ostenditur.]

§. 368. Quamquam patris consensus in nuptias liberorum iure patriae potestatis iuxta *sanctiones ciuiles* exigatur iure Canonico *antiquo* (*a*): ipsi tamen *iure nouo* negatur ius matrimonium liberorum, se inscio vel inuito contractum, impugnandi vel *irritum* faciendi (*b*). Ceterum ius *sola sponsalia clandestina* impugnandi, Patri nulla lege ademtum est (*c*).

(a) Ante sec. XII. leges imperatorum, aduersus clandestina matrimonia latae, ab ecclesia agnitae et probatae sunt in *c*. 1. 3. 4. *C*. 30. *qu*. 5. *c*. 3. *X*. *Qui matrimon*. *accusar*. *poss*. *Fr*. Florens *tom*. II. *op*. *p*. 138. *P*. Gibert in *Corp*. *iur*. *Can*. *tom*. III. *P*. 3. *p*. 89. *P*. *Fr*. Covrayerivs *in not*. *ad Sarpii hist*. *Conc*. *Trident*. *tom*. II. *p*. 684.

(*b*) *c*. 6. *X*. *de raptorib*. Concil. Trident. *de reformatione matrimonii sess*. XXIV. *c*. 1. Pallavicinvs in *hist*. *Conc*. *Trid*. *lib*. 12. *c*. 4. *lib*. 23. *c*. 6. 8. P. Sarpivs *in hist*. *conc*. *Trid*. *lib*. 8. §. 38. 40. 66.

(*c*) *Lud*. Engel in *colleg*. *iur*. *Can*. *lib*. 4. *tit*. 2. §. 2. *n*. 11.

§. 369.

§. 569. Inter proteſtantes non modo *patris* conſenſus ex *iure communi*, verum etiam ex iure *particulari*, habita *iuris parentum* ratione, poſt patrem *matris* aliorumque *parentum* imo et *curatorum* conſenſus ad *valida ſponſalia* deſideratur (*a*). Datur ergo 1) his ius, ſponſalia *clandeſtina* impugnandi, eorumque conſummationem *impediendi* (*b*), etiamſi confirmata ſint *iuramento*, quippe quod in eorum praeiudicium eſt nullum (§. 335.) (*c*). *Sponſalia claudeſtina*, per illorum diſſenſum improbata, *iniuſta et inualida* ſunt, nec *inter contrahentes* vim obligandi habent (*); illorum *conſenſu* vero expreſſo vel tacito *ex poſt* accedente valida fiunt (*d*). Quodſi 2) eis acceſſit concubitus, et *vitiata ac ſeducta* ad conſummandum matrimonium agit; cauſa redit ad conflictum *iuris parentum* et *iuris vitiatae*, in qua, quoad ea de re iure particulari nihil cautum eſt, *huius ius* potius habetur ob *laeſionem* et *ſatisfactionem*, non niſi honeſto matrimonio praeſtandam (*e*). Sin rite conſummata ſunt *benedictione ſacerdotali*, ſubſiſtit matrimonium inter contrahentes, nec parentibus *iure communi* ius datur ad illud annullandum agendi, quamuis id iis datum ſit *iure particulari* (*g*).

(*a*)

(a) Varia iura particularia recensui iu diss. *de necessario consensu parent. in nupt. lib. cap.* 4. in *Elect. iur. civ.* T. I. p. 642. [Cf. BALTHASAR *ius eccl. past.* T. I. p. 581. 586. 87. Add. *Casp. Achat.* BECK d. *de sponsalibus minorum sine consensu curatorum non contrahendis.* CARPZOV *Iurispr. Consist.* L. II. t. III. def. 46. Consensus *propinquorum* in foeminis minoribus requiritur L. 1. 8. 18. 25. C. de Nuptiis.]

(b) CARPZOVIVS *iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 34. *B. Parens in I. E. lib.* 4. *tit.* 2. §. 11. *f.*

(c) CARPZOVIVS *l. c. def.* 58. STRYK in *vsu mod. lib.* 23. *tit. I.* §. 16. [*Jac. Frid.* KEESIVS *de iurisiurandi Sponsalibus adiecti efficacia.* Lips. 1776. §. VIII. *Jo. Balth.* WERNHER d. *de vi et efficacia iuramentorum in confirmandis causis matrimonialibus.* Viteb. 1716].

(*) Modo ipsi dissentientes ad rescindenda sponsalia egerint; contra autem liberis ex dissensu parentum exceptio non competit. MEVII *decis.* P. VIII. dec. 41. Limitationes quasdam proponit BALTHASAR l. I. p. 588.

(d) CARPZOV. *l. c. def.* 41. *P.* HEIGII *quaest. iur. P. I. qu.* 22. *n.* 61. B. Parens *l. c. lib.* 4. *tit.* 2. §. 17. LEYSERVS *ad Pand. spec.* 291. *m.* 4. [DEDEKENNI *Iud. Theol. Viteb.* T. II. p. 110. 120. *H. F.* OTTO *de ratificatione nullitatum in causis matrimonii.* Erf. 1715. c. II. §. 8.]

(e) WERNHER *obs. for. P. II. obs.* 421. *P. II. obs.* 22. CARPZOV. l. c. *def.* 60. BERGER *elect. discept. for. P. II. p.* 1861. [*Praeiudicium Consist. Gryphiswald. d. a.* 1752. vna cum rationibus dubitandi et decidendi sistit BALTHASAR in App. ad *ius eccl. past.* T. 22. n. 239.]

(f) CARPZOV *l. c. def.* 60. DEDEKENNVS *vol.* III. *Consil. lib.* 2. *sect.* 4. *n.* 41. *Sect.* 1. *n.* 11. B. Parens *l. c. tit.* 2. §. 22. THOMASIVS *de validitate coniugii inuitis parentibus contracti.* [Cf. tenor duarum in hanc partem sententiarum *Consistorii Gryphisw.* ap. BALTHASAR l. l. n. 240. Liberi tamen, poenae a legibus ciuilibus talibus illicitis ausibus dictae subsunt; sed ius parentum eosdem exheredandi ex legibus particularibus aestimari debet. *M. H.* GRIEBNER *de exheredatione liberorum sine parentum consensu sponsalia nuptiasue celebrantium.* Lips. 1767. *F. A. W.* de WITZENDORF *de exheredatione liberor. sine consensu parentum nuptias contrahentium.* Gott. 1757. RVNDE *Grundss. des D. Privatrechts* §. 564. Ad ius Lubecense refertur resp. LYNCKERI in *Consil. et Resp.* 143.]

(g) Iure Brunsuico-Luneb. iuxta *constit. Reg. de a.* 1733. *tom. I. Corp. Const. Cal. p.* 940. sponsalia sine proximorum parentum nec non sine curatorum consensu contracta, nulla sunt, nec ex accedente iuramento vel copula carnali vim accipiunt; quin benedictione sacerdotali confirmata ad *preces parentum* annullari possunt. His *non querentibus*, subsistit inter liberos matrimonium *clandestinum. Es. Frid.* PVFENDORFIVS *obs. iur. tom.* III. *obs.* 43. [Si-

[Similiter secundum decisiones Electorales Sax. Sponsalia inuitis parentibus, ac se nunquam consensuros significantibus contracta, etiam subsecuto coitu ac copula sacerdotali pro nullis habenda. *Decis. Elect.* XXI. de a. 1746. in *Cod. August.* Vol. III. p. 358. s.]

§. 370. Quoniam *ius parentum* in liberos coniunctum est cum *obligatione*, horum felicitatem promouendi: parentes consensum in illorum nuptias denegare nequeunt, nisi *ex iusta causa*. Ob consensum, iniuste denegatum, 1) *liberis* ius est, in iudicio ecclesiastico conquerendi, idque de consensu parentum *supplendo* implorandi (*a*). Idem ius 2) *alteri desponsatorum parti* non competit (*b*); ideoque liberis, in *dissensu parentum* acquiescentibus, sponsalia nulla et irrita sunt.

(*a*) *L.* 19. *D. ritu nupt.* Carpzov l. c. def. 52. 53. B. Parens *l. c. tit.* 2. *§.* 18. *Ern.* Cothmannvs *resp. tom.* 1. *resp.* 1. *n.* 222. 224. *f.* Brvckner *l. c. P. I. c.* 2. *n.* 134. *Sam. Frid.* Willenberg *de consensu parentum supplendo per magistratum in nuptiis liberorum §.* 14. 19. [*Ern.* Tenzel *de parentum consensus per magistratum in nuptiis liberorum suppletione* Erf. 1710. *Praeiudicinm Consistorii Gryphiswald.* vid. apud Balthasar *ius eccl. past.* T. II. App. n. 243. Add. Hartmann *Wirtemb. Ehegess.* §. 93.]

(*b*) Wernher *obs. for. Part. X. obs.* 269. *Henr.* Brovwervs *de iure connubiorum lib.* 1. *c.* 13. *§.* 9.

§. 371 Ex sponsalibus *puris* rite contractis vltro citroque oritur 1) *ius* et *obligatio* ad matrimonium vel *tempore conuento*, vel si hoc definitum non est, quamprimum opportune et humanius fieri potest, legitime

con-

confummandum (*), et 2) per confequens obligatio, *nihil* agendi aduerfus fidem fponfalitiam (*a*). Obligationem ad confummanda fponfalia *monitis* magis, quam *coactione*, ob *difficiles*, quos habet, exitus, tuendam effe praecipit ius Canonicum (*b*): cuius confequens eft, moderandam in hoc argumento effe iurisdictionem, ita vt fi ob animi auerfionem per iudicata nihil effectum iri fperari poffit, reus in *fubfidium* in congruam fatisfactionem et in impenfas condemnandus fit (**). Coactioni vero non nifi ex fpeciali caufa locus dandus eft (*c*), fi valida fponfalia copula carnali firmata fint, vel praeftari fatisfactio non poffit.

(*) Vnde etiam ex officio iudici tanquam vindici publicae honeftatis incumbit, defponfatos ad confummandum matrimonium adigere Mevivs *decif.* P. VI. d. 61. et ne ex inani cunctatione caufa praebeatur a fponfalibus rite contractis refiliendi, in quibusdam territoriis certum fpatium praefinitum effe folet, intra quod matrimonii confummatio ea fubfequi debeat, veluti fpatium femeftre in terris Badenfibus, haud facile difpenfatione prolongandum, *Baden-Durlach. Landrecht* T. III. t. 12. §. 3. et 4. Hinc eft, quod *praefcriptioni* locus effe poffit, de cuius iure fcripfit *C. H.* Berger *de praefcriptione fponfaliorum*, Viteb. 1719.

(*a*) *c. vn. de fponfalib. in* 6.

(*b*) *c.* 10. 17. 22. *X. de fponfalib.* Mevivs P. III. *dec.* 382.

(**) Praeiudicium huius tenoris a Confiftorio Gryphiswald. latum a. 1746. vid. ap. Balthasar l. l. in App. n. 245.

(*c*) Mevivs P. VI. *dec.* 226. B. Parens *l. c.* §. 55. *f.* *et in Confult. et Dec. T. I. P. I. refp.* 146. *n.* 12. Reiffenstvel l. c. §. 5. p. 21. Pvfendorf *tom.* III. *obf.* 198. [Lynckeri *Confil. et Refponfa.* refp. 158.]

§. 372.

§. 372. Contracta ex ſponſalibus obligatio ſoluitur REPVDIO, quod eſt *diſſolutio ſponſalium validorum.* Poteſt illud I. *mutuo deſponſatorum conſenſu* fieri, nulla licet intercedente cauſa, etiamſi ſponſalia pura, publica et iurata ſint (§. 334.) Nec ad id *iudicis eccleſiaſtici* auctoritas *iure Can.* deſideraur (*a*): quamquam ex *obſeruantia fori* exigatur, non alio tamen fine, quam vt monitoris partibus fungatur in deſponſatis ad concordiam reuocandis (*b*). Idem poteſt II. ad *vnius partis* inſtantiam decerni, *ſi rationabilis cauſa interuenerit* (*c*). Cauſae *ſpeciales* repudii poſſunt ad *haec principia* reuocari, vt toties *repudio* locus ſit, quoties 1) altera pars *aduerſus fidem ſponſalitiam* agit (*d*), vel quoties 2) poſt contracta ſponſalia ex parte vnius *notabilis mutatio* interuenit vel innoteſcit, quam ſi pars altera tempore ſponſalium ſciuiſſet, in ſponſalia non conſenſiſſet (*e*)

(*a*) c. 2. *X. de ſponſalibus*. ESPEN. *I. E. P.* II. *tit.* 12. c. 2. *n.* 22. REIFFENSTUEL *lib.* 4. *tit.* I. §. 7. *n.* 208. *Ge. Frid.* DEINLIN *de mutuo diſſenſu ſponſalitio ſolo absque conſiſtorii cognitione et auctoritate valido et efficaci.* Altorf. 1746.

(*b*) STRYKIVS *de diff. ſponſ. Sect.* 3. §. 36. *ſ.* BERGERVS *in elect. Proc. matrim. th.* 42. B. Parens l. c. l. 4. *t.* 1. §. 162. LEYSERVS *ad Pand. ſpec.* 295. *m.* 1. [Omnino attendendae ſunt leges particulares. Sicubi enim penitus interdictum ſit, ſponſalia priuato, licet mutuo, conſenſu, diſſolui, legibus ſtandum eſt. Exemplum praebent terrae Wirtembergicae. HARTMANN *Wirtemb. Ehegeſſ.* §. 104.

Alio-

Alioquin *obseruantia fori* vltra finem ab auctore commemoratum produci nequit.]

(c) c. 10. *X. de sponsalibus.*

(d) Etiam in iuratis sponsalibus subintelligitur conditio: *si contra regulam desponsationis non venerit* c. 25. *X. de iureiur.* Repudio ergo locus est ob *stuprum*, ob *impudicos mores* sponsae, ob *discessum* alterius clandestinum et dolosum in exteras prouincias c. 5. X. *de sponsal.* ob sponsalia *cum alia* contracta, vel ob sponsalia intra tempus, *finiendae obligationi* praefixum, ab altero non adimpleta. c. 22. *X. eod.*

(e) c. 25. *X. da iureiur.* ibi: *Quodsi post huiusmodi iuramentum*, quo sponsalia firmata, *mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos vel nasum amitteret, vel quidquam ei turpius eueniret, numquid vir teneretur eam dicere in vxorem?* c. 3. *X. de coniugio leprosorum.* Speciales caussas repudiorum explicant Stryk l. c. Sect. 2. §. 41. sq. B. Parens l. c. §. 140. et in diss. de *probatis repudiorum caussis.* Leyser *spec.* 295. 296. 520. *Iac. Car.* Spener *de iure repudiorum inprimis ex implacabilis odii caussa.* Pufendorf *obs. iur. Tom.* III. *obs.* 166. 199. [Balthasar *ius eccl. past.* T. I. p. 593. s. item Hommel *de Sponsaliorum dissoluendorum iustis et spuriis caussis*, in *Rhapsod. quaest.* T. II. obs. 400. Lynckeri *Consil. et Responsa*, resp. 62. Ledderhose *Hessen-Cass. Kirchenr.* §. 217. 218.]

§. 373. Sponsalia non tribuunt ius *ad concubitum:* quin potius anticipatus concubitus in vitium et in poenam incidit. Hinc per eum 1) *inualidis sponsalibus* nulla vis accedit (*b*); quamquam ex eo sponsae vitiatae et seductae ius competat agendi ad matrimonium *in vim satisfactionis* consummandum (*c*), 2) *Valida* sponsalia vero eo interueniente confirmantur; quamquam exinde indissolubilia haud efficiantur, cum pro *rato matrimonio* haberi nequeant (§. 350. 363.) (*d*).

(a) Carpzov *in iurispr. for. P.* 4. *C.* 27. *def.* 12. Idem in *praxi Crim. qu.* 69. *n.* 46. Mevius *P.* III. *dec.* 39.

(b) c. 31. X. *de sponsal.* c. 3. 5. X. *de sponsa duor.* c. 8. *de X. cognat. spirit.* [*Fr. Gottli.* Struvius in *introd. ad* pra-

praxin iur. can. in foris Proteſt. P. II. caſ. 92. HOMMEL *Rhapſod. quaeſt.* T. I. obſ. 244. *Nic. Chph. de* LYNCKER *de vi copulae carnalis ad coniugia, facta relatione ad diſſenſum parentum, conditionem, benedictionem ſacerdotalem, Sponſalia, priora vel poſteriora, ius corporis et vnitatem carnis.* int. eius *Conſil. et Reſponſa.* n. 102.]

(*c*) LEYSER *ſpec.* 294. *m.* 6. BERGER *l. c. t.* 20. [*J. J.* CELLA *von Strafen unehelicher Schwängerungen, beſonders von den diesfals gebräuchlichen Zwangscopulationen.* Erl. 1783.

(*d*) *c.* 6. *X. de condit. appoſ.* WERNHER *obſ. for.* P. III. *obſ.* 41. [*Fr. G.* STRVVIVS in l. l. caſ. 8.]

TIT. IV.

DE CONDITIONIBVS ADPOSITIS IN DESPONSATIONE ET DE CONCVRSV SPONSALIVM.

(Lib. IV. Tit. 4. *de Conditionibus adpoſitis in deſponſatione* Tit. 5. *de Sponſa duorum*).

ARGVMENTVM.

§. 374. *Quae poſſit ſponſalibus adiici conditio?* 375. *Eius vis in ſponſalibus.* 376. *Eius Remiſſio* 377. *Inter bina ſponſalia poſteriora ſunt nulla.* 378. *Priora praeferenda poſterioribus,* 379. *et ſponſalia de praeſenti ſponſalibus de futuro.*

I.

§. 374. Sponſalia ab *adiecta conditione* fiunt conditionata (§. 361.): quae eis *tacite* ineſt, ea non reddit conditionata (*a*). Poſſunt vero ſub qualibet conditione *honeſta* et poſ-

possibili celebrari (*b*): sub turpi et *impossibili* contracta, nulla sunt (*c*).

(*a*) *c.* 25. *X. de iureiurando.*
(*b*) Quorsum pertinet conditio certae dotis inferendae *c.* 3. *X. de conditionibus appositis in desponsatione*, vel consensus, a tertio in sponsalia praestandi. c. 5. 6. X. *eod.*
(*c*) *L.* 31. *D. de Oblig. et act.* REIFFENSTVEL *in Iur. Can. lib.* 4. *tit* 5. *n.* 52. *tom. IV. p.* 68. STRYK *de dissensu spons. S.* 2. *§.* 12. *S.* 4. *c.* 1. *§.* 18. B. Parens in *I. E. lib.* 4. *tit.* 5. *§.* 7. Matrimonium ipsum sub conditione contrahi non potest (§. 361.). In *c. vlt. X. h. t.* tantum agitur de vi *conditionis resolutiuae turpis.* Quae si *substantiam matrimonii euertit*, matrimonium, per verba de praesenti contractum, pro nullo habetur: alia vero conditio turpis *pro non* adiecta declaratur. [*Iac. Fr.* LVDOVICI de *conditionibus sponsaliorum impossibilibus.* Halae 1701.]

§. 375. Per conditionem adiectam *suspenditur* vis sponsalium; nec ex illis, antequam existit conditio, obligatio nascitur ad matrimonium consummandum, nec ideo ius agendi (*a*): desponsati vero eius *euentum* expectare tenentur (*b*). *Eueniente eadem*, sponsalia pura efficiuntur et obligant sine nouo consensu (*c*): eadem vero *deficiente*, vi omni carent, etiamsi sint iuramento confirmata (§. 354.) (*d*).

(*a*) *c.* 5. *X. de condit. apposit. in despons.*
(*b*) ibid. in verb. *sponsalia sub conditione contracta debere firmiter obseruari.* CARPZOV *I. E. lib.* 2. *def.* 21.
(*c*) *In omnibus conuentionibus hoc obseruatur, vt, si semel conditio exstitit, perinde habeatur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita, sine conditione facta esset* *L.* 7. *D. de contrah. emt. L.* 11. *§.* 1. *D. qui potior. in pign.* CARPZOV *l. c. def.* 20. *n.* 7. *def.* 21. *n.* 5. STRYK *sect.* 4. *c.* 1. *§.* 27.
(*d*) *c. vn. §.* 1. *de Sponsalib. in* 6.

§. 376.

§. 376. Conditione ſponſalium *remiſſa*, ſponſalia *pura* fiunt. Remitti poteſt 1) tum *vero* conſenſu, eoque vel *mutuo* vtriusque deſponſati, vel ſolo eius conſenſu, in *cuius fauorem* eſt adiectu (*a*), tum 2) *praeſumto* conſenſu; qui ex *intercedente concubitu* abſciſſe inducitur (*b*).

(*a*) c. 1. *X. de condit. appoſ.* ibi: *relinquere conditionem*, idem eſt, ac *remittere*. B. Parens *l. c. tit. V.* §. 6.
(*b*) c. 3. 6. *X. eod.* c. 30. *X. de ſponſal.* [DEDEKENN. *Conſil. Theol.* T. III. p. 135. 164. STRYK *de diſſenſu ſponſalitio* S. II. §. 20. ſ. IV. §. 15. Pro aduerſa ſententia nititur HOMMEL in *Epit. ſacri iuris* c. 53. §. 40. Recte ſane, ſi quidem conditio adiecta non in ipſius, qui eam adiecit, facultate eſt poſita, v. c. cum adiectum, *ſi pater conſenſurus eſſet*; ſecus, mea ſententia, vbi contraria ratio conditionis fuerit.]

II.

§. 377. *Primis* ſponſalibus *validis* adhuc integris, ad *ſecunda* ſponſalia tranſire, prohibitum eſt (*a*), et haec contrahens *ſine iure* et aduerſus legem *primae* deſponſationis agit (§. 371.). Itaque *poſteriora* ſponſalia *nulla* et *irrita* ſunt (*b*), niſi is, in cuius praeiudicium facta, a prioribus ſponſalibus *recedere* malit: *recedendi ius* enim habet ob fidem violatam (§. 372.). Si ergo priora non *legitime contracta* ideoque *inualida* ſunt (§. 365. 367.): poſteriora *licite* et *efficaciter* contrahuntur (*c*).

(*a*) ſub poena infamiae in *L.* 1. *in f. L.* 13. §. 2. *D. de his qui notant. infam.* Iure Can. *poenitentia* imponitur

c. 1

c. 1. 31. *X. de Sponsal.* Stryk *de diff. spons. S.* 4. *c. vlt.* [*I. H.* Boehmer *de diuerso sponsalior et matrimonii iure.* c. III. §. 30. Deddkenn. *Cons. Theol.* T. III. p. 159. 165. 168. Iure Saxonico infamiae poena, aucta insuper alia corporis afflictiua, ad alteram partem extensa est, quae sciens cum eo, qui alteri iam desponsatus fuerat, contraxit. *Neuverm. Corp. iur. Sax. eccl.* p. 172.]

(*b*) c. 22. X. *de sponsal. c. vn. eod. in* 6. Carpzov *in iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 64. c. 25. X. *iureiurando.*

(*c*) Valida itaque sunt sponsalia *publica posteriora*, si *priora clandestina* sunt. Carpzov *l. c. lib.* 2. *def.* 67.

§. 378. In concursu sponsalium I) ***priora valida***, ***ob ius ex iisdem quaesitum***, ***praeferenda sunt posterioribus*** (*a*). Neque enim 1) posterioribus *ex iureiurando*, quippe quod nullum est (§. 335. n. 3.), nec 2) ex *copula carnali*, quippe quae in inualidis sponsalibus fornicationis rationem habet, vlla vis accedit (§. 373.) (*b*). Quodsi 3) posteriora, praeuia *proclamatione*, consummata sunt *benedictione sacerdotali*: iure prioris sponsi vel sponsae praecluso (§. 355.), matrimonium *posterius* subsistit (*c*), copulae sacerdotali vero, *clam* et *furtim* in praeiudicium prioris desponsati impetratae, vis nulla tribui potest (*d*). Si ergo praeualent priora rite contracta, II) etiam *priora conditionata*: quae conditione existente, vel per concubitum remissa, pura efficiuntur (§. 375. 376.), praeferenda sunt *posterioribus puris* (*e*).

(*a*) *c. vn. de sponsal. vn. in* 6. *c.* 22. X. *eod.*

(b) CARPZOV *l. c. def.* 65. REIFFENSTVEL *l. c. lib.* 4. *tit.* 4. *n.* 6. 7. *tom. IV. p.* 61. *Vit.* PICHLER *in Iur. Can. lib.* 4. *tit.* 4. §. 3. 4. Nec obſtat, quod ſponſalia de futuro *per concubitum* in ſponſalia de praeſenti et in matrimonium tranſeant c. 30. X. *de ſponſalib.* Idem enim de ſponſalibus *validis* conſtitutum, nullibi vero de ſponſalibus *inualidis*. [DEDEKENN. *Conſ.* T. III. p. 164. *Sponſalia clandeſtina, concubitu autem confirmata, matrimonio deinde inito, praeſertim doloſo* quibus rationibus *praeferenda* duxerit ſummum tribunal Cellenſe vid. ap. PVFENDORF. IV. obſ. 131.]

(c) CARPZOV *l. c. def.* 66. STRYK *de diſſ. ſponſ. S.* 4. *c.* 2. §. 4.

(d) *I.* SCHILTER *inſt. iur. Can. lib.* 2. *tit.* 10. §. 11. STRYK *l. c.* §. 8. B. Parens *l. c. lib.* 4. *tit.* 1. §. 68. *tit.* 3. §. 52. Nulla vis eſt copulae ſacerdotalis *de facto*. et *praeſumtuoſe* impetratae c. 31. X. *de ſponſal.* c. 3. X. *de ſponſa duor.*

(e) *Paul.* CYPRAEVS *de Sponſal.* c. 8. §. 4. B. Parens l. c. §. 61. [Egregie fallitur CARPZOVIVS in def. 70. lib. II. l. c. afferens *ſponſalia pure contracta, licet ſint poſteriora, praeferri ſponſalibus conditionatis anterioribus.* Claudicant imprimis argumenta n. 11. 12. 13. 14. propoſita.]

§. 379. III) *Sponſalia de praeſenti*, rite contracta, eo quod pro *rato* matrimonio habentur, iure Can. *praeferuntur ſponſalibus de futuro*, etiamſi ad haec, qua poſteriora, copula vel *carnalis* vel *ſacerdotalis* acceſſerit (a): de cuius diſpoſitionis applicatione ſecundum principia, §. 362. et 363. expoſita, iudicandum eſt.

(a) c. 31. X. *de Sponſalib.* c. 1. 3. X. *de ſponſa duor.*

TIT.

Tit. V.

DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

(Lib. IV. Tit. 6. *Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt.* Tit 7. *de eo qui duxit in matrimonio quam polluit per adulterium.* Tit. 15. *de frigidis et maleficiatis et impotentia coeundi.* Tit 16. *de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiae.* Tit. 18. *Qui matrimonium accuſare poſſunt).*

ARGVMENTVM.

§. 380. *Impedimenta matrimonii dirimentia et impedientia.* 381. *Ius ea inducendi.* 382. *Documentum connubiale.* 383. *Quaenam ſint impedientia:* 384. *dirimentia priuata.* 385. *Dirimentia publica.* 389. *De matrimonio ſub impedimento dirimente contracto.*

§. 380. Impedimentvm matrimonii (§. 347.) vel eſt dirimens, *quod rationem continet irritum declarandi matrimonium, licet iam contractum ſit*; vel impediens tantvm, *quod rationem tantum continet impediendi, quo minus contrahi queat (a).* Vtriusque generis impedimentum ante matrimonium contractum adeſſe, ſeu *antecedens* eſſe debet, ſi de matrimonio vel dirimendo vel impediendo agitur.

tur. Ob *impedimentum superueniens* dirimi nequit matrimonium valide contractum (*b*).

(*a*) c. 25. X. *de iureiurando* ibi: *interdum contractum non dirimit, quod impedit contrahendum*. Diuerſa ſunt *prohibere*, et *irritum* quid facere: nam prohibitio vim ſuam etiam exſerere poteſt per poenam vel expreſſam vel arbitrariam. *H.* GROTIVS de *iure belli et pac. lib.* 2. *c.* 5. §. 16. [De impedimentis matrimonii generatim earumque diuiſione notaſſe iuuat: *Baſ.* PONTII Legionenſis tr. *de impedimentis matrimonii*. Venet. 1645. f. *Gabr.* SCHWEDER *de impedimentis matrimonii*. Tub. 1707. *Ier. Eb.* LINCK diſſ. II. *de impedimentis matrimonium impedientibus et dirimentibus*. Altd. 1723. *Thom.* NESTII lib. ſingular. *de dirimentibus matrimonium impedimentis*. Neap. 1786.]

(*b*) c. 25. C. 32. qu. 7. c. 14. X. *de conuerſione coniugatorum*.

§. 381. Impedimentum matrimonii vel *ſeculare* eſt vel *eccleſiaſticum*, prout vel iure poteſtatis *ſecularis* vel iure poteſtatis *eccleſiaſticae* inducitur. *Illud* innititur rationibus, *reipublicae ſalutem*, hoc vero rationibus, *praecepta religionis* concernentibus. Quod in ſpecie attinet ad impedimenta *dirimentia*, ius *ea conſtituendi olim* fuit ſolius *poteſtatis ſecularis*; nec id ante ſec. XII. ab *eccleſia* exercitum, cui ab eo demum tempore obuenit tacita vel expreſſa *principum indulgentia* (*a*); indeque adſtrictum eſt ad imperantium conſenſum. Pertinet hoc ius inter Proteſtantes ad iura *poteſtatis eccleſiaſticae* principum Euangelicorum. Ceterum cognitio de impedimentis eccleſiaſticis eſt *fori eccleſiaſtici* (*b*) (§. 342.).

(*a*) *Io.* Lavnoivs *de regia in matrim. poteſtate* ſeu *de iure ſecularium principum in ſanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus.* Idem *in indice erratorum Galeſii.* Obſeruat Espen *in iur. eccl. P. II. S. I. tit.* 13. *cap.* 11. *n.* 11. *tom.* I. oper. nov. ed. p. 576. *quod in Gallia miniſtri Regii auctoritatem inducendi impedimenta dirimentia ſemper fuiſſe et etiamnum hodie eſſe acerrime propugnent, tamquam ius coronae principis indiuulſe annexum. Bened.* Oberhavser *ſyſtema hiſtorico-criticum diuiſarum poteſtatum in legibus matrimonialibus impedimentorum dirimentium. Francof.* 1771. [*Oberhauſeri* libro oppoſuerat: *Apologiam pro iure eccleſiae in cauſis matrimonialibus*, Beckivs, Fuldenſis, cui ille reſpondit in libello ſub tit. *Cauſa deciſa diuiſarum poteſtatum in legibus matrimonialibus impedimentorum dirimentium.* Salisb. 1777. Hunc, more ſuo, impugnauit *Ant.* Schmidt in *disquiſitione canonica cauſae deciſae etc.* Mog. 1780. *Erörterung der Frage, ob ein Landesherr Ehehinderungen ſetzen könne. Nahe Beleuchtung derjenigen Einwürfe, die einige Kanoniſten wider das Churbayriſche Sponſaliengeſetz machen. Jo. Ant.* Petzek d. *de poteſtate eccleſiae in ſtatuendis matrimonii impedimentis.* Frib. 1783. Ei. *Vindiciae huius diſſ.* ib. 1787. *Luigi* Litta *del diritto di ſtabilire impedimenti dirimenti il matrimonio e di diſpenſare.* Vol. I. II. in Pavia 1783. 8. *Oberſte Gewalt des Staats in Rückſicht auf die Ehen. Ein Beitrag zur Eheverordnung Joſephs* II. *vom* 16. *Jan.* 1783. Wien u. Münch. 1784. *Theologiſch-ſtatiſt. Verſuch üb. die Kirchengewalt auf die Eheſachen in den kathol. Staaten; von Palaeophilo, einem Verehrer der alten Kirche.* Frf. u. Leipz. 1791.]

(*b*) c. 12. *in f.* X. *de deſponſat. impub.* c. 3. X. *de divort.* c. 1. X. *de conſanguinit. de affinit.*

§. 382. *Documentum connubiale*, *Trau-Schein*, in ſenſu ſpeciali vocatur, quo nullum impedimentum in matrimonio contrahendo interuenire, vel ſi quod adfuit, ſublatum eſſe, ſignificatur: idque vel *ſeculare* vel *eccleſiaſticum* eſt, prout vel ſecularia vel eccleſiaſtica impedimenta matrimonii reſpicit (*). Cum liberum connubii ineundi ius cuilibet ex iure communi competat (§. 347.): vtrum-

que

que 1) non nisi ex *speciali causa* exigi, nec id tamen 2) denegari potest, si deficit impedimentum. Ceterum ius, dandi documentum connubiale *ecclesiasticum* est iurisdictionis *ecclesiasticae*, cum ad hanc pertineat ius cognoscendi de impedimentis (*a*).

(*) *Rud. Aug.* Bünemann *de codicillis indulti nuptialis militum, siue vom Trauschein.*

(*a*) *Ge. Ern. Lud.* Preuschen *Fortsetzung der Gründe, warum ein Catholischer Landes-Herr in Ehe- nnd Kirchen-Sachen Evangelischer Unterthanen zu erkennen nicht befugt sey. obs. 1. sect. 1.*

§. 383. *Impedimenta impedientia* emergunt I. ex tempore *clauso*, quo omnibus generatim interdicitur nuptiarum consummatio (§. 322.), quale est tempus *aduentus*, *quadragesimae* et *supplicationum* (*a*); II. ex *interdicto* iudicii ecclesiastici, quo matrimonii consummatio inter certas personas ex speciali causa prohibetur (*b*); III. ex voto *minus solenni* (§. 327.) (*c*); IV. ex *defectu consensus* eorum, qui habent ius consentiendi in matrimonium: quod tamen ex iure *particulari* protestantium passim est impedimentum *dirimens priuatum* (§. 369.); V. ex *sponsalibus prioribus* (§. 377.).

(*a*) c. 8. et *s.* C. 33. *qu.* 4. *c.* 4. X. *de feriis.* Nec inter Protestantes tempore clauso nuptiae permittuntur, nisi ex dispensatione. Carpzov *l. c. lib.* 2. *def.* 151 152. B. Parens *l. c. lib.* 3. *tit* 46. §. 45. [*Aug. Frid.* Schott diss.

diss. *sistens historiam legum ecclesiasticarum de temporibus nuptiarum clausis.* Lips. 1774. WILDVOGEL d. *de eo quod iustum est circa tempus quadragesimale.*]

(*b*) c. 1. 2. 3. X. *de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiae.* B. Parens l. c. *lib.* 4. *tit.* 16. §. 6. *s.* [Dicitur hoc interdictum ecclesiae *speciale*, vt a priori, quod *generale* vocant, distinguatur. Obiicitur per *mandatum speciale* iudicis ecclesiastici, si forte impedimentum prolatum sit, de quo ante omnia iudici cognoscendum est, veluti affinitatis occultae vel consanguinitatis, vel si quis prius sponsalia cum alia persona contraxisse culpatur. Donec igitur de his sententia lata sit, consummatio matrimonii apud Catholicos sub *anathematis interminatione*, apud nos sub poena pecuniaria vel alia, immo etiam sub poena nullitatis interdici solet. Postrema locum habet omnino, si de iure prioritatis duorum sponsorum vel duarum sponsarum agatur. Vid. alleg. BOEHMER impr. §. 10. PVFENDORF *obs.* T. IV. 131. Tunc etiam *sequestratio* sponsae decerni potest. c. 14. X. *de sponsal.* BOEHMER §. 7. *Henr.* COCCEII *de sequestratione feminarum.* Frf. 1698. *Sam.* STRYK de *dissensu spons.* Sect. IV. c. 3. §. 8.]

(*c*) c. 4. 6. X. *Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt.* Vota perpetuae castitatis *temeraria* habentur in *A. C. art.* 27.

§. 384. Impedimenta *dirimentia* PRIVATA (§. 347.) descendunt I. ex *metu*, II. ex *dolo*, III. ex *errore* circa personam, vel circa statum eius ciuilem (§. 348.) (*a*), IV. ex *impotentia coeundi* antecedenti, absoluta et perpetua. Huius probatio 1) non peragitur confessione coniugis, sed *inspectione oculari*, per peritos instituenda (*b*): ex qua si 2) definiri satis nequit, *perpetuumne* sit an temporarium impedimentum, medicamentis vel mora tollendum, tum ad *triennii experimentum* est excurrendum, vt si per id tempus, a *contractis*

nup-

nuptiis computandum, nullo ſucceſſu ad venerem nitantur, poſt triennium matrimonium diſſoluatur, dummodo impotentia confirmetur *iuramento* coniugis, vel *vtriusque*, ſi impotens eam non diffitetur, vel ſaltim *actoris*, ſi impotens contradicit (*c*). Ceterum ob impedimentum dirimens *priuatum* non niſi ei, *cuius intereſt*, ius agendi competit: eoque iuri ſuo renunciante, matrimonium conualeſcit et ſubſiſtit (*d*).

(*a*) c. 4. C. 29. *qu.* 2. c. 2. 4. X. de *coniug. ſerv.* Non ſufficit error in *qualitate perſonae*, niſi conſenſus matrimonialis ad hunc vnice adſtrictus ſit. Talis error *redundare* dicitur *in perſonam*. ESPENIVS l. c. c. 4. p. 179. *Eſ. Fr.* PVFENDORFIVS *Obſ. iur.* tom I. *obſ.* 161. *p.* 426. [DEDEKEN *Conſil. Theol.* Vol. III. p. 307. n. 18. et Append. p. 817. *Acta curioſa in puncto nullitatis matrimonii Tullii et Tulliae*. Hal. 1722. 4. STRYK *de diſſ. ſponſal.* S. V. §. 48. EISENHART *Rechtsfälle* T. IX. n. 1.]

(*b*) c. 4. 14. X. *de probat.* c. 6. X. *de frigidis, maleficiatis et impotentia coeundi.* [DEDEKEN *Conſil.* Vol. III. p. 350. *Mich.* ALBERTI *Syſt. Iurisprud. Med.* T. I. *pars poſt.* p. 3. ſ. *Chriſt. Godofr.* GRVNER *de cauſa impotentiae in ſexu potiori.* Jenae. 1774. PLOVCQVET *üb. die phyſ. Erfoderniſſe der Erbfähigkeit der Kinder.* Tüb. 1779. §. 7. ſ.]

(*c*) c. 1. 5. 7. X. *eod.* c. 2. C. 33. *qu.* 1. *Henr.* LINCKIVS *de iuſto iuris Can. iudicio* c. 3. B. Parens *l. c. lib.* 4. *tit.* 15. §. 34. *et tom.* III. *Conſult. et deciſ. P. I. reſp.* 140. 105. WERNHER *obſ. ſelect. P.* 2. *obſ.* 392. [BERGER *Reſponſ.* P. II. r. 57. HOMMEL *Epit. ſacri iuris* p. 269.]

(*d*) c. 2. X. *de coniugio ſeruor.* c. 4. X. *de frigid. et maleſ.* c. 4. X. *qui matrim. accuſare poſſ.* WERNHER *l. c. P.* 3. *obſ.* 59. *n.* 2. 3. 4. 5.

§. 385. **Impedimenta dirimentia** PVBLICA oriuntur I. ex Voto *ſolenni* (§. 327.) (*a*), II. ex ſuſceptione *maiorum ordinum* (§. 107.) (*b*),

III.

III. ex *adulterio*, propter quod non ſubſiſtit matrimonium inter *adulterum* et *adulteram*, ſi vel 1) *fidem* ſibi mutuo dederint de nuptiis poſt innocentis coniugis mortem contrahendis, vel 2) alteruter eorum in *innocentis* coniugis *mortem* ſtruxerit inſidias (*c*): IV. ex *raptu*, ob quem inter raptorem et raptam non ſubſiſtit matrimonium, niſi raptae liber conſenſus interueniat (*d*): V. ex *cultus diſparitate*, ſeu quod contractum eſt cum infideli vel iudaeo (*e*). Inter Chriſtianos, diuerſae ſcholae addictos, valide contrahitur: et in Germania inter Euangelicos et Catholicos validum eſt connubium (*f*): VI. ex *vinculo matrimonii*, quo quis alteri adhuc coniunctus eſt (*g*): VII. *ex conſanguinitate et affinitate*, de qua tit. ſeq. agendum.

(*a*) c. *vn. de voto et voti redemt. in* 6.

(*b*) c. 1. 2. X. *qui clerici vel vouentes matrim. contrahere poſſunt. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. c.* 6. Pontifici ſoli tribui ſolet ius diſpenſandi in hoc impedimento. REIFFENSTVEL *l. c. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 16. *tom. IV. p.* 71. Ius connubii reſtitutum eſt clericis in *Aug. Confeſſ. Art.* 23.

(*c*) c. 1. 3. 6. X. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* His reſtrictionibus vſus eſt GRATIANVS ad c. 3. C. 31. *qu.* 1. easdemque ſeruat vſus fori: BRVNNEMANN in *Iur. Eccl. lib.* 2. *c.* 16. ibique STRYK. CARPZOV l. c. *lib.* 2. *def.* 16. quamquam leges et canones generatim olim prohibuerint coniugium inter adulteros NOV. 134. c. 12. c. 1. 3. C. 31. *qu.* 1. [Interdum etiam in caſu fidei datae de ducendo poſt mortem vxoris legitimae, adultero coniugium cum adultera inire conceſſum, oſtendunt iudicia apud DEDEKENN. Vol. III. p. 171. n. 10. ſ. et

Beyer. in *Additam. ad Carpzov.* Iurispr. eccl. I. II. d. 15. Contra rigorem paene iuris Romani in terris Haſſo-Caſſellanis obtinere docet Ledderhose. l. l. §. 286. p. 259.]

(*d*) c. 7. X. *raptorib. In Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de ref. matr. c.* 6. exigitur, vt rapta, procul a raptore in locum abducta, ſponte et libere in matrimonium conſentiat. De iure antiquo vid. c. 11. C. 36. *qu.* 2. [Lynkeri *Conſ. et Reſp.* n. 143.]

(*e*) c. 15. *ſ.* C. 28. *qu.* 1. L. 6. C. *de Iudaeis.* [*Iac. Wilh.* Feuerlin d. *de prohibitione matrimonii cum infidelibus.* Altd. 1755.]

(*f*) *Inſt. Pac. Osn. art. V.* §. 35. Carpzov. *l. c. lib.* 2. *tit.* 6. 7. [Cf. Schott l. c. §. 97. et *Ant.* Schmidt in *inſtit. iur. eccleſ.* T. II. §. 104.]

(*g*) c. 19. X. *de Sponſal. c.* 4. 5. X. *de eo qui duxit in matr. c.* 2. X. *de ſecundis nupt.*

§. 386. Impedimentum *dirimens publicum* cauſam publicam concernit, de eoque inquirere, ad officium *iuris eccleſiaſtici* pertinet (*a*). Quo *legitime* probato (*b*), matrimonium, cui illud ineſt, *nullum* declarari poteſt; ita, vt ſi inter *ſcientes* clam contractum ſit, liberi ex eo nati *illegitimi* ſint (*c*): ſin *bona fide*, hoc eſt ſine ſcientia impedimenti publice et *ſolenniter* ſit contractum, tamquam *putatiuum*, iuribus veri matrimonii tamdiu gaudeat, donec dirimatur (*d*). Remoto impedimento, quod *diſpenſatione Superioris* tolli poteſt, validum redditur: diſpenſationi vero locus eſt in impedimentis publicis, quoad ex iure diuino prohibitiuo non oriuntur (*e*), eaque tum ad *vtriusque* tum ad *vnius*

con-

coniugis instantiam, invito etiam altero coniuge, qui *sciens* contraxit, dari potest (*f*).

(*a*) c. 3. X. *de diuort.* Quatenus vnicuique matrimonium accusare seu impugnare permittatur, definitur in *c. vlt. X. qui matrimonium accusare possunt.*

(*b*) *c.* 5. *X. de eo qui cognouit consanguineam vxor. c.* 1. *X. consanguinit. et affinit.* Ad impediendum matrimonium probatio leuior admittitur *c.* 22. *X de testib. c.* 2. *X. de consang. et affinit.* [testimonium vnius scilicet, quin rumor adeo, confessione eius, qui contrahere matrimonium recusat, firmatus. Ad dirimendum autem matrimonium iam contractum non nisi plena et legitima probatione procedi potest. c. 22. l.]

(*c*) *c.* 3. § 1. *X. de Clandestina desponsatione.*

(*d*) *c.* 1. 3. 8. *X qui filii sint legitimi*, etiamsi vnius coniugis bona fides tantum interueniat c. 14. X. *eod. Nic.* Hertii diss. *de matrimonio putatiuo* §. 7. 21. [*Ern. Christ.* Westphal d. *de veris casibus matrimonii putatiui.* Halae. 1758. Reinharth ad *Christinaeum* T. I. obs. 79. Hommel *Rhaps. quaest.* T. II. obs. 415. et T. III. obs. 529. et ibi allegat. Dedeken in *Consil. Theol. Vit.* Sect. I. tit. 2. n. 7.]

(*e*) *c.* 16. *X. eod. c.* 13. X. *de restitutione spoliatorum* Espen. in *iure eccl. P. II. S.* 1. *tit.* 14. *c.* 1. *tom.* 1. *p.* 593. B. Parens *tom. III. Consult. et decis. P. I. resp.* 109.

(*f*) Vnde fere inualuit, prohibitum matrimonium haud dirimi, quatenus in eo dispensationi locus esse potest: idque arbitraria potius poena vindicari. Mevius *P.* III. *dec* 399. Carpzov *lib.* 2. *def.* 99. [Brückner *Decis. matrim* c. 5. §. 50. c. X. §. 3. Pufendorf *obs.* T. I. obs. 164. *Dav.* Stavinski d. *de coniugio illegitimo indulgentia principis confirmato. Regiom.* 1697. *a* Balthasar *ius eccl. past.* T. II. p. 593. f. Schott *Eherecht* §. 138.]

Tit. VI.

DE IMPEDIMENTO CONSANGVINITATIS ET AFFINITATIS.

(Lib. IV. Tit. 14. *de Conſanguinitate et affinitate*, Tit. 13. *de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuae vel ſponſae*. Tit. 11. et 12. *de Cognatione ſpirituali, et legali*).

ARGVMENTVM.

§. 387. *Conſanguinitatis ratio*. 388. *Gradus, lineae*. 389. *Computatio canonica*. 390. *Quatenus conſtituat impedimentum matrimonii*. 391. *Affinitas*. 392. *Inter quos contrahatur*. 393. *Paria eius cum conſanguinitate Iura*. 394. *Antecedens eſt impedimentum matrimonii*. 395. *Triplex affinitatis genus*. 396. *Impedimentum honeſtatis ex ſponſalibus*: 397. *ex cognatione legali et ſpirituali*. 398. *Diſpenſatio in impedimento quatenus locum habet*. 399. *Ius diſpenſandi*. 400. *Modus diſpenſationis*.

§. 387. Consangvinitas eſt *relatio perſonarum erga ſe inuicem ex generatione deſcendens*. *Legitima* eſt, quae ex nuptiis oritur, ſiue ab *vtroque* ſiue ab *vno* parente originem ducat, *illegitima*, quae ex generatione extra nuptias deſcendit. Oritur I) inter perſonas, *a ſe inuicem* per generationem deſcendentes, inter *aſcendentes* videlicet, et *deſcendentes*, vel II inter

ter perſonas, quae ab *eadem tertia perſona*, id eſt, a *ſtipite communi* deſcendunt, ſeu inter *collaterales*.

§. 388. *Gradus* eſt diſtantia cognatorum inter ſe per generationem conſtituta (*), et *linea* ſeries cognatorum. Series aſcendentium et deſcendentium lineam *rectam*, ſeries collateralium lineam *transuerſam* facit: eaque vel *aequalis* eſt, vel *inaequalis*, prout perſonae cognatae vel *pari* gradu diſtant a ſtipite communi vel *inaequali* gradu.

(*) Expedit diſertius hanc definitionem ita enuntiari, vt *vnus gradus* ſit diſtantia inter duas perſonas, quarum altera alteram generauit; quod etiam ſenſit HOFACKER in *princip. iur. civ.* T. I. §. 255.

§. 389. Per computationem graduum, *quae iure Canonico conſtituta eſt*, gradus inter cognatos determinantur ſecundum *eorumdem diſtantiam a ſtipite communi*: conuenienter omnino *indoli conſanguinitatis* (§. 387.) (*a*). In linea *recta* regula eſt: *quot ſunt generationes, tot ſunt gradus* (*). In linea *collaterali* regula eſt: *quoto gradu duo pluresue conſanguinei diſtant a ſtipite communi, eodem gradu inter ſe ſunt coniuncti.* Quae regula in linea tum *aequali* tum *inaequali* adaequata eſt, modo in *hac* non *ſolius*

remo-

remotioris, ſed *ſimul* quoque *proximioris* diſtantia a ſtipite communi exprimatur; vt regula ſit: *quot gradibus proximior et remotior in linea collaterali inaequali diſtat a ſtipite communi, tot gradibus vterque inter ſe coniunctus eſt* (*b*).

(*a*) Introducta eſt ſec. XI. Epiſtola ALEXANDRI II. a. 1065. in c. 2. C. 35. *qu.* 6. Hiſtoriam nouae computationis exponit B. Parens in *I. E. lib.* 4. *tit.* 14. §. 2. *ſ.* Conf. *Ioſ.* HARZHEIM in *concil. Germ. tom.* III. *ad ſec.* XI. *p.* 239. [De indole et praeſtantia computationis Canonicae prae ciuili in vtramque partem disputatum eſt. Vid. quae notauit *I. C.* KOCH in d. mox alleganda §. 2. in *Opuſc. iur. Can.* p. 66. Originem ex Germania arceſſendam eſſe, aſſertum in: *Beweis, daſs die alte kanoniſche Sipzahl mit der alten römiſchen eben ſo, wie mit der alten teutſchen, einfolglich auch mit der Longobardiſchen übereinſtimme.* Strasburg 1764. 8. HOMMEL *oblectam iur. feud.* obſ. 15. 16. CRVE d. *de fatis ordinis ſuccedendi in feuda legitimi.* Stuttg. 1779. Sententiam *Io. Phil.* TREIBERI in ſchediasmate: *ius ciuile computat gradus in linea collaterali etiam eo modo, quo ius canonicum.* Ien. 1702. 4. titulo tenus didiciſſe ſufficiat. Computandi vſum ac rationem docuerunt auctores ſat multi, ex quibus potiores hi ſunt: *B.* CARPZOVII *arbor conſanguinitatis et affinitatis.* Lipſ. 1648. quae fere addi ſolet *Iurisprudentiae* eius *conſiſtoriali* *Henr.* COCCEII de *computatione graduum cognationis, qua naturalis graduum computationis ratio, vtriusque iuris, ac diuini quoque circa eandem conſenſus, noue et euidenter demonſtratur.* Heidelb. 1672. Frf. 1712. *Lud.* MENCKEN *compendium theoriae et praxis computationis graduum.* Lipſ. 1721. *I. H.* BOEHMER *delineatio doctrinae de gradibus matrimonialibus* add. EI. *doctrinae de actionibus. I. A.* HANNESEN *lucubrationes ſelectae circa doctrinam de computatione graduum* c. praef. *Gebaueri.* Goett. 1736. *Aug. a* BALTHASAR in *iure eccl. paſt.* T. II. p. 305. ſ. *Dan.* NETTELBLADT in *noua introductione* in *iurisprud. poſitiuam Germanorum communem* Membr. III. *I. Fr. Chr.* WEISSER *Anleitung zur Berechnung der Verwandſchaftsgrade.* Stuttg. 1781. Cf. plures ap. SCHOTTVM *Eherecht* §. 112.]

(*) Clarius: *tot ſunt gradus, quot ſunt perſonae, vna, ſtipite videlicet, demta,* quod bene expreſſit *L. I. F.* HOEPFNER in *Commentario vernac. in Inſtitutiones ſecundum Heineccium,* dum lineas perſonis interiectas numerare praecipit.

(*b*) Inadaequata eſt regula, in qua ratio ducitur a ſolo remotiore: id quod fit in *c. vlt.* X. *conſanguinit. et affin.* [Non inadaequata eſſe videtur dum de iure ipſo agitur, per quod collaterales in linea inaequali, abs diſpenſatione iungi licet. Etenim ſi verum eſt, quod remotior gradu quarto a ſtipite communi cum cuiuslibet gradus perſonis lineae collateralis matrimonium contrahere poſſit, nulla reſpectus parentelae habita ratione: tum ſane expedit, remotiorem ſolum inueri et regula c. vlt. cit. propoſita, iuri quam maxime eſt conſentanea. Sed ſi vtriusque lineae conditionem et reſpectum noſſe velis, tum omnino vtramque enuntiare praeſtat. Cf. *I. C.* Koch *examen novae regulae computationis graduum canonicae;* in *Opuſc. iur. can. compend. Boehmer. illuſtrant.* n. III. et Schnavbert *iuriſt. Bibl. St.* 26. p. 448.]

§. 390. Conſanguinitas tam legitima quam illegitima eſt impedimentum matrimonii dirimens (*), in linea *recta* in infinitum (**). In linea *collaterali* Iure *Canonico* nuptiae vsque ad quartum gradum [incluſiue] (*a*), iure eccleſiaſtico *Proteſtantium* vero prohibitae ſunt vsque ad gradum *ſecundum* et *tertium* lineae inaequalis (*b*). In gradu tertio lineae aequalis et vltra licitae ſunt, exceptis perſonis, quae inuicem ſibi ſunt parentum et liberorum loco (*c*).

(*) Argumentum hoc de impedimentis matrimonii ob propinquitatem innumeros exercuit ſcriptores. Recenſum eorum per claſſes diſtributum exhibet *Hiſtoriſche Abhandlung von den Ehegeſetzen u. den verbotenen Ehen.* Bützow u. Wiſmar. 1761. 8. Sect. IV. §. 110. ſ. His adde *Nähere Entwickelung der vornehmſten Streitfragen die Ehen naher Blutsfreunde betreffend, ſamt einem Vorſchlage zur Vereinigung der Gegenpartien.* Tub. 1785. 8. *a* Balthasar *ius eccl. paſt.* T. II. p. 305. ſ. et quos laudat Schott l. c. §. 109.

(**) Hofacker. in *princip. iur. civ.* T. I. §. 365. *ius canonicum*, ait, *inter consanguineos nuptias vetat in linea recta vti et propter respectum parentelae in infinitum*. Sed nec ipse, nec alius quisquam expressam iuris Canonici sanctionem pro fundanda sententia affert, fortassis quod superuacaneum ducerent, dum constaret, legum ciuilium praecepta per ius Canonicum diserte non esse sublata. Interea pro sententia priori annotasse iuuat c. 18. C. 35. *qu.* 2. et 3. de quo canone tamen vid. I. H. *Boehmerum*.

(*a*) Iure ecclesiastico antiquo prohibitio matrimonii producta non est vltra gradus *iure Romano* definitos Espen. *I. E. P. II. S.* 1. *tit.* 13. *cap.* 6. §. 11. *tom. I. p.* 584. Post fata Iustiniani *ex errore* primum ad gradum *septimum* computationis ciuilis extensa, et nouo errore sec. XI. ab *Alexandro* II. in c. 2. C. 35. qu. 3. secundum computationem *Canonicam* accepta, denique sec. XIII. ab *Innocentio* III. ad *gradum quartum* reuocata est *in c.* 8. X. h. t.

(*b*) Id primum in Ordinationibus ecclesiarum *Saxonicarum* ita restrictum, ad earumque exemplum in plerisque Ordinationibus et vniuersali fere obseruantia constitutum, *pro regula* seruatur, nisi aliud iure ecclesiastico particulari caueatur. Carpzov. *I. E. lib.* 2. *def.* 77. 79. 80. 84. 85. B. Parens *l. c. lib.* 4. *tit.* 14. §. 28.

(*c*) Carpzov *l. c. def.* 84. 115.

§. 391. Affinitas est *necessitudo* seu *relatio, per coitum inter coëuntium vnum et alterius cognatos contracta.* Per coitum, tamquam fictam vnitatem personarum, alter iungi censetur cum cognatis alterius (*a*). *Legitima* ex nuptiis, *illegitima* ex illicito concubitu descendit (*b*).

(*a*) *c.* 3. *c.* 15. *C.* 35. *qu.* 3.
(*b*) *c.* 6. 10. X. *de eo qui cognouit consanguineam vxor.*

§. 392. Contrahitur affinitas legitima inter *coniugem* et alterius *coniugis consanguineos.* Itaque licet 1) *omnes consanguinei viri sint affines*

vxo-

vxoris, et omnes consanguinei vxoris sint viri affines; 2) inter consanguineos tamen vxoris et viri inter se nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos debeat matrimonium impediri (*a*). Nulla ergo est affinitas inter *compriuignos* inter se (*b*), et inter vtriusque coniugis *parentes, sorores*, et *fratres* (*c*).

(*a*) Verba sunt *c.* 5. X. *de consanguinit. et affin.*

(*b*) Ad hos non pertinet *Leuit.* XVIII. *v.* 11. vbi de sorore *consanguinea* sermo est. *Interpretes Angli ad loc. cit.* CARPZOV. *l. c. lib.* 2. *def.* 105. B. Parens *l. c. lib.* 4. *tit.* 14. §. 34. [*Ioh. Heinr.* BERGER tr. *de matrimonio comprivignorum*, Lips. 1708. *Ioh. Lud.* MAYCHL op. *de fundamento matrimonii inter compriuignos ad Leuit.* XVIII. *Rost.* 1744.]

(*c*) CARPZOV. l. c. def. 104. 106. Ex *honestatis* ratione tamen inter eos, qui sibi inuicem parentum et liberorum loco vulgo habentur, nuptiae iure ecclesiastico particulari prohibentur, velut cum *nouercae matre. Corp. Const. Calemb. tom.* I. *p.* 296. [SCHOTT l. c. §. 126 129. De obseruantia in terris Hasso - Cassellanis testatur LEDDERHOSE §. 268.]

§. 393. Ad affinitatem *per analogiam*, transferuntur, quae obtinent in *consanguinitate*. Itaque 1) quo gradu quis vni ex coniugibus per *consanguinitatem*, eodem et alteri coniugi per *affinitatem* coniunctus est. 2) *Quoto gradu matrimonium ob consanguinitatem, eodem gradu ob affinitatem interdictum esse censetur* (*a*). 3) Eadem regula inter Protestantes seruatur in *affinitate illegitima* (*b*): inter Catholicos

vero

vero matrimonium ob hanc tantum intra *primum* et *ſecundum* gradum prohibitum eſt (*c*).

(*a*) c. 8. 9. X. h. t. c. 1. X. eod. ibi: *aeque enim abſtinendum eſt a conſanguineis vxoris, vt propriis.* [*Ioh. Mich.* Lang d. *de nuptiis ab affinitatem in linea recta controuerſis.* Altd. 1709. *Abdruck zweyer rechtlicher Gutachten die Ehe mit der Stieftochter u. Schwiegermutter betr.* Halle 1770. 8. Klein *Rechtsſprüche der Hall. Jur. Fac.* T. I. n. X. p. 82.]

(*b*) Carpzov *l. c. lib.* 2. *dec.* 97.

(c) *Concil. Trid. ſeſſ. XXIV. c.* 4. *de reform. matrim.*

§. 394. Vt affinitas habeatur pro impedimento matrimonii, eam *antecedentem* eſſe oportet, quae videlicet *contracta* eſt *ante matrimonium*, per concubitum cum ſponſi vel ſponſae cognatis: etiamſi poſt matrimonium conſummatum *innoteſcat* (*a*). *Superueniens* affinitas, ſeu poſt matrimonium per coitum cum coniugis conſanguineis contracta, non dirimit matrimonium (*b*): quin vero *innocens* coniux ob eiusmodi *inceſtuoſum adulterium* ad diuortium agere poſſit, iure Proteſtantium dubio caret.

(*a*) c. 2. 7. X. *de eo qui cognov. conſang.* *Andr.* Beier in *addit. ad Carpzov. iurispr. eccl. lib.* 2. *dec.* 99. *p.* 110. Stryk *de diſſ. ſponſ. p.* 187. Quoad tamen diſpenſationi locus eſſe poteſt, ſolet coniugium tolerari, B. Parens l. c. *lib.* 4. *tit.* 14. §. 44. 46. Pufendorfius *l. c. tom. I. p.* 431. *tom. III. p.* 392.

(*b*) c. 1. 3. 7. X. *eod.* [Inde matrimonium oritur apud Catholicos claudicans, hoc modo, vt pars innocens quidem a nocente debitum coniugale expetere poſſit, haec vero abſtinere, nec vltro ſibi arrogare debeat. c. 4. 6. 10. 11. X. t.]

§. 395.

§. 395. Solet affinitas, quae eſt inter coniugem et alterius coniugis conſanguineos, *primi generis* vocari. Prohibitio nuptiarum, quae olim producta erat ad *affinitatem ſecundi generis* inter coniugem et alterius coniugis affines primi generis, et ad *affinitatem tertii generis* inter coniugem et alterius affines ſecundi generis, dudum ſec. XIII. ab INNOCENTIO III. ſublata eſt (*a*). Deeſt non minus *inter proteſtantes in alterutro genere* prohibitio nuptiarum: licet inter *affines ſecundi generis*, qui ſibi inuicem *parentum* et *liberorum* loco ſunt, ex *ratione honeſtatis*, quam et ius Romanum attendit, prohibitae cenſeantur (*b*).

(a) c. 8. X. *de conſanguinit. et affin.* v. c. in nuptiis cum vxoris defunctae fratris vidua, vel cum mariti defuncti ſororis viduo.

(*b*) Sic nuptiae prohibitae ſunt cum vxoris demortuae nouerca *L.* 15. *D. de ritu nuptiar.* Ad affinitatem ſecundi generis in linea recta prohibitionem iuris diuini nullo idoneo argumento producit WERNHERVS, opinioni praeconceptae tam ſtrenue inhaerens: vt ne quidem diſpenſationi locum eſſe exiſtimet *Obſ. for. P. I. obſ.* 124. Conf. B. Parens *l. c. lib.* 4. *tit.* 14. §. 34. BRVNNEMANN *I. E. lib.* 2. *c.* 16. §. 23.

§. 396. Ex *ſolis ſponſalibus* nec affinitas contrahitur (§. 391.) nec impedimentum nuptiarum (*a*). Oritur tamen ex ſponſalibus *puris impedimentum publicae honeſtatis* inter deſponſatum vnum, alteriusque conſanguineos *primi gradus* (*b*).

(*a*)

(a) c. 14. 15. C. 27. qu. 2.

(b) L. 12. §. 1. 2. L. 14. §. vlt. D. de ritu nupt. c. vn. de Sponſalib. in 6. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de ref. matr. CARPZOV. l. c. lib 2. def. 107. 108. 120. In ord. eccl. Brunſv. Luneb. tom. I. Conſt. Calemb. p. 297. 301. nuptiae tantum interdicuntur cum ſponſi vel ſponſae parentibus et liberis. [Olim ad quartum vsque gradum cum conſanguineis ſponſi ſponſaeue protendebatur hoc impedimentum; reſtrictum ad gradum primum ex norma Concilii Tridentini; in quo tamen diſpenſationi locus. Oritur autem non ſolum ex ſponſalibus *puris*, ſed etiam ex *conditionatis* tunc, quando conditio adimpleta eſt, ex natura conditionis ſuſpenſiuae et c. vn h. t. in 6.]

§. 397. Ad imitationem *verae cognationis* introducta eſt *ficta*. Ad hanc pertinet 2) *cognatio legalis* ex *adoptione* proueniens, ob quam prohibentur nuptiae tum inter eos, qui per adoptionem *parentum et liberorum* loco ſunt, tum inter adoptatum adoptantisque liberos naturales (a): 2) *cognatio ſpiritualis*, ex baptiſmo et ex ſuſceptione ex eodem, nec non ex confirmatione et ex poenitentia inducta: quae inter Proteſtantes non agnoſcitur (§. 306.) (c).

(a) L. 17. 55. D. de ritu nupt. c. vn. X. de cognatione legali. Ord. eccl. Brunſu. Luneb. tom. I. Conſt. Cal. p. 284. [Primi generis impedimentum eſt perpetuum; ſecundi generis ceſſat, ſi alterutra pars emancipatur. c. vn. l. L. 14. 17. 55. D. de R. N. leg.]

(b) c. 1. C. 30. qu. 3. 4. c. 1. 6. 7. X. de cognatione ſpirituali c. 1. 2. 3. eod. in 6. In concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de ref. matr. prohibitio reſtricta eſt ad certas perſonas. Fr. FLOREN'S tom. II. op. p. 127.

(c) Art. Smalcald. tit. de pot. et iurisd. epiſc. Henr. BROVWERVS de iure connub. lib. 2. c. 8.

§. 398. In impedimentis matrimonii, *humano iure* inductis, locus eſt *diſpenſationi*, non in impedimentis ex *prohibitione diuina* expreſſa oriundis. Haec continetur in *Leuit. XVIII, et XX.* taamquam *lege diuina* poſitiua, inter Chriſtianos a primis Chriſtianismi auſpiciis recepta. In qua cum *determinentur perſonae*, inter quas nuptiae prohibentur, nulla vero *graduum* ratio habeatur: conſequitur, vt a graduum paritate repeti nequeant *principia interpretandi* legem diuinam, eamque extendendi ad alias perſonas, eodem licet gradu conſtitutas (*a*). Nuptiae ergo inter perſonas, *prohibitione expreſſa* non comprehenſas, per *diſpenſationem* permitti poſſunt (*b*); cuiusmodi ſunt nuptiae cum defunctae vxoris ſorore, ſororisue vel fratris vxoris filia vel nepte, cum defuncti mariti fratre, cum auunculo et patruo, cum auunculi vidua, et ſimiles.

(*a*) Exemplo graue eſt, interpretationes humanas, a *peregrinis* principiis *Romanae graduum computationis* repetitas, pro *diſpoſitione diuina* haberi. Lex diuina libertatem in *familia nubendi* non vlterius reſtringit, quam vel opus eſt ad cauenda *incommoda* in de metuenda, vel *reſpectus parentelae* exigere videtur. Hinc inter *perſonas deſignatas* nuptiae prohibentur. Vtriusque ſententiae momenta et auctores recenſet *Ge. Henr.* Ayrer *de iure diſpenſandi circa connubia iure diuino non diſerte prohibita Sect.* III. §. 27. *ſ.* Conf. *Io. G.* Pertsch *de iure diſpenſandi circa coniugium cum defuncti fratris vxore. Io. Dav.* Michaelis *von Ehe-Geſetzen Moſis cap. VI.* De reſtricta diſpenſatione in terris

ris Brunſuicenſibus vid. *Dav. Ge.* Strvben *Rechtl. Bedenken* tom. IV. N. 160. [Cum *Ayreri* tractatus cauſae a tot inde ſaeculis controuerſae et rationibus tam diuerſis agitatae momenta potiora accurate recenſeat, plure huc ſpectantia ſcripta comminiſci vix attinet. Integer libri ex variis diſſertationibus academicis enati titulus eſt: *Ayreri commentatio iuris eccleſiaſtici de iure diſpenſandi circa connubia iure diuino non diſerte prohibita ad Edictum Regium Prutenicum. IV. antea Sectionibus ſingulatim edita atque appendice variorum reſponſorum ius diſpenſandi illuſtrantium locupletata* etc. Gott. 1742. 4. maj. Add. Balthasar *ius. eccl. paſt.* T. I. p. 309. Hellfeld *de legis Moſaicae valore hodierno* Ienae. 1752. et in *Opuſculis* ed. a I. C. Fischer n. 1. Nettelbladt *von den wahren Gründen des Proteſt. Kirchenrechts* p. 8. Hofacker *hiſtoria legum inceſtum prohibentium.* Tub. 1785. Schott l. l. §. 257. Ad recentiorem dogmatis hiſtoriam pertinent Ammon *über das moraliſche Fundament der Eheverbote* III. proluſ. acad. et *C. L.* Nitzsch *neuer Verſuch über die Ungültigkeit des moſaiſchen Geſetzes und den Rechtsgrund der Eheverbote; in einem Gutachten über die Ehe mit des Bruders Wittwe.* Wittenb. u. Zerbſt. 1800. 8. In terris Haſſo - Caſſellanis valet ſententia a. b. auctore propoſita. Ledderhose l. c. §. 271.]

(b) Speciatim determinantur in Edicto Friderici II. *Boruſſiae Regis d. d.* 3. *Iun.* 1740. Thomasii *Juriſtiſche Haendel P.* II. *p.* 256. *Io. Ge.* Estor-*Kleine Schriften tom.* I. *p.* 572. B. Parens *Conſult. et deciſ. tom. I. P. I. reſp.* 160. 161. 162. *tom.* III. *P.* I. *reſp.* 93. 94. *Ge. Chriſt.* Gebaver *de matrimonio cum auunculi vidua.* Ayrer *l. c. ſect.* IV. *et in append. reſponſ.*

§. 399. *Ius diſpenſandi* aduerſus impedimenta, *iure eccleſiaſtico* inducta, eſt *iurisdictionis eccleſiaſticae* (§. 223. 342.). I) In *eccleſia Romana* eſt ius *Ordinarii*: idque Epiſcopis Germaniae etiam quoad impedimenta *dirimentia*, non tam ex *indultu* papali (*a*), quod cautelae gratia peti coepit, quam potius iure proprio competit; de quo reſtituendo actum eſt in Conuentu Emſano (*b*). II) Ex

politia ecclesiae Euangelicae pertinet ad iura regiminis ecclesiastici *reseruata* Statuum Imp. Euangelicorum (§. 172.) (*c*). Eodem iure fruuntur Nobiles imp. immediati Euangelici (*d*), et Consistoria, *tota* iurisdictione ecclesiastica sub principe diuersae religionis instructa (*e*) (§. 223.). Inter diversae religionis consortes, qui iurisdictioni ecclesiasticae propriae ex anno decretorio non subsunt, ius dispensandi est penes Dominum territorii quoad effectus publicos ciuiles, saluo iure subditorum requirendi dispensationem priuatam a suae religionis superioribus (§. 223.).

(*a*) *Anacl.* REIFFENSTVEL *in iur Can. tom. IV. p.* 124. *f.* [Dispensationis materiam in ecclesia Romana vberius tractarunt *Franc.* FLORENS, de *dispensationibus ecclesiasticis.* Par. 1648. et in *Opp.* T. I. *Pyrrhus* CORRADVS in *praxi dispensationum apostolicarum.* Colon 1678. f. *Matth.* KRESLINGER, *in theoria et praxi impetrandi dispensationes quoad impedimenta matrimonii tam in curia Romana, quam episcopali.* Ingolst. 1701. 8. *Vincentius de* IVSTIS in tr. *de dispensationibus matrimonialibus.* Venet. 1739. f. *Ant.* HEISLINGER in *resolutionibus moralibus de matrimonio huiusque impedimentis et istorum dispensatione.* Aug. Vind. 1739. 4. Imprimis autem laudatus *Anacl.* REIFFENSTVEL in Appendice ad librum IV. Decretal. (in Opp. T. IV. Maceratae 1755. luculentam *de Dispensatione super impedimentis matrimonii et petendi debitum theoriam ac praxin* proposuit.]

(*b*) Vid. *Gründliche Entwickelung der Dispens- und Nunciatur-Streitigkeiten. P. I.* §. 13. *sq.* [Ex praxi continua non licet episcopis circa *impedimenta dirimentia* dispensare, nisi in casibus in indultu papali expressis, qui casus quartum vel tertium gradum vix excedere solent, cum contra Nuntiorum cum facultatibus missorum longe maior esse soleat potestas. Impedimenta *impedientia* ad liberam epis-

epifcopi fpectant difpenfationem, exceptis votis papae referuatis. Porro, quae epifcopi funt, etiam ex priuilegio, mandari poffunt vicario generali. At Capitulorum fede vacante, facultas difpenfandi ad impedimenta tantum impedientia pertinet. Exemplum facultatum difpenfandi a Sede apoftolica Epifcopo Frifingenfi conceffarum vid. apud REIFFENSTVEL p. 128. in quibus ad formam difpenfationum concedendarum in matrimonialibus requiritur, vt expreffe declaretur, illas concedi *tanquam a Sedis Apoftolicae delegato*, adeo vt etiam tenor huiusmodi facultatum, cum expreffione temporis, ad quod conceffae fint, inferi debeat, fub praeiudicio nullitatis. De illicitis aufibus Nuntiorum Apoftolicorum contra difpenfationes Ordinariorum teftatur recens exemplum Nuntii quondam Colonienfis, qui in edicto prid. Kal. Dec. 1786. propofito omnia matrimonia ex difpenfatione Archiepifcopi Colonienfis et Moguntini inita, nulla, et liberos ex iisdem procreatos, illegitimos declarat. Cf. *Anlagen zur Pragmat. Gefchichte der Nuntiatur in München*. 1787. lit. R. p. 37. *Mainzer Monathsfchrift*. Jahrg. 1787. m. Ampril.]

(c) CARPZOVIVS *l. c. lib.* 1. *def.* 12. *et lib.* 2. *def.* 125. *Io. Ioach.* MÜLLER *vom Difpenfations - Recht in verbothenen Ehen der Churfürften und Stände, wie auch andern unmittelbaren Reichsgliedern* etc. Iena. 1706.]

(d) *Inftr. Pac. Osn. art. V.* §. 28.

(e) *Ph. Eberh.* ZECH *de iure reformandi lib.* 2. *c.* 3. §. 39. *p.* 219. *Dav. Ge.* STRVBEN *Rechtliche Bedenken t. I. N.* 183. *p.* 470.

(*) LYNCKERI *Confilia et Refponfa*. refp. 142. EISENHART *Erzählung von bef. Rechtshändeln*. T. I. n. 19. qui in diuerfa abit. Sententiae b. auctoris et Lynkeri conforme eft *Refcriptum Regis Boruſſorum* d. d. Calend. Apr. 1749. ad *Regimen Halberftadienfe*, quod *I. H. G.* DE IVSTI libro *Anweifung zu einer guten deutfchen Schreibart* p. 264. inferuit. Contra difpenfationi domini territorialis Proteftantici omnem prorfus vim negat DÜRR in diff. *de Domino territoriali Proteftantico fubditis fuis Catholicis in impedimentis matrimonium iure ecclefiaftico dirimentibus nulliter difpenfante*. Mogunt. 1769. et in *Thefauro diff. eccleſ.* T. VI. n. 17. De iure Catholicorum in terris Electoralibus Brunf. Luneb. cf. MOSER *Landesh. im Geiftl.* B. IV. c. 9. §. 23. p. 714. f.

§. 400. Ad prouidum difpenfationis exercitium requiritur *iufta caufa*, de qua iudicium eft difpenfantis (*). Dari vero pot-

eft

eſt tum ad matrimonium *contrahendum*, tum ad matrimonium nulliter contractum *confirmandum* (**). In vltimo caſu *de nouo* coram parocho ſolenniter contrahendum eſt inter Catholicos (*a*); nec dubium eſt, quin princeps eandem legem ſuae diſpenſationi ſcribere poſſit, cum id vtique faciat ad tuendam legis prohibitiuae auctoritatem.

(*) Bene haec expendit LEDDERHOSE *Heſſen - Caſſ. Kirchenr.* §. 273. Neque adeo ſufficit demonſtraſſe, quod in iisdem caſibus alias frequenter diſpenſatio fuerit conceſſa; nec *mulctae* nimis tribuendum. Sed *conſeruatio familiae vel dotis, euitatio ſcandali, voluntas coniugis demortuae* et quae porro allegari poſſint cauſae obtinendae diſpenſationis, a iudice aequo recte ponderandae ſunt. KLEIN *Rechtsſprr. der Hall. Juriſt. Facultät.* T. I. n. X. p. 82.

(**] Quod vbi fieri non poſſit, interdum tamen *tolerare* ſuadent. STAVINSKI *de matrimonio indulgentia Principis confirmato* c. II. §. 18. 29. BALTHASAR *ius eccleſ. paſt.* T. II. p. 393. PVFENDORF *obſ.* T. I. obſ. 164. p. 431.

(*a*) ESPEN. *I. E. P. II. S.* 1. *tit.* 14. *c. V.* §. 11. REIFFENSTVEL *l. c. tom. IV. p.* 184.

TIT.

Tit. VII.

DE EFFECTIBVS CONTRACTI MATRIMONII.

(Lib. IV. Tit. XVII. *Qui filii ſint legitimi*).

ARGVMENTVM.

§. 401. Obligationes coniugum ex contracto matrimonio. 402. Ius legitimorum natalium. 403. Legitimatio per ſubſequens matrimonium.

§. 401. Iura et obligationes, quarum ratio in *matrimonio contracto* continetur, vel concernunt *coniuges inter ſe*, vel eorum *liberos*. Per finem matrimonii (§. 344.) determinatur obligatio *coniugum* 1) ad *debitum coniugale* ſibi inuicem praeſtandum, niſi iuſta illud denegandi cauſa interueniat (*a*), 2) ad abſtinendum ab omni coitu *cum extraneis* (*b*), 3) ad *indiuiduam vitae conſuetudinem*, vi cuius etiam vxor maritum ſequi tenetur, niſi hic ex *turpi* cauſa, veluti ob fugam vel relegationem, abſit (*c*). *Officiorum, quae per naturam et eſſentiam matrimonii inter coniuges determinantur, complexus* FIDEM CONIVGALEM conſtituit:

tuit: eaque eſt *mutua* (*d*), et iure *perfecto* debetur (*e*): ab eaque coniux, inuito altero, *voto* vel *iureiurando* ſe liberare nequit (*f*).

(*a*) 1. *Corinth. VII.* 4. *c.* 3. *C.* 32. *qu.* 2. *c.* 5. *C.* 33. *qu.* 5. *c.* 4. *D.* 5. *c.* 4. 7. *C.* 33. *qu.* 4. [*Io. Iod.* Beck *de debiti coniugalis praeſtatione.* Altd. 1706.]

(*b*) *c.* 4. *C.* 32. *qu.* 4.

(*c*) *c.* 4. *C.* 34. *qu.* 1. 2. [Carpzov *Iurispr. for. P.* IV. *obſ.* 47. *def.* 7. *Sam. Frid.* Willenberg *de vxore maritum domicilium ſuum mutantem ſequente.* Ged. 1732. *Abr.* Kaestner progr. *quatenus vxor maritum relegatum ſequi teneatur?* Lipſ. 1735. Qvistorp *Beyträge z. Erläuterung verſchiedener mehrentheils unentſchiedener Rechtsmaterien.* St. II. n. 5. Schott l. c. §. 182.]

(*d*) *c.* 6. *X. de adulteriis.* *c.* 23. *C.* 32. *qu.* 5.

(*e*) *cit. c.* 6. *in f. c.* 13. *X. de reſtitut. ſpoliator.* Carpzov. *I. E. lib.* 2. *dec.* 207. 208.

(*f*) *c.* 10. 24. *C.* 27. *qu.* 2. *c.* 1. 3. *X. de conuerſione coniugatorum* *c.* 24. *X. de iureiurando.*

§. 402. Ratione liberorum, a natiuitate ex matrimonio tam *legitimo* quam *rato* dependet *ius legitimorum natalium.* Legitimi ergo ſunt 1) nati ex matrimonio *rato* (*a*), vel 2) nati ex matrimonio *legitimo* tantum, *non rato* (*b*), nec non 3) nati ex matrimonio *putatiuo* (§. 386.) (*c*). Quaeſtio vero de legitimis liberorum natalibus, ex iure matrimonii *rati* pendens, *eccleſiaſtica* eſt (*d*).

(*a*) *c.* 9. 12. *X. Qui filii ſint legitimi.*

(*b*) *c.* 15. *X. eod.*

(*c*) *c.* 2. *et* 14. X. *eod.*

(*d*) *c.* 5. 7. *X. eod.*

§. 403.

§. 403. Extra *matrimonium legitimum* vel *ratum* nati, *illegitimi* ſunt (*a*). Tanta vero eſt vis *matrimonii rati* et *legitimi*, inter eorumdem parentes contracti, vt qui antea geniti ſunt, per illud *legitimentur* (*b*). Haec legitimatio proficit illegitimis, ex *ſtupro* antea genitis (*c*); ex *adulterio* vero ſuſceptis non aliter, quam ſi matrimonium inter adulteros in *caſu licito* contrahatur (§. 385.) (*d*). Ceterum intuitu liberorum, ex *damnato* coitu natorum, vim tantum habet legitimationis *imperfectae*: nec his proficit intuitu ſucceſſionis, ex pacto maiorum deſcendentis (*).

(*a*) c. 3. *X. de cland. deſponſ.* c. 10. *X. Qui fil. ſint leg.*

(*b*) c. 6. *X. qui filii ſint legit.* c. 9. *X. eod.*

(*c*) c. 1. 13. *X. eod.*

(*d*) cap. *cit.* 6. in f. B. Parens *in I. E. lib.* 4. *tit.* 17. §. 20. *Eſ. Frid.* PVFENDORFIVS Obſ. iur. tom. I. obſ. 163. [Famoſum c. 6. X. *h. t.* ſic habet: *Tanta eſt vis matrimonii, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur. Si autem vir viuente vxore ſua, aliam cognouerit, et ex ea prolem ſuſceperit, licet poſt mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus ſpurius erit filius et ab hereditate repellendus;* praeſertim *ſi in mortem vxoris prioris alteruter eorum aliquid fuerit machinatus*, [QVONIAM INTER SE, vt additur in integra decretali apud *Harduinum* Conc. T. V. P. II. p. 1819. et in collect. decretal. eiusdem apud Boehmer. p. 334., MATRIMONIVM CONTRAHERE NON POTVERVNT.] De ſententia Alexandri III. ancipites nos eſſe non ſinit Boehmerus, qui fragmentum hoc valde mutilum ex contextu reſtituit et ſolito more enucleauit. Habet etiam hoc loco particula *praeſertim* vim ampliatiuam, ſicut vocula *maxime* c. 1. X. *de eo qui duxit in matr. quam polluit per adult.* (ſecus quam ſentit Pufendorfius), vt ſententia ſit: ex generali quidem canonum antiquorum diſpoſitione impediri matrimonium inter adulteros, *multo magis* autem tum, ſiquis vel adulterae fidem de futuro matrimonio dederit, vel haec ſpe futuri matrimonii cum moe-

moecho ineundi vitae innocentis coniugis insidias struxerit. Sed cum paucis annis post (1198) Innocentius papa III. *c.* 6. *X. de eo qui duxit in matr.* a rigore veterum legum ecclesiasticarum recessisset, et sententiae Gratiani c. 3. C. 31. *qu.* 1. sese accommodasset, huius deinceps constitutio regula iuris canonici facta est. Latius haec et alia circa hanc materiam persequitur I. H. *Boehmerus* in diss. *de legitimatione ex damnato coitu natorum.* Hal. 1709. et in *Exercit. in* ff. T. I. n. 20. Cf. *Pet. Diet.* VOLCKMANN d. *de legitimatione partus a parentibus sedulo occultati eiusque adulterini per subsequens matrimonium.* Giess 1760. Nec pigebit legisse GLÜCKIVM in *Comment. vernac. ad* ff. T. II. p. 252.]

(*) Nempe matrimonium inter adulteros non subsistit, nisi subsequente dispensatione pontificis in casibus licitis impetranda. Per hanc quidem matrimonium fit *ratum*, sublato quippe, quod obstabat, impedimento ecclesiastico, et sortitur omnes effectus ciuiles, quos sortiri potest, nisi legibus ciuilibus peculiaribus idem sit prohibitum. Sed si simul adfuit impedimentum seculare, v. c. si quis cum persona conditionis seruilis contraxisset, haec quidem potestatis ecclesiasticae vis esse non potest, vt effectus ciuiles etiam in praeiudicium iurium specialium, qualia sunt successionis ex pacto maiorum competentis, tribuat, liberosque ex tali matrimonio procreatos successionis habiles reddat; id quod ipse Innocentius III. c. 13. X. *h. t.* quodammodo sensisse videtur, praeeunte interpretationem Boehmero in diss. *de Romana ecclesia matre indulgentissima* §. 53. praef. I. E. P. T. IV. p. 53. Casum insignem huius argumenti illustrandi causa ab eodem propositum vide ibidem §. 54. Enimuero, non solum *dispensationis in adulterinis* vim in his nullam, sed ne quidem *naturalium* vel *spuriorum* per subsequens matrimonium legitimationem ad huiusmodi iura obtinenda proficere, omni dubitatione caret. Vid. RVNDE *Grundss. des D. gem. Rechts* §. 396. BOEHMER in *iur. feud.* §. 123. PÜTTER *ius priuat. princip.* §. 27. HOFFMANN *Handb. des D. Eherechts.* c. 8. §. 72. p. 232.

TIT.

Tit. VIII.

DE DIVORTIO.

(Lib. IV. Tit. 19. *de diuortiis* Tit. 20. *de donationibus inter virum et vxorem et de dote post diuortium restituenda*).

ARGVMENTVM.

§. 404. *Diuortium.* 405. *Priuatum et publicum.* 406. *Quoad vinculum, et quoad torum et mensam.* 407. *Eius ratio inter protestantes.* 408. *Eius causae.* 409. *Harum probatio.* 410. *Ius inde petendi diuortium.* 411. *Huius effectus intuitu dissoluendi matrimonii.* 412. *Intuitu iurium succedendi et dotis.* 413. *Separatio quoad torum et mensam.*

§. 404. Matrimonim ratum et legitimum dissoluitur 1) *morte* alterutrius coniugis, et 2) DIVORTIO, quod est *dissolutio matrimoniali validi viuis coniugibus facta* (*a*). Cum matrimonium validum iure diuino *indissolubile* sit, nisi iusta illud dirimendi causa interueniat; diuortium *iustam causam* desiderat (*b*).

(*a*) Ab eo ergo differt *annullatio matrimonii inualidi;* quae tamen subinde in sensu generali *diuortium* vocatur, vt in c. 3. *X. de donat. inter vir. et vx.* [De diuortiis vniversim multi multa. Ex infinito paene numero notabimus: *Ge. Ad.* STRVV d. *de iure diuortiorum.* Ien. 1678. 4. *Io.*

Io. Ge. Nicolai tr. *de repudiis et diuortiis ex iure diuino, canonico, ciuili et prouinciali* etc. Dresdae et Pirnae 1685. *Henr.* Linck d. *de vſu diuortiorum ex diuino et humano iure.* Altd. 1686. *Controuerſiae circa iura diuortiorum editis opuſculis agitatae et boni publici cauſa collectae atque coniunctim editae.* ed. 2da. Hal. 1729. ed. 3. 1737. Inſunt: *Io. Frid.* Kayser d. (praeſ. I. H. *Boehmero*) *de iure principis euangelici circa diuortia.* Hal. 1715. Et. *fundamenta doctrinae de diuortiis oppoſita diſſ. Wittenbergenſi ſub tit. Sana de iure principis euang. circa diuortia doctrina, ſuperiore anno vulgata.* ed. 2. Hal. 1730. *Car. Frid.* Michaelis d. praeſ. *Godofr. Lud.* Mencken, *Sanam de iure principis euangelici circa diuortia doctrinam excutiens.* Viteb. 1719. rec. 1730. *J. M.* Langii *gründl. Beweis daſs die Diuortia oder Eheſcheidungen iure naturae verboten ſeyn*, der Hall. Diſſ. entgegengeſetzt. Halle. *Io. Frid.* Kaysers *abgenöthigter Gegenbeweis.* Halle. *Joh. Mich.* Langii *göttlich triumphirende Wahrheit ſeines gründl. Beweiſes.* etc. 1717. Prodiit deinde eiusdem *Kayſeri*, tunc Profeſſ. Gieſſenſis, noua diſſ. *de diuortio totali, ſeu quoad vinculum, iure Euangelii licitō.* Gieſſae 1740. His adde *Anonymi gründliches Bedenken von Eheſcheidungen, deren Art und Unterſchied, auch denen Urſachen, um welcher willen die Eheſcheidung von der hohen Obrigkeit und denen Rechtscollegiis verſtattet und erkannt werden könnne.* Frf. 1720. *Io. Laur.* Moshemii tr. *de diuortio.* Helmſt. 1727. et rec. 1766. *Matth.* Pfaff d. *de cauſis diuortii.* Tub. 1732. *Chr. Aug.* Hankel d. *de diuortiis iure naturali neutiquam prohibitis.* Gott. 1749.]

(*b*) c. 18. *C.* 33. *qu.* 2.

§. 405. Diuortium vel ***priuatum*** eſt, quod ſola fit vel vtriusque vel alterutrius coniugis voluntate, datis repudii literis: vel ***publicum***, quod publica auctoritate ſuſcipitur. *Priuatum*, inter *Iudaeos* olim nec non inter ipſos *Chriſtianos* ſub imperio Imperatorum Chriſtianorum agnitum vſitatumque (*a*), iure eccleſiaſtico *licitum* amplius non eſt (*b*). Hinc 1) priuatim diuertentes, ad matrimonium

nium *continuandum* coguntur (*c*): et 2) disceſſio vnius coniugis, altero inuito facta, *ſpolii* inſtar habetur (*d*).

(*a*) *L.* 9. *C. de repudiis* NOV. *XXII.* c. 4. *Io.* SELDENI *vxor Hebraica ſiue de nupt. et diuort.* Lond. 1646. *lib.* 3. c. 6. f. [*Io. Carl.* BEHEIM d. *de diuortio Iudaeis a Deo nunquam praecepto, neque etiam legaliter permiſſo.* Altd. 1729. *Anonymi tr. de cauſis diuortii ex iure diuino*, latine conuerſus *a Fr. Eſ. Pufendorfio* et inſertus T. I. Obſeruat. iur. vniv. obſ. 160.]

(*b*) *c.* 3. *X. de diuort. c.* 13. *qui filii ſint legit.*

(*c*) *c.* 6. *X. de diuortiis.* CARPZOV. *lib.* 2. *def.* 207. *Tob. Iac.* REINHARTH *de coniuge bona gratia diuertente.* Erf. 1716. §. 27. f. [De poena voluntarii et iniuſti diuortii vid. MEVIVS P. VII. dec. 380]

(*d*) c. 8. 10. 13. *X. de reſtitutione ſpoliator.*

§. 406. Secundum ius Canonicum diuortium fit vel *quoad vinculum*, quo matrimonium prorſus exiſtere definit, vel *quoad torum et menſam*, quo obligatio ad debitum coniugale et ad vitae conſuetudinem inter coniuges ſuſpenditur. Quamquam diuortium quoad vinculum, doctrina *Chriſti* et *apoſtolorum* probatum, in eccleſia, tam *primitiua* quam ſub *Imperatoribus Chriſtianis* florente, multis ex cauſis obtinuerit (*a*): *poſt tempora Iuſtiniani* tamen in concilia et in fora irrepſit *Auguſtini*, illud improbantis, ſententia (*b*); indeque 1) illud inter coniuges *Chriſtianos* prorſus negatum (*), et 2) in *eius locum* ſubſtitutum eſt diuortium quoad *torum*

et

et mensam, idque vel *perpetuum* vel *temporarium*, prout causae qualitas illud exigeret: in quibus principiis ius Canonicum subsistit (*c*).

(*a*) *Matth.* *V.* 32. *XIX.* 9. 1. *Corinth.* *VII.* 15. *Jos.* BINGHAM *antiquit. eccles. lib.* 22. *c.* *V.* L. 1. 2. C. *Theod. de repud.* L. 8. 9. C. *de repudiis* NOV. XII. c. 6. NOV. CXVII. Io. SELDENVS *l. c. lib.* 3. *c.* 29. 30. *s.* *Io.* LAVNOIVS *de regia in matrim. potest. p.* 312. *s.* [*Ge. Aug.* MARCHE *historia iuris ciuilis de diuortiis.* Lips. 1704. BROVWER *de iure connubiorum* II. 17.]

(*b*) *I.* SCHILTERI *historia iuris circa dogma ecclesiae Christianae de dissolutione matrimonii.* Argent. 1687. Incognita fuit distinctio vtriusque diuortii ante tempora *Augustini*, qui ex *typo vnionis Christi* cum fidelibus matrimonium statuit *absolute indissolubile*, et sententiam Christi, *diuortium admittentis*, *Matth. V. et XIX.* restrinxit ad diuortium *a toro et mensa*, errore manifesto, cum Christus de *eodem diuortii genere* responderit, quale *apud Iudaeos* in vsu erat, et de quo illi quaerebant, nempe de *totali* et quod a vinculo fit.

(*) Secus existimant in matrimonio infidelium, altero ad fidem Christianam conuerso. Tunc enim, si pars infidelis amplius cohabitare nolit, aut, si velit, periculum peruersionis subsit, matrimonium etiam quod vinculum solui posse, et fideli ad alias nuptias transire permissum censent arg. *c.* 7. X. *h. t.* quod nititur auctoritate Pauli 1. Cor. VII. 12. 13. Sunt tamen non pauci, qui contrariae sententiae favent. *Engelb.* KLÜPFEL in d. *Tertulliani mens de indissolubilitate matrimonii infidelium altero conuerso*, in *oblectam. histor. et iur. eccl.* Frib. 1796. *Franc. Xav.* SCHLOSSER *de indissolubilitate matrimonii in infidelitate contracti. conuerso ad fidem Christi coniugum alterutro.* Frib. 1780. *Ant.* SCHMIDT *instit. iur. eccl.* T. II. §. 100. RIEGGER *Jurisprud. eccl.* P. IV. p. 134. EYBEL *introd. in ius eccl. cath.* T. IV. I. II. c. 13. §. 370. p. 307. De eodem argumento aliquando etiam quaesitum inter Protestantes. *I. L.* HOLDERRIEDER probl. *an iudaica infidelitas post conversionem alterutrius coniugum ad fidem christianam in republica christianorum sit causa diuortii?* Lips. 1740. Cf. MENDELSOHN *Ierusalem* Sect. I. p. 41. Praeterea *ratum* quidem, *nondum* autem *consummatum* matrimonium per solemnem religionis professionem alterius coniugum dirimi *Conc. Trid. Sess.* XXIV. *can.* VI. statuitur. Cf. *Pet.* GALLADE d. *de vinculo matrimonii rati auctoritate ecclesiastica aliquando solubili.* Heidelb. 1759. Denique *Pontificis sum-*

summi dispensatione omnino dissolui posse vinculum matrimonii admittunt. *Ant.* SCHMIDT l. l. §. 118. p. 185. ed. 3ae.

(*c*) c. 1. 4. 7. 10. 28. C. 32. *qu.* 7. c. 12. X. *de praesumtionib.* c. 2. X. *de diuort.* CONC. TRID. sess. 24. c. 8. *Rob.* BELLARMINI *controuers. de matrimonio.* *Thom.* SANCHEZ *de matrimonio.* [*Pet.* GALLADE d. *de vinculo matrimonii indissolubili etiam in causa fornicationis.* Heidelb. 1758.]

§. 407. In *foris Protestantium* principia ex praeceptis *Christi* et *Apostolorum* de dissolutione matrimonii eiusue caussis deducta, normam decidendi praestant (*a*), nulla habita *iuris Canonici* ratione, quoad cum his non conspirat. Ex his admittitur *Diuortium* quoad vinculum, seu proprie sic dictum; et iusta eius caussa est *factum turpe, dolosam fidei coniugalis violationem continens* (§. 401.): quamquam nihil impediat, quo minus et *aliae diuortii caussae* auctoritate publica possint definiri (*b*).

(*a*) *Matth.* V. 32. XIX. 9. *Deuter.* XXIV. 1. *I. Corinth.* VII. 15. *H.* BRVCKNER *decis. matrim. cap.* 16. 17. *s.* B. Parens *in iur. Eccl. lib.* 4. *tit.* 19. §. 25. *s.* *I. Laur.* MOSHEIM *de diuortio* §. 9. *s.* *Es. Frid.* PVFENDORFIVS *obs. iur. tom. I. obs.* 160. *Io. Ge.* ESTOR *de diuortio cap.* 2.

(*b*) *Sam.* L. B. *de* COCCEII *in iure controuerso Part. II. p.* 169. 177. Obseruandum omnino, 1) non omne diuortiorum ius a Christo definitum, sed in controuersia, quae inter *Hilleli* et *Schammai* discipulos de certis caussis diuortii intercedebat, responsum esse, cuiusnam sententia rectior esset; 2) totam illam controuersiam pertinuisse ad caussas *diuortii priuati*, et eius inprimis, quod fit, *inuito altero coniuge*, datis repudii literis.

§. 408. Cauſae diuortii aliae ex ſententia iuris diuini *expreſſa* deſcendunt, *adulterium* videlicet et *malitioſa deſertio* (*a*), aliae ex *tacita* eius ſententia, ſeu ex eius mente et ratione; ad quas pertinent *inſidiae vitae ſtructae*; *praefracta debiti coniugalis denegatio*, quae praeuiis legitimis remediis fruſtra adhibitis coerceri non potuit; *Delictum coniugis*, ob quod *poena mortis ciuilis* contracta eſt (*b*). Ob cauſas vero, ab *infortunio* prouenientes, veluti ob furorem impotentiamue *ſuperuenientem*, in *foro* quidem diuortium decerni nequit, eidem tamen ex *diſpenſatione* principis locus eſſe poteſt (*)

(*a*) In his tantum in *foro* ſubſiſtendum eſſe, nonnulli conſent WERNHER *obſ. iur. P. IV. obſ.* 6. Vid. *Sam. de* COCCEII *l. c. p.* 176. [WERNHERVS ſententiam hanc etiam peculiari diſſ. defendere ſtuduit, *de diuortio ex nulla alia cauſa, quam adulterio concedendo.* Viteb. 1719. propoſita. Alii contra laxiorem in hic poteſtatem iudici dari volunt, *Frid.* PLATNER d. *de ampliando in diuortiis decernendis iudicum arbitrio.* Lipſ. 1770. Quaenam ad principia hunc diſſenſum reuocari poſſe viſum ſit PERTSCHIO, vid. in eius *Elem. iur. can.* T. I. lib. II. tit. 15. §. 706. ſ.]

(*b*) De his cauſis vid. auctores §. ant. not. a excitati. STRYK *de diſſ. ſponſ. Sect.* VI. et in diſſ. de *diuortio totali ob inſidias vitae ſtructas.* Hal. 1702. *I. G.* BRVCKMANN *de permiſſo ob inſidias vitae diuortio.* Erf. 1751. [*Arn. Wilh.* MALLINKRODT d. *de diuerſis diuortiorum cauſis in foris Proteſtantium receptis.* L. B. 1727. Referri huc ſolent praeter commemoratas a. b. auct. *mores intolerabiles; odium implacabile* et *nullo remedio leniendum: procurata ſterilitas vel abortus; morbus ſonticus* et *contagioſus*; quo fere tendunt praeiudicia in LYNCKERI *Conſil.* n. XIV. HOMMEI *Rhapſod. quaeſt.* T. V. p. 50. 62. VI. p. 241. KLEIN *Rechtsſprr. d. Hall. Jur. Fac.* T. I. n. XIII. XXIV.]

(*) HOMMEL *Rhapſ. quaeſt.* VI. p. 241. Neque tamen in *foro* plane incognita eiusmodi diuortiorum decreta. LEDDERHOSE *Heſſen - Caſſ. Kirchenrecht* §. 286. not. b) iisque patrocinantur *I. H.* BOEHMER in *Conſult. et Dec.* T. III. P. I. reſp. 96. et 103. LEYSER *Med. ad ff. ſpec.* 315. et *S. C.* AEMINGA in d. *de diuortio et repudio ob furorem cognoſcendo.* Gryph. 1768.

§. 409. Diuortio *inter priuatos* locus non eſt, niſi praeuia *cauſae cognitione* et *iudicis eccleſiaſtici* ſententia (*a*): ac proinde *cauſa diuortii* in iudicio legitime *probanda* eſt. I) Probationi *adulterii* aequipollent violentae illius *praeſumtiones* (*b*): ideoque tam adulterium *verum*, quod commiſſum eſſe probari, quam *praeſumtum*, quod commiſſum eſſe, ex violentis coniecturis praeſumi poteſt, ad diuortium ſufficiunt. Quod attinet II) ad *malitioſam deſertionem*, probandum eſt 1) eam eſſe *malitioſam*, hoc eſt, animo fidem coniugalem violandi ſuſceptam; 2) pars deſerens *citanda* eſt, et quidem ſi *alia* locum non habet, *edictali* citatione; 3) ſi alia deſunt remedia, deſerentem ad redeundum et ad matrimonium continuandum adigendi, ideoque inprimis ob *contumaciam abſentis*, diuortii ſententia decerni poteſt (*c*). 4) Redux antea factus, ad coniugem *redire*, et coniux deſertus reuertentem *recipere* obligatur:

quamquam iure ſuo exigere poſſit, vt ſuſpicionem adulteri elidat *iureiurando* (*d*).

(*a*) De modo diuortia inter principes ineundi vid. *Burch. Gotth.* Strvvii *iurisprud. heroica P. IV. c. II. et III. Sect. I. II. III. IV. J. Frid.* Lvdovici *de iudice in cauſis princip. Proteſtant. matrimonial.* B. Parens *Conſult. et Dec. tom.* III. *P.* I. *reſp.* 107. [*Jo. Aug.* Hellfeld d. *de iudice cauſarum, quae inter illuſtres agitantur, matrimonialibus,* in I. *Struvii* iurisprud. heroica. P. IV. c. 4. *Car. Frid.* Treitschke d. *de iure principum diuortiis propoſito.* Lipſ. 1772. Pari iure cum principibus imperii fruuntur Nobiles immediati. Lyncker. *Conſ. et Reſp.* Reſp. XIV. *Henr.* Linck *de immediatorum Proteſtantium foro in cauſis matrimonialibus. Ge. Henr.* Ayrer in *Vindic. Libertatis Corp. Nob. S. R. Im.* Gott. 1754. §. 32.]

(*b*) Exemplo ſunt *praeſumtiones*, in c. 12. *X. de praeſumt.* relatae, ob quas ibi decernitur *diuortium quoad torum et menſam perpetuum.* B. Parens *I. E. lib.* 4. *tit.* 19. §. 28. 29. et in *Conſult. et Dec. tom.* III. *P.* I. *reſp.* 98. *ſ. P.* II. *reſp.* 463. [Lynckeri *Conſ. et Reſp.* reſp. 30. et 190. Wernher *Obſ. forenſ.* P. I. obſ. 47. Leyser. medit. ſp. 313. n. 1.]

(c) Carpzov. *I. E. lib.* 3. *def.* 58. *ſq.* J. H. Bergeri *electa proceſſ. matrim. th.* 50. Wernher *obſ. for. P.* II. *obſ.* 204. [Hommel *Rhapſ. quaeſt.* obſ. 612. Ei. *Epit. ſacri iur.* c. 53. §. 53. Schoepf *de proceſſu vnilaterali cum primis contumaciali.* Tub. 1748.]

(*d*) Carpzov. *l. c. lib.* 2. *def.* 209. *lib.* 3. *def.* 66. Leyser *ad Pand. ſpec.* 314. *med.* 4. 5. [de Berger *Electa proc. matrim.* th. 30. et ſuppl. n. 2. *I. L.* Baetge d. *de iuramentis maxime inter coniuges in caſu imputati adulterii.* Hamb. 1751.]

§. 410. Ex iuſta diuortii cauſa deſcendit tantum ius coniugis laeſi, ad *matrimonium diſſolvendum agendi* (*a*): quo nomine *actio de diuortio* datur. Ius vero illud petendi ceſſat 1) ob violationem fidei coniugalis expreſſe vel tacite *remiſſam* (*b*), vel ſi 2) actor ipſe non minus violatae fidei *reus* eſt (*c*), vel

vel 3) *auctor* fuit eius violationis, quam accuſat (*d*), [vel ſi 4) vxor per vim compreſſa ſit (*)].

(*a*) Opinio eorum, qui matrimonium adulterio *ipſo iure* ſolui, exiſtimant, neque *legibus* neque *rationibus iuris* innititur: ex adulterio enim tamquam violatione fidei coniugalis oritur tantum *ius reſiliendi* a ſocietate coniugali; ſi eo iure vti velit pars laeſa. [Opinionem a b. auct. reprobatam ſecutus eſſe videtur etiam *I. H.* Boehmer in *introd. in ius Dig.* h. t. §. 11. et clarius eandem explicat in animaduerſione ad c. 4. X. *de donat. int. vir. et vxor.* nec quidquam tamen pro ea confirmanda producit, quam quod adulterium commiſſum et probatum ſufficiat ad priuationem dotis, vxore exceptione adulterii a marito vel eius heredibus repellenda. modo reconciliationem inter ipſos non ſecutam eſſe conſtiterit, in quo ſane etiam ſubſtitit in I. E. P. tit. *de donat. int. vir. et vx.* §. 33.]

(*b*) c. 4. *X. de donat. int. vir. et vx.* c. 25. *in f.* X. *de iureiur.* de Cramer *t. IV. obſ.* 1118. [Brückner *deciſ. matrim.* c. 17. p. 53. Neque vero praeiudicare poteſt, ſi ignorans adulteram eſſe, cum ea conſueuerit. Carpzov *iurispr. eccl. L. II. t. I. def.* 147. Lyncker. *Conſ. et Reſp.* reſp. CXC. 19. Leyser *med. ſp.* 313. *m.* 11.]

(*c*) c. 1. *C.* 32. *qu.* 6. c. 6. 7. *X. de adulteriis.* [Dedeken *Conſ.* T. III. p. 329. n. 8. Brückner *deciſ. matrim.* c. 17. p. 54.]

(*d*) c. 6. *X. de eo qui cognouit conſanguin. vxor.* [Si maritus in cauſa fuit, quod vxor adulterio ſe commacularet, vel ſubſtituendo illam alteri, vel quod ab vtraque parte accidere poteſt, denegando debitum, exceptione ab agendo ad diuortium recte remouebitur. Non quamuis autem denegationem huiusmodi exceptionem operari, ſed malitioſam et incorrigibilem, quae *quaſi deſertio* vocari ſolet, ex antecedentibus (§. 408.) conſtat. Lyncker *Conſ. et Reſp.* reſp. CL. 6. CXC. 18. *Io. Florens* Rivinvs progr. *an debitum coniugale denegando cauſam adulterio dans diuortium nihilominus ob adulterium petere poſſit?* Lipſ. 1728.

(*) Dedeken. *Conſ.* T. III. p. 338. n. 2. Brückner *deciſ. matrim.* c. 17. n. 44. et p. 54. Bodini d. *de diuortio coniugum propter delictum.* th. 15. Difficilior cauſa erit, ſi vxor in errore ſe fundare nititur et concubuiſſe ſe cum alio fateatur, quod maritum putaret.

§. 411. Matrimonio per ſententiam iudicis reſciſſo, 1) *vterque coniux* quidem a vinculo coniugii liberatur (*a*); ſed innocenti tantum ſalua eſt ad *nouas nuptias* tranſeundi facultas, quae nocenti in *poenam* negatur. Quae poena cum mere eccleſiaſtica ſit, *remitti* poteſt indulgentia *principis Euangelici* (*b*).

(*a*) WERNHER *obſ. for. P. I. obſ.* 204. *n.* 51. *ſ.*

(*b*) WERNHER *l. c. n.* 110. *ſ.* et in diſſ. de *poteſtate principis circa nouas nuptias malitioſo deſertori ſtatim poſt ſententiam concedendas* §. 18 *ſ.* LVDOVICI *de coelibatu nomine poenae impoſito.* [CARPZOV P. II. def. 119. Ipſo iure haec poena neutiquam intelligitur. Ceſſat ergo, niſi in ſententia expreſſe fuerit indicta.]

§. 412. 2) Neuter ex alterius coniugis bonis *ſucceſſionis iure* quidquam lucratur, cauſa huius lucri videlicet, quae eſt matrimonium, ceſſante (*a*). 3) Vxor ius habet *dotem* repetendi (*b*), niſi cauſa *priuationis* interueniat, quae inprimis iure communi eſt cauſa *adulterii.* Quae priuatio cum in *poenam adulterii* ſtatuta ſit (*c*): eidem etiam, diuortio non ſecuto, locus eſt; et vxor, quae non eſt *reconciliata* marito, dotem ab eius heredibus repetens *exceptione adulterii* repellitur. Ceterum de hac cauſa, quoad *incidens* eſt, iudicis eccleſiaſtici cognitio fundata eſt (*d*). [4) *Liberi*, ſi qui adſunt, apud *inno-*

nocentem alendi ſunt, ſumtibus patris, et apud *matrem* quidem, ſi ad ſecundas nuptias non tranſierit (**): quae *in ſubſidium* quoque ad alimenta tenetur.]

(*a*) c. 10. *X. de conſuet.* CARPZOV. *iurispr. for. P.* 3. c. 26. *def.* 17. *I. Fr.* LVDOVICI *de ſucceſſione coniugis deſerentis* §. 10. 12. de CRAMER *t.* III. *obſ.* 922. [SCHOTT *Eherecht.* §. 224. p. 534. 35.]

(*b*) *c.* 1. 2. 3. *X. de donationibus int. vir. et vx.*

(*c*) *c.* 4. *X. eod.* LYNCKER *Cent. IV. dec* 318. PVFENDORF *tom.* III. *obſ.* 122. *t.* IV. *obſ.* 240. [Quod de dote ſtatutum eſt, ad paraphernalia trahi nequit. Neque enim *dotalitii*, quo praeter *c.* 4. *cit.* vxorem priuari vult, haec ſignificatio eſt, ſed illud lucrum denotat, quod ex moribus Germaniae et Galliae pactis dotalibus viduae in ſolatium viduitatis conſtitui ſolebat, quod per abuſum etiam *donatio propter nuptias* audire conſueuit. *I. H.* BOEHMER *I. E. P.* l. IV. t. 20. §. 21.]

(*) Cum certum ſit, *dotis* et *dotalitii* priuationem iure Canonico non in poenam diuortii, ſed adulterii eſſe ſancitam, contra ius ciuile a Iuſtiniano *Nov.* 134. *c.* 10. introductum, non ſine ratione dubitant Ictorum quam plurimi, an ad alias cauſas iuſto repudio ſufficientes poena haec extendi queat. Vtut enim par ratio ſit laeſae fidei coniugalis in deſertione malitioſa et inſidiis vitae ſtructis, (quin tamen alias huc referam,) aliud tamen ius ex lege marito competere non videtur, quam vt ad diuortium experiatur, niſi ſimul ob alteram cauſam de crimine illam accuſare velit. Caute itaque incedit b. auctor, *iure communi imprimis* adulterio poenam ſtatutam amiſſionem dotis dicens. Communis autem opinio, cui etiam *I. H.* BOEHMER in *I. E. P.* l. IV. t. 20. §. 30. accedit, in contrarium fertur et quamcunque cauſam diuortii, quo marito iniuria fit, priuationem dotis operari cenſet. NICOLAI *de diuortiis* P. II. c. 2. n. 68. LYNCKER Cent. IV. Deciſ. 328. MEVIVS P. V. 135. VII. 162.

(*d*) c. 3. *X. eod.* [*Separatim* inſtituenda eſt in foro ſeculari; non item etiam iudici ſeculari, cauſam dotis tractanti, incidenter de quaeſtione ſtatus, quatenus de matrimonii validitate vel nullitate pendet, cognoſcere licet.]

(**) *Nov.* 117. c. 7. Idem etiam in caſu decretae ſeparationis quoad torum et menſam obtinere obſeruat CARPZOV. P. III. dec. 291. cf. BOEHMER *I. E. P.* h. t. §. 48. in qua dum ſaepe anceps maneat de culpa iudicium, patris fauor merito praeualebit.

§. 413.

§. 413. Per *ſeparationem quoad torum et menſam* iura et obligationes coniugum tantum quoad debitum coniugale et cohabitationem ſuspenduntur (*): eaque ideo fit *ſaluo coniugii vinculo*, ſaluisque reliquis omnibus coniugum *iuribus* et *obligationibus*; ideoque et obligatio mariti ad vxorem *alendam*, huius ius *dotis*, vtriusque *ius ſuccedendi* ex pactis dotalibus vel aliunde competens, integra perſiſtunt (*a*). Altero inuito inſtitui nequit, niſi 1) ex *iuſta cauſa* 2) et ex *iudicis eccleſiaſtici* ſententia (*b*). Inter proteſtantes non niſi *ad tempus* decernitur: quo elapſo, cauſaque ſeparationis *ſublata*, ad matrimonium *redintegrandum* agi poteſt: cauſa vero illius adhuc ſubſiſtente, eadem ratio, quae locum fecit ſeparationi, cauſam praeſtat eiusdem in *vlterius tempus* producendae (*c*).

(*) *Burckh.* Bardili (reſp. Em. Theoph. *Meier*) d. *de ſeparatione cohabitationis.* Tub. 1675. *Dan. Henr.* Hasentien comm. *de ſeparatione a toro et menſa.* Ien. et Lipſ. 1774.

(*a*) c. 2. *X. de diuortiis* Carpzov. *l. c. lib.* 2. *def.* 213. 214. Wernher *obſ. for. Part. VI. obſ.* 325. [Contrariam ſententiam fouet Stryk *de Succeſſ. ab inteſt. diſſ.* IV. c. 1. §. 11. et Lvdovici in d. *de ſucceſſ. coniugis deſerentis* §. 22. ſ. quibus adſtipulatur *I. H.* Boehmer, contendentes, ius ſucceſſionis tantum ad innocentem reſtringendum, nocentem ab omni lucro ſtatutario excludendum eſſe, tum propter indignitatem eius, tum quod haec ſeparatio in locum divortii ſucceſſerit olim liciti, adeoque eius naturam ſortiri debeat. Enimuero quantumuis iniquum videatur, ſi pars nocens ex peruerſitate ſua lucrum capiat, aliud tamen

men est ex aequo, aliud ex legibus iudicare, a quibus tanto minus recedendum erit, vbi poenae ratio subsit. Deinde fallax est propositio, separationem a toro et mensa in locum divortii successisse: cum potius illa electa sit tanquam remedium ad diuortium, si quo modo fieri possit, euitandum, nec cum separatione, quam ecclesia Catholica in vim divortii retinet, vllo modo comparari debeat. Neque vero cum aliqua aequitatis specie dici potest, nocentem in causa esse, quo minus respectu sui ipsius separatio haec in verum diuortium degenerauerit, quapropter merito ad beneficia legum prouocare prohibeatur: cum iure quidem matrimonium subsistat eoque morte vnius resoluto, diuortium intercedere nequiuerit; postremo non ius speciale a marito exigatur, sed quod ex legum communium fauore ei debeatur.]

(b) c. 3. X. *de diuortiis* H. BRVCKNERVS *dec. matrim. cap.* 25. LEYSER *ad Pand. spec.* 316. *m.* 1. *f.*

(c) B. Parens *conf. et dec. tom.* III. *P.* I. *resp.* 95.

TIT. IX.

DE SECVNDIS NVPTIIS CONTRAHENDIS.

(Lib. IV. Tit. 21. *de secundis nuptiis*).

ARGVMENTVM.

§. 414. *Secundae nuptiae quando validae?* 415. *Earum contrahendarum libertas, etiam intra tempus luctus.* 416. *Tempus luctus ex iure protestantium.*

§. 414. SECVNDAE NVPTIAE sunt *nuptiae posteriores, post priores sublatus, initae.* Validae non

non ſunt, niſi 1) prioribus vel *morte* vel *diuortio quoad vinculum* ſublatis: ideoque niſi de *morte* prioris coniugis notorie conſtet, haec prius legitime *probanda*, et tamdiu ab iis abſtinendum eſt (*a*). 2) Stante priori coniugio ex *errore* vel ex *dolo* contractae, *nullae* et *irritae* ſunt; iisque diremtis, coniux ad *priorem coniugem* redire compellitur (*b*).

(*a*) c. 2. X. *de ſecund. nuptiis* c. 19. X. *de ſponſalib.* CARPZOV. *I. E. lib.* 2. *def.* 166. 167. 168. 169. [*I. H.* BOEHMER *de ſecundis nuptiis praecipue illuſtrium perſonarum.* Hal. 1723.]

(*b*) c. 2. X. *de ſecund. nupt.* c. 1. 2. C. 34. *qu.* 1. 2.

§. 415. Liberum eſt ius *ſecundarum nuptiarum* contrahendarum, *iure Canonico* adeo firmatum (*a*), vt ne quidem ad tempus *luctus*, vxori iure Romano praefixum, adſtrictum ſit, ſed et *intra illud* competat, *ſublatis* prorſus *poenis*, quae nuptiis *intra tempus luctus* celebratis iure Romano ſtatutae ſunt (*b*). Vnde et *pactum* vel *prohibitio* teſtatoris, qua libertas ad nuptias ſecundas transeundi prorſus tollitur, *obligatione ciuili* caret (*c*): etiamſi poſſit vltimae voluntati conditio, *ſi ſecundo non nupſerit*, adiici (*d*), qua ſeruatur nubendi facultas, ſi quis velit relicti iacturam pati.

(*a*)

(*a*) Hieronymus in c. 11. C. 31. qu. 1. *libera nunc voce proclamo*, inquit, *non damnari in ecclesia bigamiam, imo trigamiam, et ita licere quinto et sexto et vltra, quomodo secundo, nubere*. c. 12. 13. C. 31. qu. 1. Quod secundo nubentes non *benedicendi* sint iuxta c. 3. X. *de secund. nupt.* id non fit *in poenam* secundarum nuptiarum, sed quod benedictio, in *priori matrimonio* collata, perdurare existimetur, ideoque *iterari* non debeat, *H.* BROVWERVS *de iure Connub. lib. 2. c. 19. n. 7. Prosp.* FAGNANVS ad cit. c. 3. *tom. IV. p.* 93. REIFFENSTVEL in *I. C. tom. IV. p.* 122. GONZALEZ TELLEZ *ad c.* 1. X. *de sec. nupt. tom. IV. p.* 326. [De benedictione nuptiali, qualis hic intelligenda, vid. *Chph.* HOCHMANNVS *de benedictionibus nuptial.* Altd. 1685. et KOCH iam laudandus. Confertur in vtriusque coniugis personam, quamuis in mulierem praecipue redundare existimetur. Hinc perdurare creditur et transfundi, etiamsi vna tantum persona, siue viduus, siue vidua, benedicta fuerit. Quoniam vero omnino ad formam matrimonii rati inter Chatholicos haec benedictio non pertineat, (§. 349.) fieri potest, vt *intermissa in primis*, conferatur secundis, licet inter viduum et viduam initis. Denique ex consuetudine vel specialibus statutis in pluribus dioecesibus etiam secundas nuptias benedici, praesertim si sponsa nondum fuerit benedicta, notauit REIFFENSTVEL; neque ergo ad rigorem iuris Canonici *c.* 1. *X. h. t.* vllatenus proceditur, praesertim cum de facto, quo illa decretalis nitatur, non constet. Cf. I. *Chph.* KOCH *de secund. nuptiis non benedicendis*, inter *Opusc. iur. Can.* n. V. cuius monitum b. auctor non respuit.]

(*b*) *c. 4. 5. X. de secund. nupt.* [*Adolph Car.* BVRKARD d. *de poenis secundarum nuptiarum*. Marb. 1717. *Eberh. Andr.* ALSEN d. *de eo quod hodie iuris est circa poenas secundis nuptiis scriptas*. Gott. 1751. *Io. Sam. Frid.* BOEHMER *de poenis secundarum nuptiarum spuriis et genuinis*. Frf. 1768. LEYSER spec. CCC. m. 19. STRVBEN *rechtl. Bedenken* T. III. n. 16.]

(*c*) CARPZOV. *l. c. lib. 2. def.* 172. *P.* MVLLERVS *ad Struuii Syn. iur. civ. ex. 29. th. 54. not. vlt.*

(*d*) *Nov. XXII. c.* 43 44. *I. Sam.* BRVNQVELL *de Conditione, si non nupserit, vltimis volunt. adiecta* §. 37. 41. *f.*

§. 416. Iure *ecclesiastico particulari* nuptiis secundis, post *alterutrius coniugis mortem* licite celebrandis, passim statuta sunt tempora, *annus* vtplurimum in vidua, *semestre* in

in viduo (*a*): ex iisque oritur *impedimentum* matrimonii ſecundi *impediens* tantum, non *dirimens*, iisque *poenis* tantum munitum, quae ſtatutae ſunt *iure particulari:* ceteroquin vero *diſpenſationi* obnoxium (*b*).

(*a*) Iura Saxonica tradit CARPZOVIVS l. c. lib. 2. def. 259. ſ. De iure *Electorali Brunſuico - Luneburgenſi* vid. *Decretum Conſiſtoriale d.* 28. *Jun.* 1686. in tom. 1. *Corp. Conſt. Calemb. p.* 932. B. Parens *I. E. lib.* 4. *tit.* 21. §. 18. [De terris Haſſo - *Caſſellanis* vid. LEDDERHOSE *Heſſen-Caſſel. Kirchenr.* §. 290. ſ. Cf. *Conr. Phil.* HOFFMANN tr. *de nuptiarum ſecundarum temporibus.* Regiom. 1725. 4. *Io. Pet.* STVPFEL *de ſecundis nuptiis intra annum luctus contractis.* Arg. 1754.]

(*b*) CARPZOV. *l. c. def.* 162. 163. 164.

SECTIO.

SECTIO III.

DE CONGREGATIONIBVS ECCLESIASTICIS RELIGIONIS CAVSA INSTITVTIS.

Tit. I.

DE REGVLARIBVS ET MONACHIS.

(Lib. III. Tit. 31. *de regularibus et transeuntibus ad religionem.* Tit. 32. *de conuersione coniugatorum*).

ARGVMENTVM.

§. 417. *Congregationes ecclesiasticae.* 418. *Religiosorum variae species.* 419. *Congregationes religiosorum.* 420. *Qualitates religiosorum.* 421. *Eorum professio.* 422. *Ius Nouitiorum ante eam.* 423. *Effectus professionis.* 424. *Modus nexum monachatus tollendi.*

§. 417. Congregationes ecclesiasticae sunt *vniuersitates, specialis finis, religionem concernentis, causa institutae.* Ad *potestatem ecclesiasticam* pertinet ius eas in ecclesia instituendi: iisdem vero *in republica* erigendis accedere debet *imperantis consensus.* Subsunt *iuri circa sacra:* ad quod pertinet *ius reformandi* congregationes ecclesiasticas (§. 22.).

§. 418.

§. 418. Species illarum ſunt *congregationes religioſae*, vitae religioſae agendae cauſa erectae. Vita religioſa determinatur per *ſpecialem regulam*: cuius intuitu REGVLARES *in genere* dicuntur, qui ad vitam religioſam ex regula agendam ſolenniter obſtringuntur, oppoſiti *ſecularibus* (§. 80.) (*). Ratione vitae religioſae, vel in *ſolitudine* vel *in communi* agendae (*a*), vel *eremitae* ſunt vel *coenobitae*. Vitae religioſae promouendae cauſa acceſſerunt *vota*, quibus promittitur *paupertas*, *caſtitas*, et *obedientia*. Qui *praeſtitis his votis* ad vitam religioſam ex regula praeſcripta agendam obſtringuntur, RELIGIOSI et MONACHI, qui ad eandem obſtringuntur *nullis praeſtitis votis*, QVASI REGVLARES vocantur (*b*).

(*) De uniuerſo *monachorum* et *Ordinum religioſorum* ſtatu cf. *Aub.* Miraei *Originum monaſticarum* l. IV. Colon. 1620. *Ant. Dav.* Altserrae *Aſceticum* ſ. *originum rei monaſticae* libri X. Pariſ. 1674. 4. cuius nouam notisque illuſtratam editionem procurauit *C. F.* Glück. Halae 1782. 8. *Hipp.* Helyot *hiſtoire des ordres monaſtiques, religieux et militaires et des congregations ſeculiers.* Paris 1714-19. T. I-VIII. 4. c. figg. Vernacula huius libri verſio prodiit Lipſiae 1753-50. totidem voluminibus in. 4. *Ge.* Rivii Pvritani (*i. e. Ge. Burck*, Lavterbach, Guelferbytani) *monaſtica hiſtoria occidentis.* Lipſ. 1737. 8. *L. G.* Crome *Pragmatiſche Geſch. d. Münchsorden* a b. auctore in ſeqq. Commemorata.

(*a*) Fuit olim hic *aſcetarum* error, beatum eſſe, abſtinere ab iis, quae hominum cauſa a Deo data ſunt: ab iisque ſec. III. in Aegypto, prouincia, vt obſeruat *Benedictus* Maillet *deſcription de l' Egypte lib. 2. p.* 57. triſtium et auſterorum hominum foecunda, nati ſunt *eremitae*, relic-

lictis vitae negotiis omnique cum hominibus commercio, in varii generis aerumnis, fame, cruciatibus religionem quaerentes. Qui ab *Antonio* a. 305. deinde a *Pachomio* in societatem sub regula reuocati, *coenobiticam vitam* egerunt. Ex oriente tristis disciplina sec. IV. migrauit in Occidentem variasque mutationes subiit.

(*b*) Espenivs in *I. E. tit.* 33. *c.* 1. *tom.* I. *p.* 350. *Francisc.* Pellizarivs *in manuali regularium tr.* I. *cap.* 3. *Sect.* 1. *n.* 11. 19. 20. *tom.* I. *p.* 16. *s.* *Luc.* Holstenii praef. ad *Codicem Regularum*.

§. 419. *Congregationes religiosae* distinguuntur per *specialem regulam approbatam*, legem earundem fundamentalem (*a*). Inter has aliae sunt *congregationes speciales*, quae constant religiosis per eandem regulam *eodem loco* consociatis, veluti monasteria et collegia, et aliae *congregationes generales*, quae ex pluribus specialibus compositae sunt. Complexus *omnium congregationum religiosarum vnius regulae*, constituit *ordinem* religiosorum (*b*).

(*a*) *c. vlt. X. de religios. domibus. c. vn. eod. in* 6. Espen. *l. c. p.* 235. [*Fundamina ac regulas omnium ordinum* primus edidit *Prosp.* Stellartivs. Duaci. 1626. 4. Sed praecipuus est *Codex Regularum* a *Luca* Holstenio in lucem datus. *Romae* 1661. et Paris. 1663. 4. duobus voll. cuius nouam et amplam editionem instituit *Marian.* Brokkie O. B. Augustae Vindel. 1759. VI. partibus. fol.]

(*b*) Regulam *certam* a. 519. primus dedit Benedictvs, Nursinus, in Monte Cassinensi, propagatam per Europae prouincias, receptam quoque in Germania cura Bonifacii. *Ant. Dad.* Altesserra *Origin. rei monast. L.* 1. *c.* 9. *p.* 33. *Io.* Mabillon *Annal. Ordin. Bened. Praef. ad sec.* I. *et sec.* IV. Ordo Benedicti in *diuersas sectas* discerptus est, vni quidem regulae subiectas, sed variis *regulae determinationibus*, moribus et institutis discrepantes. Inter has opibus et potentia eminent *Congregatio Cluniacensis*, ab Odone, Cluniaci in Burgundia abbate a. 927. et *Cistertiensis*, a Roberto, Cistertii in Comitatu Belnensi abbate, a. 1098. instituta. *Hipp.* Helyot *hist. des ordres relig. tom.* 5. *p.* 184.

184. *s.* BALVZIVS *tom.* V. *Miscell. p.* 343. *tom.* VI. *p.* 436. *Angel.* MANRIQVEZ *annales Cistertienses Lugd.* 1642. 4. *vol.* Rigidioris sectae *Cartusianae*, a Brunone in Gallia conditae, historiam dedit *Innoc.* MASSON in *Annal. Cartusianis* et MABILLON *l. c. tom.* VI. *p.* 638. 683. Sec. XIII. adparuerunt *ordines mendicantes*, et inter hos *Dominicani* et *Franciscani*. *Luc.* WADDINGI *Annales Minorum a Ios. Maria Fonseca ab Euora* a. 1731. denuo 18. vol. editi. *Alcoran des Cordeliers.* *Io. Laur.* MOSHEIM *histor. eccl. p.* 519. *s.* *Pragmatische Geschichte der Münchs-Orden.* Lipsiae 1774. Peculiaris et omnium versutissima fuit disciplina *Loyolitarum* seu *Iesuitarum* familia, quae *regularibus* accenseri voluit. *Libri instituti Societatis Iesu Antwerp. a.* 1635. *in* XI. *vol.* *L' Histoire de la Compagnie de Iesus.* *Io. Christ.* HARENBERGII *Pragmatische Geschichte des Iesuiter-Ordens.* [Ante saec. XIII. ius instituendi nouas religiones fuit liberum, sed cum per eam aetatem plurimorum animos hic quasi furor occupasset, ne haereseos inuidia premerentur, expeti coepit primum a *Dominico* et *Francisco*, dein necessaria facta approbatio Pontificis *c. vlt. X. de domib. relig.* et *c. vn. h. t. in* 6.]

§. 420. *Monachi* et *religiosi* ex solo instituto vitae religiosae *clerici* non sunt (*a*): tales vero fiunt ex recepto clericatu (§. 78.). Sunt ergo inter illos alii *clerici*, alii *laici*. Et feminae quoque admittuntur ad vitam religiosam in *specialibus coenobiis* ducendam.

(*a*) *c.* 32. 34. 36. *C.* 16. *qu.* 1. *Clem.* 1. *§.* 8. *de statu monach.* de CRAMER *tom.* IV. *obs.* 1127.

§. 421. Vota, quibus promittitur paupertas, castitas et obedientia, simul sumta, *monastica* sunt (*a*). Ipsa promissio, qua quis praestitis votis monasticis ad regulam certi ordinis seruandam se obstringit, *professio* vocatur: eaque vel *expressa* est vel *tacita* (*b*),

Va-

Valida non eſt, niſi anno *aetatis XVI.* completo, peractoque *probationis* ſeu *nouitiatus* anno, liberoque conſenſu facta ſit (*c*), nec in praeiudicium tertii vergat (*d*). Ex *iure circa ſacra* deſcendit poteſtas principis, profeſſionem monaſticam ex ſalute publica circumſcribendi, eique maturiorem aetatem praefiniendi (*e*).

(*a*) c. 6. X. *de ſtatu monachor.* c. 2. 4. X. *eod.* c. 2. X. *de teſtam.* c. 7. X. *de Offic. iudic. Ord.* *Claud.* FLEVRY *inſtit. iur. eccleſ.* P. I. *tit* 24. §. 5. 6. 7.

(*b*) c. 22. X. *de regularibus* c. 1. 3. *eod. in* 6.

(*c*) c. 1. 16. X. *eod.* c. 2. 3. *eodem in* 6. CONCIL. TRID. *ſeſſ.* 25. *de regular.* c. 15. quo correctum eſt c. 16. X. *de regul.* *Oblatio parentum* liberos non obligat, niſi poſt legitimam aetatem *rata* habita c. 11. 12. 14. X. *de regular.* De profeſſione vi metuque extorta coram Ordinario conquerendi ius intra *quinquennium* datur: CONC. TRID. *l. c.* *Petr.* GIBERTVS in *Corp. iur. Can.* *P. II. p.* 471. *et* 490. *ſ.* eaque *cauſa* de *nullitate profeſſionis*, quoad effectus ciuiles, *ſecularis* eſt, de CRAMER *tom.* III. *obſ.* 795. *Poenae* cauſa vero *inuit* monaſterio includuntur c. 19. X. *de conuerſ. coniug.* c. 35. X. *de ſent. excom.*

(*d*) *Nov.* 123. c. 35. c. 2. 4. 13. 20. X. *de conuerſ. coniug.*

(*e*) *Steph.* RAVTENSTRAVCH *de iure principis praefiniendi maturiorem profeſſioni monaſticae aetatem.* Pragae 1773. [Annum ſaltem aetatis XVI. exigit Concilium Trid., ſed maturior aetas in plerisque territoriis vi iuris circa ſacra praecipitur, veluti annus aetatis XXI. in Bauaria, annus XXIV. in ditionibus Auſtriacis.]

§. 422. *Ante emiſſam profeſſionem* et intra probationis annum *Nouitio* 1) datur facultas ad ſeculum redeundi (*a*), et de bonis ſuis per teſtamentum vel alia ratione libere diſponendi (*b*). 2) Omnes vero bonorum *diſ-*

poſi-

positiones et *renunciationes*, a nouitio factae, etiamsi *iuratae*, non valent, nisi *professione secuta*, cuius tacitam conditionem continent (*c*).

(*a*) c. 23. X. *de Regul. c.* 1. 2. *eod. in* 6.

(*b*) NOV. 5. *cap.* 4.

(*c*) CONC. TRID. *l. c.* c. 16. quo derogatum est c. 4. *de regularib. in* 6. [*I. G.* SCHAMBVRG d. *de donationibus ante et post ingressum monasterii.* Viteb. 1725.]

§. 423. Ex professione rite peracta deducitur reciproca obligatio inter *religiosum* et inter *monasterium*, qualis ex natura *congregationis* est inter ipsam et eius membra. Hanc *perpetuam* esse, iuris *mere positiui* est: quamquam, quod libertatis Christianae et salutis publicae ratio exigit, eadem non minus potestate ecclesiastica quam seculari possit, per votorum ad tempus edendorum renouandorumque rationes, ad tempus reuocari. Quidquid monacho, illud monasterio acquiritur (*c*), nisi ex ordinis regula acquisitionis incapax sit. Potest vero ius monasterii circa acquisitionem vi iuris circa Sacra ex commodo publico vel restringi vel adimi (*d*).

(*a*) c. 1. 2. *C.* 20. *qu* 3. *c.* 2. *C.* 20. *qu.* 4. *c.* 17. 24. *X. de regularib.* c. 13. *X. de iureiur.* Vnde nec sine venia superioris aliis operam suam addicere potest Monachus *Clem. vn.* §. 5. *de statu monach.* Arctior est *monialium* ad *clausuram* seruandam obligatio, quibus nec sine episcopi venia monasterio egredi, nec aliis ad eas penetrare licet. *c. vn. de statu regul. in* 6.

(*b*) c. 1. *X. de statu monachorum.*

(*c*) Mona-

(c) Monachis iure communi ius ſuccedendi competit *L. 56. C. de epiſcop. et Cleric.* quod tamen ipſis ex obſervantia particulari negatur ESPEN. l. c. tom. I. p. 276. [*Ferd. Chr.* HARPPRECHT *de ſucceſſione monialium nobilium renunciatarum et ex harum perſona monaſteriorum.* Tub. 1708. *in Diſſert.* Vol. II. n. 75.]

(*d*) In terris Auſtriacis hanc in rem lata eſt conſtitutio MARIAE THERESIAE *a. d.* 29. *Aug.* 1771. [qua vetitum ne vltra 1500. florenos quidquam dotis titulo relinquatur monaſterio. CAESAR *Oeſt. Nazionalkirchenr.* T. III. tit. 26. n. 94. *Joh. Ad. ab* ICKSTADT diſcuſſio quaeſtionis, *an princeps catholicus ordines religioſos ab haereditatibus excludere poſſit.* 1750.]

§. 424. **Nexus inter Religioſum et monaſterium tolli poteſt per diſpenſationem Pontificis. Quantum haec valet in eodem tollendo: tantum praeſtat iure Proteſtantium libertas conſcientiae per A C. art. 27. aſſerta. Quo ſublato, *renunciatio futurae ſucceſſionis*; nondum delatae, exſpirat, cum ei inſit tacita conditio monachatus. Numquam vero nocet liberis eius, cum ſit *mere perſonalis*, et contineat pactum in perſonam de non petendo (*a*).**

(*a*) *L. 7. §. 8. D. de pactis.* PÜTTER *Rechtsf. t. I. P. III. N.* 119. §. 55. Conf. *Carl Frider.* GERSTLACHER *Unterſuchung, ob ein Catholiſcher Ordens - Geiſtlicher, wann er mit Verlaſſung des Ordens zur Evangeliſchen Kirche getreten, Erbſchaftsfähig ſey?* Karlsruhe 1771. [MOSER *von d. T. Religionsverfaſſung* B. I. c. 4. p. 63. Quae inter *Jo. Caſp.* BARTHELIVM et *Diet. Herm.* KEMMERICHIVM hoc de argumento olim diſputata ſunt, breuiter recenſet *A. F.* SCHOTT in *Suppl. Lipen.* v. *Apoſtaſia.*]

Tit. II.

DE
STATV ET REGIMINE REGVLARIVM.

(Lib. III. Tit. 35. *De ſtatu monachorum et regularium*).

ARGVMENTVM.

§. 425. *Corpus ſpeciale ſingulorum ordinum.* 426. *Superiores generales, prouinciales et locales.* 427. *Poteſtas eorum ad capitula adſtricta.* 428. *Iura regiminis monaſtici.* 429. *Nexus ordinum et monaſteriorum erga hierarchiam.* 430. *Nexus eorum erga imperium* 431. *Status couuentualium inter proteſtantes.*

§. 425. Monaſteria olim *ſeparata collegia* conſtituebant. Poſt ſeculum X. demum monaſteria *eiusdem regulae* per certas regiones abierunt in *congregationes Prouinciales:* eaeque demum omnes per orbis terrarum prouincias in *vnum corpus* coaluerunt (*a*), exemplo in publica commoda peccante, introducto videlicet *regimine proprio hierarchico*, lege *obedientiae paſſiuae* munito, quo exercetur *poteſtas in monachos et monaſteria eiusdem regulae in cauſis ad ordinem pertinentibus:* eaque poſt pontificem *ſumma* eſſe cenſetur.

(*a*) Espenii *I. E. P. I. tit.* 32. *c.* 3. *tom. I. op. p.* 340.

§ 426

§. 426. Forma regiminis monaſtici differt pro politia cuiuslibet ordinis. *Superiores regulares* vocantur, quibus competit regimen monaſticum. Eſt alius GENERALIS, *totius ordinis Superior*: ſunt alii PROVINCIALES, Superiores per Ordinis prouinciam: alii LOCALES, qui ſingulis congregationibus ſpecialibus praeſunt (*a*), et pro variis ordinum inſtitutis *Abbates*, *Priores Conuentuales*, *praepoſiti*, *Guardiani*, *Rectores* appellantur. Monaſteriis denique ſubſunt *obedientiae* ſeu curiae monachales, in obedientia monaſterii conſtitutae (*b*).

(*a*) *Aſcanius* TAMBVRINVS *de iure abbatum, praelatorum, abbatiſſarum et monialium* (T. I-IV. Colon. 1691. f.) *tom.* I. *diſp.* III.

(*b*) c. 6. *X. de ſtatu monachor Cellulae* et *congregatiunculae* vocantur in c. 13. C. 18. *qu.* 2. Conf. *Ant.* MATTHAEI tr. *de Nobilitate lib.* 2. c. 25. *p.* 450. *Gottl. Sam.* TREVERI *Geſchlechts-Hiſtorie des hochadelichen Hauſes der Herrn von Münchhauſen Sect.* I. §. 3. *ſ.* [Inde duplex ſignificatio vocis *Obedientiarii* orta; qua non ſolum monachum denotat, qui vi obedientiae monaſticae eiusmodi cellae vel grangiae praepoſitus erat, *Obedientiam regebat*, *in Obedientiam mittebatur*, ſed etiam eum, qui certos reditus, veluti cenſus, decimas ſeu cuiuscunque generis prouentus a monaſterio vel eiusmodi obedientia tenebat, *vſufructuarium* monaſterii. Vid. DU FRESNE *Gloſſ.* med. et inf. Lat. v. *Obedientia* et *Obedientiarius*.]

§. 427. Adſtrictum eſt regimen monaſticum ad conſenſum *capituli* in cauſis, iura et obligationes congregationis monaſticae concernentibus (*a*): niſi Ordinis conſtitu-

tiones aliud caueant. In CAPITVLO GENERALI Prouinciales *causas totius Ordinis*, in PROVINCIALI Superiores locales vnius prouinciae *causas prouinciae*, in LOCALI conventuales vnius monasterii *causas*, *illud speciatim concernentes*, tractant.

(*a*) c. 6. §. *Abbas vero* X. *de statu monach.* c. 7. 8. X. *eod.* c. 4. X. *de fideiussor.* c. 4. X. *de donat.* *Clem.* I. *de rebus ecclesiae non alien.* *Clem.* II. *de aetate et qual. Ord.* *Fr.* PELLIZARIVS *in manuali Regularium tract.* IX. c. 8. *Sect.* 1. 2. 3. 4.

§. 428. Regimini monastico alia iura I) insunt, quae vel *regulam* et *instituta ordinis* (*a*), vel *temporalia* concernunt (*b*): alia iura II) eidem *annexa* sunt *vi specialis tituli*, ex quo monasteriis *acquisita* sunt varia iura *publica* tam *ecclesiastica*, quam *secularia* (*c*): quibus acquisitis, immutata sunt in *Praelaturas*.

(*a*) c. 3. *de priuileg.* *in* 6. c. 13. X. *de off. iud. Ord.* c. 12. 16. X. *de excessib. praelat.* c. 3. X. *de appellat.* TAMBVRINVS *l. c. toto tomo* II.

(*b*) c. 9. 16. C. 18. *qu.* 2. c. 6. X. *de statu monach.* *Casp.* BARTHEL *de iurisdictione abbatum spirituali et temporali* (Wirceb. 1736.) c. 3. *et* 5. ESPEN *l. c. tit.* 31. c. 1. 2. 3.

(*c*) c. 6. *de priuileg. in* 6. BARTHEL *l. c.* c. 3. §. 7. 8. ESPEN. l. c. *tit.* 31. c. 6. *tom.* I. *p.* 316. (Willibold. HELD) *Reichspraelatisches Staats-Recht.* Kempten. 1785. T. I. II. 8.

§. 429. Monasteria, in dioecesi constituta, in causis, instituta ordinis non concernentibus, iure communi subsunt iuri

dioe-

dioecesano et *iurisdictioni episcopali*, nisi ab ea vel *secundum quid* vel *in totum* sint *exemta* (§ 141.) (*a*).

(*a*) c. 16. 17. *X. de priuileg.* c. 1. 7. *eod. in* 6. c. 2. 7. *de domib. relig.* c. 2. *X. de suppl. negligent. praelat. Erasm.* a Chokier *de iurisdict. Ordinarii in exemtos et de illorum exemtione ab Ordin. iurisd.* P. II. qu. 45. [*Lud.* Engel tr. *de priuilegiis et iuribus monasteriorum ex iure communi deductus*. Salisb. 1712. ed. 6. vna cum *eiusdem* collegio vniv. iur. Canonici.]

§. 430. Ratione *nexus ciuilis*, monasteria in republica subsunt *imperio ciuili circa sacra*, vi cuius nexus regiminis monastici cum exteris ex salute publica vel tolli potest (*a*), vel circumscribi. *In Germania* praelati regulares ratione nexus ciuilis vel *immediati* sunt vel *mediati*, prout vel *Imperatori et Imperio* proxime subsunt, vel *Statibus imperii*. Illi vel simul *Status imp.* sunt, vel tantum *immediati:* hi *landsassiorum* iure censentur. Nec desunt hodie veteris iuris *aduocatiae in monasteria* reliquiae, quae *pactis* et *obseruantia* definiuntur (*b*).

(*a*) vid. Constitutio Iosephi Imp. II. de d. 24. Mart. 1781.

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 26. *J. Nic.* Hertii *diss. de iactitata vulgo Ord. Cistertiensis libertate et exemtione a Superioritate et aduocatia. Ant.* Matthaei *de aduocatis ecclesiae. Christ. Franc.* Pavlini *de aduocatis et oeconomis.* de Cramer *tom.* II. *obs.* 573. [*Petr.* Gallade *de aduocatis ecclesiae* in *Thes. iur. eccl. Ant. Schmidtii* T. II. Cf. imprimis tractatus insignes, qui *deductionum* loco in caussis grauissimis nuper prodierunt, *Sublimis statuum S. R. G. Imp. Aduocatia partimonialis et ecclesiastica ordinaria, quae* vi-

vigore ſuperioritatis territorialis legaliter eis competit, ex hiſtoria, iure, actibus et documentis illuſtrata, probata, d. i. Geſch. und Rechte der Landeshoheit, und der ohnzertrennlich damit verbundenen Erb - Schutz - und Erb - Kaſten-Vogtheylichen Obrigkeit und Herrſchvft über die in der R Grafſchaft Oettingen Wallerſtein gelegene R Vogtey Neresheim. Wezl. 1757. f. *Der Landesfürſt, Erb- Kaſtenvogt, Schutz - und Schirmherr des Gottshauſes Schwarzach am Rhein, aus den Geſchichten, Urkunden etc.* Carlruhe. 1775. f.]

§. 431. Inſtitutum vitae religioſae inter Euangelicos non prorſus ſublatum, ſed *reformatum* ac redactum eſt ad principia *Auguſtanae Confeſſionis* (*a*), emendatis regulis antiquis, ſublatisque votis, ordinum diſcrimine, et hierarchia monaſtica. Superſunt congregationes eccleſiaſticae eorum, qui ad vitam communem religioſam ex regula viuendi agendam nullis praeſtitis votis obſtricti, *quaſi regulares* ſunt (§. 418.), et *conuentuales* dicuntur. Iura ſingularum congregationum, ex vtroque ſexu ſub directione vel *abbatis* vel *abbatiſſae* conſociatarum, definiuntur ſtatutis, obſeruantia, et conſtitutionibus particularibus (*b*). Subſiſtit inter eos obligatio ad *caſtitatem* et ad *obedientiam*; ſalua libertate, praeuia reſignatione, ad *vitam ſecularem* redeundi, et ſalva de bonis propriis *diſponendi* facultate, niſi quatenus *obſeruantia* vel *ſtatutis* ademta eſt.

(*a*) *Aug. Conf.* art XXVII.

(*b*) Cuiusmodi eſt *Ordinatio monaſtica Georgii Wilhelmi* Ducis Brunſu. Luneb. d. 27. Nov. 1663. recognita auctoritate regis *Georgii* II. d. 5. Nov. 1737. *in Corp. Conſt. Calemb. t.* 1. *p.* 617. Coenobii nouiter fundati exemplum dat *Salzdalenſe*, a D. Antonio Vlrico conditum, nuper Guelferbytum translatum. Vid. Eiusdem *Fundation des Jungfern - Cloſters bey dem fürſtl. Hauſe zu Salzdalen nebſt den Regeln, d.* 24. *May.* 1701. [De Pomerania vid. BALTHASAR *ius eccl. paſt.* T. I. p. 822.]

TIT. III.
DE CANONICIS.

ARGVMENTVM.

§. 432. *Canonici eorumque Collegia.* 433. *Canonici regulares et ſeculares.* 434. *Iura eorum et obligationes.* 435. *Canonici maiores et minores.* 436. *Eorum qualitates.* 437. *Ratione clericatus.* 438. *Ratione doctrinae.* 439. *Ratione nobilitatis.* 440. *Eorum receptio.* 441. *Collegia Canonicorum A. C.* 442. *Capitula mixta.*

§. 432. CANONICI ſunt *Regulares*, *qui collegium conſtituunt in certa eccleſia ſub obligatione ad diuina officia in choro peragenda* (*). Collegium canonicorum in genere *capitulum* vocatur. Eiusmodi collegia inſtituta ſunt tum inter clericos *eccleſiarum cathedralium*, ſeu in quibus eſt ſedes epiſcopi, tum inter clericos aliarum *eccleſiarum inferiorum non cathedralium*, quae ab ipſo collegio, inter earum clericos inſtituto, *collegiatae* dicuntur. Denique hoc inſtitutum tranſiit ad *feminas*, quae *canoniſſae* vocantur (*a*).

(*)

(*) *Casp.* THVRMANNI *Bibliotheca Canonicorum, in qua de Canonicis et Canonicatibus eorumque collegiis seu Capitulis, statu et officiis, residentiis, statutis, priuilegiis, praebendis, vicariis et quae eo pertinent, remissiue ad nouissimos eosque selectissimos auctores agitur.* Halae. Magd. 1700. 4. *Aug.* BARBOSAE tr. *de Canonicis et dignitatibus aliisque inferioribus beneficiariis Cathedralium et Collegiatarum ecclesiarum, earumque officio, tam in choro quam in capitulo.* ed. nouiss. Lugd. 1700. 4. *Canonisch - hist. Darstellung einer Gesch. der heutigen sogenannten Domherrn; nebst den ihnen aus den Stiftungen und dem gemeinen Leben anklebenden Pflichten und Verbindlichkeiten* Germanien. 1797. 8. Add. inprimis *Car. Ferd.* HOMMEL *Rhapsod. quaest. obs.* 532.]

(*a*) Origo eorum non tam coepit in *Oriente* sub AVGVSTINO, qui tantum clericos *suae ecclesiae* in vitae communionem, monachorum ad instar, sub *votis* congregavit; POSSIDIVS in *Vita Augustini c. V.* quam potius in *occidente* sub CHRODEGANGO, episcopo Metensi, sub Pipino florente, qui vitae communis societate inter clericos ecclesiae suae episcopalis instituta, eosdem non quidem votis, sed *regulae* a se praescriptae subiecit, *officiorum diuinorum* quotidie in commune peragendorum causa. *Paulus* DIACONVS in *gestis episc. Metens.* apud *Augustin.* CALMET *histoire de Lorraine tom. I. Cod. probat. p.* 59. Regula Chrodegangi, XXXIV. capitulis constans, legitur in *Caroli le* COINTE *Annal. Franc. eccl. tom. V. ad a.* 557. *p.* 567. Concinnam eius summam exhibet CALMET *l. c. tom. I. p.* 513. Approbatum est hoc institutum a LVDOVICO Pio in *Synodo Aquisgranensi* a. 816. eiusque auctoritate *noua regula* pro *vtroque sexu* concinnata est auctore *Amalario*, presbytero Metensi. vid. CALMET *l. c. tom. I. p.* 591. *Ant.* MIRAEVS *Cod. donat. piar. c.* 13. *t. I. p.* 17. *Lud.* THOMASSINVS *de noua et vet. eccl. discipl. P. I. lib.* 3. *c.* 43. §. 8. *f. Lud. Ant.* MVRATORIVS *antiquitat. Italiae medii aeui t. V. p.* 185. 540. *Nic. ab* HONTHEIM in *hist. diplom. Treuirensi tom. I. p.* 571. Regulam exhibet *Iac.* SIRMONDVS *tom. II. conc. Galliae p.* 333. *f.*

§. 433. In vita canonica, quae sub primitiis huius instituti in communi agenda erat, paulo post haec mutatio contigit, vt in aliis ecclesiis abiecta, in aliis seruata sit (*a*). Nata inde est distinctio inter *canonicos*

nicos regulares, qui ad vitam in communi agendam voto paupertatis obſtringuntur, et inter *ſeculares*, qui ad eandem non obſtringuntur. *Canoniſſae* non minus vel *regulares* ſunt vel *ſeculares* (*b*).

(*a*) Hoc paſſim contigit *ſec. X. et XI.* TRITHEMIVS in *Chronico Hirſaugienſi* ad *a.* 973. Vt in aliis capitulis ſervaretur vel reſtauraretur *vita communis:* Canonici *voto paupertatis* obſtricti ſunt, more ab inſtituto AVGVSTINI repetito: eiusque conſilii auctor habetur Ivo, Carnotenſis epiſcopus. Vid. THOMASSINVS *l. c. P. I. lib.* 3. *c.* 55. §. 8. *ſ.* MVRATORIVS *l. c. tom. V. p.* 257. *Ant.* MIRAEVS de *orig. et progreſſu Canonicorum regular. ord. Auguſtini. Io. Ad.* de ICKSTATT de *capitulor. orig. progr. et iurib. tom. II. opuſc. p.* 381. *ſ.*

(*b*) *Canonicae ſeculares* vocantur in *c.* 43. *de elect. in* 6. [*Nic.* DESNOS *Canoncus Secularis et Regularis.* Pariſ. et it. ed. Brug. 1682. 4. HOMMEL l. c. §. 4.]

§. 434. Vita Canonicorum determinatur per *regulam adprobatam* (*a*): eorumque praecipua obligatio eſt ad *horas Canonicas* ſtato tempore ſingulis diebus in choro recitandas (§. 291.); quae tamen multum relaxata eſt, conſtitutis *Vicariis*, et ſurrogato *officio precum* (§. 291.). Canonici ergo, *qua tales*, ſunt *perſonae eccleſiaſticae*; clerici vero ſunt, quatenus ſimul vel *tonſurati* ſunt vel *ordinati* (§. 77. 78.). Canonici, qua clerici, *lege continentiae* obſtringuntur (*c*) (§. 107.), et ad eorum analogiam, *canoniſſae*.

(*a*) Regula Chrodegangi, auctoritate Ludouici Pii emendata, recognita eſt in concilio Romano a Nicolao II. a. 1059. de qua vid. *Io.* MABILLON *tom. IV. annal. Benedict.*

dict. p. 748. *f.* Laxior eſt Canonicorum ſecularium et ſtrictior Regularium regula: in variis congregationibus ſpeciatim adhuc determinata.

(*b*) *c.* 9. 19. 22. 25. *X. de praebendis.* ESPENIVS in diſſ. de *inſtituto et officiis Canonicorum Part. III. c.* 2. §. 5. *tom. II. oper. p.* 643.

(*c*) *c.* 2. 4. 5. *X. de Clericis coniugatis.*

§. 475. Vniuerſitas Canonicorum certae eccleſiae in ſenſu generali *capitulum* vocatur, idque vel *clauſum* eſt vel *non clauſum*, prout ad determinatum Canonicorum numerum adſtrictum vel non adſtrictum eſt. In ſenſu ſpeciali *capitulum* eſt conuentus huius collegii, qui totius vniuerſitatis iura exercet. Qui ius ſuffragii habent in capitulo, in eccleſia Cathedrali *capitulares*, in eccleſia collegiata *canonici* vocantur. In capitulis *non clauſis*, qui ius ſuffragii habent in capitulo, *maiores* Canonici dicuntur, et qui id nondum habent, *minores*, ſeu *domicellarii* (*b*).

(*a*) *Fr. Ant.* DÜRR *de capitulis clauſis eccleſiarum tam cathedralium quam Collegiat. in Germ.* (Mog. 1763.) §. 1. *et* 11. in SCHMIDTII *theſ. diſſ. tom. III. p.* 143.

(*b*) B. Parens in *iur. eccleſ. lib.* 3. *tit.* 1. §. 31. *et tit. V.* §. 79. 82. Vti capitulares *domini de capitulo*, ita minores canonici *domicelli* vocantur. Vid. documenta in *vol. II. rerum Moguntiac. Ge. Chriſt.* IOANNIS p. 679. et in LVNIGII *ſpicileg. eccl. tom.* XVI. *p.* 126. *et tom.* XVII. *in app. p.* 77. Sic v. c. Capitulum *Colonienſe* conſtat XXV. Capitularibus et totidem domicellariis, Moguntinum XXIV. Capitularibus et XXII. domicellariis, *Treuirenſe* XVI. Capitularibus et XXIV. domicellariis, *Argentoratenſe* XII. Capitularibus et totidem domicellariis, *Auguſtanum* XX. ex vtroque ordine, *Bambergenſe* XX. Capitularibus et XIV. domicellariis, *Spirenſe* XI. Capitularibus et XIV. domicellariis, Vid. PFEFFINGER in *Vitriario illuſtrato tom.* I. p.

I. p. 1047. 1049. 1052. 1188. 1191. 1195. 1107. 1184. [Domicelli haud quidem ſedem in capitulo, attamen ſtallum in choro habent, nec confundendi ſunt cum canonicis *in herbis*, vel cum *expectantibus*. HOMMEL l. c. §. 6.]

§. 436. *Qualitates* Canonicorum definiuntur tum *iure Canonico*, tum in ſpecie *ſtatutis* et *obſeruantia capitulorum*: earumque *ratio* repetita eſt tam a *ſtatu clericali*, cui annexa eſt in maſculis vita canonica, quam ab increſcente ipſius *congregationis exiſtimatione*.

§. 437. Inter canonicos recipiendi *ordinibus minoribus* vel ſaltim *tonſura* (*a*), et ſi ad *ius capituli* adſpirant, *ordine ſubdiaconatus* initiati eſſe debent (*b*). Quae iure communi in *clerico*, eadem et in *canonico* requiruntur (§. 94.); ideoque *annus aetatis XIV.* inter *minores*, annus XXII. inter *maiores* canonicos et annus XXV. ad dignitates et officia curata exigitur (*c*).

(*a*) *Arnold.* CORVINVS de *perſonis et benef. eccl. lib.* 3. *tit.* 2. §. 11.

(*b*) *Clement.* 2. *de aetate et qualit. praeficiend. Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 12.

(*c*) *Conc. Trid. l. c. c. vn. de aetat. et qual. praef. in* 6. *c.* 7. §. 2. *X. de elect.*

§. 438. Canonicos, perinde ac clericos, *doctrina* et *cantu* inſtructos eſſe oportet. *Scholis canonicorum*, quae illis praeparandis inſeruiebant, fere extinctis, *ſtatutis* paſſim definitum eſt tum 1) *tempus ſtudiorum*, in academiis

miis capeſſendorum, cuius exacte transacti fides *teſtimonio academico publico* facienda eſt (*a*), tum 2) tempus *peregrinationum*, in exteras oras inſtituendarum (*b*), tum 3) paſſim exigitur, vt quis ſit *honoribus academicis* inſignitus (*c*).

(*a*) De hoc egi in *obſ. iur. Can.* obſ. VII. de *tempore ſtudiorum legitimo a Canonicis obſeruando.* [*Joh.* Wolf *Geſch. des Petersſtifts zu Nörten.* §. 6. p. 34. Hommel l. c. §. 8.]

(*b*) B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 1. §. 86. 87.

(*c*) conc. trid. *ſeſſ.* 24. *de reform.* c. 12. *Obſ. Iur. Can.* obſ. VII. de *iure promotorum adſpirandi ad beneficia eccleſiaſtica* et *Chriſt. Gottl.* Bvderi diſſ. de *iure doctorum ad Canonicatus.*

§. 439. In capitulis inprimis *eccleſiarum cathedralium* per *ſtatuta* vel per *obſeruantiam* non modo *nobilitas Germanica*, ſed et determinato *maiorum* numero illuſtris, exigitur; cuius *legitima probatione* defungi debet recipiendus (*a*). Vbi *ſtatuta* vel *obſeruantia* id non exigunt: patriciis, gradibus academicis inſignitis aliisque perſonis idoneis aditus patet ad capitula (*b*). Ceterum *lis de ſtatu nobilitatis* ad cauſas *ſeculares*, ideoque ad *iudicii ſecularis* deciſionem pertinet (*c*).

(*a*) *Io.* Schilter *de libert. eccleſ. Germ.* p. 876. *Io. Ge.* Cramer *de iurib. et praerog. nobilitatis auitae* c. 3. §. 3. et in append. p. 518. 522. 524. 527. *Io. Ge.* Estor *von der Anen - Probe bei den teutſchen Erz - und Hochſtiftern.* [*Ge. L.* Boehmer *de probatione ingenuorum natalium.* §. 7. in *Electis iur. civ.* T. II. p. 689. *Chr. Ern.* Weisse *Abh. über die Erſchwerung der Anenprobe in den deutſchen Hochſtiftern;* in *Aufſſ. über einige unerörterte Gegenſtände des*

Teutſch.

Teutſch. Staatsr. p. 58. ſ. RVNDE *Grundſſ. d. gem. D. R.* §. 377. 380.]

(*b*) c. 37. X. *de praebend. Inſt. Pac. Osn. art.* 5. §. 17. [L. T. SPITTLER *Zweifel an dem ausſchlieſſenden Rechte des alten Adels zu den Domherrn-Stellen in den hohen Stiftern in Götting. Magaz.* B. II. St. 3. n. 4. p. 433. et quae contra eius interpretationem art V. P. O. monita a *Gregelio* ibid. n. 9. p. 544. item *Bemerkungen von Horix* B. III. St. 3. n. 9. p. 554. *J. M.* SEVFFERTS *Verſuch einer Geſchichte des Teutſchen Adels in den hohen Erz- und Domcapiteln, nebſt einigen Bemerkungen über das ausſchlieſſende Recht deſſelben auf Dompräbenden.* Frf. 1790. (v. HORIX) *die Ehre des Bürgerſtandes nach den Reichsrechten.* Wien. 1791.

(*c*) *Capitulat. Caeſar. art.* XIV. CRAMER *l. c. p.* 150. *Neue Staats-Cantzl. P.* 3. *S.* 5.

§. 440. *Receptio* in collegium Canonicorum fit ſecundum mores cuiusque capituli: per eamque tribuitur *canonia*, quae eſt ius peragendi in choro diuina officia, *titulumque* praebet prouentuum canonici (*a*). Admiſſio iunioris Canonici ad capitulum (*b*) ex more fit transacto *probationis anno*, cuius auſpicium certa anni die faciendum eſt, praeſtitoque *iureiurando*, quo ad obſeruantiam ſtatutorum obſtringitur.

(*a*) c. 9. X. *de praebendis.* GONZALEZ TELLEZ *ad c.* 1. X. *de praeb. n.* 12. *tom. I. p.* 126. REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 3. *tit.* 3. §. 3. *n.* 58. *Honoris* cauſa *Potentiores laici* ſubinde inter Canonicos ſe recipi paſſi ſunt; quales ſunt honorarii Canonici. Exempla collegit *Melch. de* LVDOLF in *tr. de iure feminar. illuſtr. P. I. app. p.* 98. et *H. Gunth.* THVLEMARIVS *de Octouiratu c.* 25. *n.* 60. [Haec receptio *inſtallatio* audit.]

(*b*) Fuit haec olim ſpecies *emancipationis*, per quam Canonicus iunior liberaretur a nexu ſcholae, et ſubtraheretur iugo Canonici ſcholaſtici. *Ant.* MATTHAEI tr. *de Nobilitate p.* 622. *ſ.* Reliquias huius ritus docte expoſuit *Chriſt. Gottl.* BVDER in obſ. de *emancipatione canonica*, quae extat in eius *ſymmictis obſerv. N.* 1. conf. *Selecta iur. Publ. nouiſſ. tom.* 52. *p.* 36. In eccleſia S. Ioannis *Herbipo-*

polensi canonici hoc vltimum tyrocinii in anno clauſtrali ſubeunt experimentum. Ab humeris ad lumbos denudati tranſeunt per medium agmen Canonicorum capitularium, a quorum ſingulis virga, quam quisque manu tenet, caeduntur: eoque experimento peracto, a tyrocinio ſubducti, capitularibus accenſentur. Hanc conſuetudinem abolendam duxit Fridericus Carolus, epiſcopus Herbipolitanus a. 1740. Nouae ſanctioni obſtiterunt Canonici, ad inſtitutum immemorialis temporis prouocantes: etiamſi decretum epiſcopi confirmauerit Benedictvs PP. XIV. ipſe haec recenſens in tr. de *Synodo dioecèſana lib.* XI. *c.* 3. §. 7. *p.* 389. In admiſſione ad capitulum tolerantur quoque tum *pecuniae ſtatutariae*, pro receptione ſoluendae, modo non diſtribuantur inter Canonicos, ſed in pios vſus expendantur, nec ſex menſium reditus excedant, tum *prandia* a recenter admiſſis praeſtanda, modo frugalitatis leges ſeruentur; Benedictvs *l. c. p.* 405. Neque haec in c. 44. X. *de Simonia* abſolute reprobantur. [Hommel l. c. §. 8. 9. *Joh.* Wolf *Geſch. des Peters - Stifts zu Nörten.* §. 5. p. 29. f.]

§. 441. Inter proteſtantes inſtitutum Canonicorum attemperatum eſt indoli eccleſiae. Capitula canonicorum antiqua, quoad ſeruata ſunt, et iura Canonicorum in illis, definiuntur *pace Weſtphalica* (*a*): capitula de nouo erecta, aeſtimantur ex lege *nouae fundationis.* In illis 1) ſtatuta *antiqua* vlterius non obligant, quam quatenus *A. C* et *conſcientiae* haud aduerſantur (*b*). 2) Canonici Euangelici *ordines* ſuſcipere non tenentur (*c*), quoniam ex eccleſiae principiis nemo ordinandus eſt, niſi miniſterii obeundi cauſa (§. 99.); hinc non tam *clerici* ſunt, quam potius *perſonae eccleſiaſticae*; et 3) libertate connubii fruuntur, niſi quod haec negetur

cano-

canonissis, *qua talibus*, et quamdiu in vita canonica persistunt, salua nihilominus his resignandi indeque nubendi facultate (*d*).

(*a*) *Inst. Pac. Osn. art.* V. §. 14. 25. *art.* X. §. 4. 7. *art.* XI. §. 1. *art.* XII. *et* XIII.
(*b*) *I. P. O. art.* V. §. 16.
(*c*) B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 1. §. 36.
(*d*) B. Parens *l. c. lib.* 3. §. 22. *f.*

§. 442. *Mixta capitula* sunt, in quae *vtriusque religionis* consortes numero, *per diem decretorium* definito, recipiendi sunt (*a*). In his 1) vtriusque religionis *capitularium et Canonicorum numerus*, qui die 1. Ian. 1624. fuit, seruandus est, ideoque in locum decedentium non nisi *eiusdem religionis* consortes surrogandi; 2) capitulares vel Canonici Euangelici *iuribus* iisdem fruuntur, quae debentur singulis capituli membris, 3) non vero tenentur statutis, quae *A. C.* et *conscientiae libertati* aduersantur (*b*), nec ideo 4) iisdem obest *Ordinum defectus* in exercendo iure sessionis et suffragii in capitulo (*c*) (§. ant.).

(*c*) *I. P. O. art.* V. §. 23. *Quot capitulares aut Canonici die* 1. *Jan.* 1624. *vspiam vel A. C. vel Catholici fuerunt, totidem illic ex vtraque religione erunt semper, nec decedentibus nisi eiusdem religionis consortes surrogentur.* I. P. O. art. V. §. 26. *In quibuscunque fundationibus, ecclesiis collegiatis, ministeriis, hospitalibus eiusmodi mediatis Catholici et A. C. addicti promiscue vixerunt, viuant etiam posthaec numero prorsus eodem, qui die* 1. *Ian.* 1624. *ibidem repertus fuerit.*
(*b*) *I. P. O. art.* V. §. 16. [Num eadem conscientiae libertate contineatur facultas, salua praebenda, coniugium in-

ineundi, disquiri coepit in causa Canonicorum Osnabrugensium, quo pertinent *Antwort auf die Frage: ob ein protestantischer Domherr, ohne Rücksicht auf seinen Statuten- oder Gewohnheitsmäßsigen Cölibat befugt sey, mit Beybehaltung der Präbende zu heyrathen.* Frf. u. Leipz. 1774. *Standhafte Behauptung der Freyheit des Ehestandes der Evangelischen Domkapitularen zu Osnabrück, welche von dem Domkapitel daselbst bey dem höchstpreisl. Kaiserl. Reichshofrath bestritten werden wollen.* 1775. Negatiuam amplectitur SCHNAVBERT *protest. Kirchenr.* §. 271.]

(c) *Ge. Dav.* STRVBEN *Rechtliche Bedenken N.* CLXXXIV. p. 473.

TIT. IV.

DE STATV ET IVRIBVS CAPITVLI IN GENERE.

(Lib. III. Tit 11. *de his quae fiunt a maiori parte capituli*).

ARGVMENTVM.

§. 443. *Capitula Canonicorum mediata sunt, nisi sint exemta.* 444. *Iura eorum vel collegialia, vel aliunde acquisita.* 445. *Eorum exercitium per Officia specialia in capitulo.* 446. *Modus negotia capitularia in capitulo tractandi.* 447. *Capitula Canonissarum.*

§. 443. Capitulum est vel *ecclesiae cathedralis* vel *ecclesiae collegiatae.* Vtrumque constituit vniuersitatem ecclesiasticam in dioecesi: ideoque est *iurisdictioni episcopali* subiectum, et corpus *mediatum* (§. 137.) (*a*); nisi exemtionis priuilegio sit munitum (§. 144.) (*b*). Quatenus vero *capitu-*

pitulum ecclesiae Cathedralis simul constituit *Senatum ecclesiasticum episcopi* in negotiis arduis episcopatus tractandis: consideratur tamquam *corpus cum episcopo unitum*, episcopatum repraesentans (*).

(*a*) *c. 13. X. de offic. iud. Ord. c. 13. X. de foro compet.* Conf. *Ordinat. Polit. Magdeb. cap. 6.*

(*b*) CONC. TRID. *sess. 6. c. 4. de reform. sess.* 25. *c.* 6. ESPEN. in *l. c. P. I. tit.* 8. *c.* 2. 3. *et P. III. tit.* 12. *c.* 6. *n.* 25.

(*) *Mich. Ant. Frances de* FRVTIGOYTI tr. *de ecclesiis cathedralibus earumque priuilegiis*, Lugd. 1655. f. *I H.* LAMMERS consultatio *de conseruatione iurium Metropolitanarum aliarumque ecclesiarum Cathedralium.* f. *Ge. Ios.* WAGNER *de capitulis collegiatis eorumque priuilegiis*, Mog. 1718. *Ios. Edler von* SARTORI *geistliches und weltliches Staatsrecht der Deutschen Catholischgeistlichen Erz-Hoch- und Ritterstifter.* Nürnb. 1788. B. I. II. quinque tomis. 8. *Car. Ferd.* HOMMEL *de capitulis ecclesiarum cathedralium et collegiatis;* in *Rhapsod. quaest.* obs. 532. T. IV. p. 101. f.

§. 444. Iura Capituli vel descendunt ex iure *communi*, videlicet ex iure *vniuersitatis ecclesiasticae*, quo gaudent iure condendi *statuta* (*a*), et *iurisdictione correctiua* (*b*); vel ei competunt vi *tituli specialis*, quorsum pertinet *iurisdictio ecclesiastica contentiosa* (*c*), *episcopo* tamen, vel in terris Protestantium *Principi Euangelico* subordinata (*d*).

(*a*) c. 6. 8. 9. *X. de constitutionib. c* 9. *X. de Consuet. c.* 2. *de Verb. signif. in* 6. *Aug.* BARBOSA in *iur. eccl. P. I. tit.* 32. *n.* 15. 17. GONZALEZ TELLEZ ad *Decret. tom. I. p.* 94. De *statutis* capitulorum eadem valent, quae supra §. 216. exposita sunt. [*Io. Phil.* GREGEL d. *de restatutaria Capitulorum Germaniae.* Wirceb. 1796. 4. *Joh.* WOLF *Gesch. des Peterstifts in Nörten.* §. 9. p. 48. f. *Andr.* MAYER *nov. thes. iur. eccl. Germaniae s. Codex statutorum ineditorum ecclesiarum cathedralium et collegiatarum.* T. I-IV. 1791-96.]

(b) c. 13. X. *de officio iudiciis Ordinarii.*
(c) c. 13. X. *de foro competente.*
(d) c. 11. *de appell. in* 6. ESPEN *I. E. P. I. tit. XI. c.* 2. *n.* 7.

§. 445. Exercentur I) iuxta politiam cuiusque capituli per *officia specialia*, ex quibus primaria abierunt in *dignitates ecclesiasticas*, (§. 116.) (*a*). *Decanus* capituli est, qui praeest capitulo, *qua tali*. *Praeposito* relicta est *directio temporalium*: quamquam et is passim praesit capitulo (*b*). *Primicerius*, seu *praecentor* est, qui praeest officiis divinis in choro cantu peragendis. *Scholasticus* scholae praeest, collegio Canonicorum olim annexae. *Custodis* nec non *Sacristae* titulo distinguitur, cui vel custodia propriae Canonicorum ecclesiae, vel sacrarii custodia commendatur (*c*). Sed multa ex his officiis hodie in solum *personatum* transierunt.

(a) *Io. Frid. Laurent.* MEYER de *dignitatibus in capitulis ecclesiarum Cathedralium et collegiat.* Gottingae 1782. §. 6. [*Io. Phil.* GREGEL (resp. *Mich. Ant. Loewenheim*) d. *de vita Canonicorum communi eiusque vestigiis hodiernis.* Wirceb. 1795. HOMMEL l. c. §. 12. 13. 14. 15. 22. WOLF *Gesch. des Peters-Stifts zu Nörten.* §. 4. p. 25. f.]

(b) c. 7. X. *de Electione* c. 6. X. *de sentent. excomm.* c. 13. X. *de offic. iud. Ord.* ESPEN. *l. c. P. I. tit.* 11. *c.* 1. *et* 2. *Arn.* CORVINVS *de personis et benef. eccl. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 59 *et. tit.* 15. *n.* 11. [*Matth. Guil. de* LOVVREX d. canonica, *de origine, electione, officio et iuribus Praepositorum et Decanorum ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum.* Leod. 1729.]

(c) *tot. tit. de officio primicerii, de officio Custodis, de officio Sacristae. Io. Ern.* FLOERCKE *de Canonico scholastico.* Goth. 1727. [WOLF l. c. §. 5. p. 29. f.]

§. 446.

§. 446. II) Negotia *totius capituli* vel pertractantur in *capitulo*, qua tali; vel *vi obseruantiae* singulis Canonicis nomine capituli expedienda committuntur per *turnum* (*a*). Vt negotia *in capitulo* rite et valide peragantur, 1) canonici praesentes *conuocandi* sunt a praeside capituli (*b*), et 2) negotia *capitulariter*, hoc est, in congregato capitulo, deliberanda et decernenda sunt (*c*). Quidquid 3) a *maiori* canonicorum praesentium parte constituitur, pro *sententia totius capituli* habetur: nisi pars minor, sententiam maioris partis *saniorem* non esse, probauerit (*d*). Ceterum in negotiis, *iura singulorum* concernentibus, *vnanimia* suffragia desiderantur (*e*).

(*a*) Espen. *l. c. P. I. tit.* 7. *c.* 5. §. 8. *Nic.* Garcias *de beneficiis P. III. c.* 4. *n.* 29. Corvinvs *l. c. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 35. [*Chrys.* Probst *Turnarius ecclesiarum Germaniae s. Historia turni ecclesiastici ad inlustrandum tum cathedralium, tum collegiatarum disciplinam concinnata.* Bamb. et Wirceb. 1787.]

(*b*) *c.* 42. *X. de Electione.* Absentes conuocari necesse non est, nisi ex causa, iure speciatim determinata *c.* 42. §. 1. *X. de elect. c.* 33. *de praebend. in* 6. *c.* 8. *de Officio Ordinarii in* 6.

(*c*) *c.* 4. *X. de his quae fiunt a maiori parte capit.*

(*d*) *c.* 1. *X. eod. c.* 42. *X. de electione.*

(*e*) *c.* 29. *de regul. iuris in* 6. Corvinvs *l. c. L.* 3. *tit* 2. *n.* 43.

§. 447. Quae de capitulis canonicorum, eadem valent de *capitulis Canonissarum*, nisi vbi diuersitatis ratio intercedit. Sunt illa vel *corpo-*

ra ecclesiastica simplicia, vel immutata in *praelaturas* (*a*), quae a dignitate *abbatissae secularis*, quae illis praeest, *abbatiae* vocantur, instructae iurisdictione, iuribus, priuilegiisque, latifundiis et districtibus, *speciali titulo* acquisitis. Ratione imperii Germanici sunt vel corpora *immediata* (*b*), quae Imperio et Imperatori, vel *mediata*, quae statibus imperii subsunt: eorumque alia *Catholicorum* sunt, alio *A. C. consortium*, prout in eorum possessione die decretorio fuerunt (*c*).

(*a*) In *Instr. Pac. Osn. art. V.* §. 14 recensentur *abbatiae* et *liberae fundationes seculares*, quae ita appellantur, quod canonissae, votis nullis obstrictae, libertate connubii, praeuia resignatione, fruantur. Espen, *l. c. P. I. tit.* 33. *c.* 2. *n.* 18. Corvinvs *l. c. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 1. *s.*

(*b*) Recensum *immediatarum Imp. abbatiarum* habet Pfeffinger in *Vitriario illustr. tom. I. p.* 1299. *s.* Capitula *Canonicorum* in Germania omnia mediata esse, et potestati territoriali Statuum Imp. tam quoad personas quam quoad eorum bona sub ecta, obseruat *Io. Ad. de* Ickstatt *opusc. VII.* §. 66. *tom. II. p.* 422. Fuerunt tamen quaedam eorum *olim* immediata. Tale est Capitulum *Simonis* et *Iudae Goslariense*: non quidem ratione bonorum imp. immediatorum, qualia nulla possidet, sed ratione *aduocatiae immediatae imperialis*.

(*c*) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 24. 25.

Tit.

TIT. V.

DE

ORDINIBVS SACRIS MILITARIBVS.

ARGVMENTVM.

§. 448. Ordines militares et hospitalarii. 449. Ordo Iohanniticus et Teutonicus. 450. Communia vtriusque ordinis. 451. Politia ordinis Iohannitici. 452. Eius lingua Alemannica, 453. et Magisterium Domini Brandenburgicum. 453b. Lingua Bauarica. 454. Politia ordinis Teutonici. 455. Eius Sodales.

§. 448. Speciales et multiplices *Ordines regularium* nati sunt a *speciali* eorumdem *fine* (*a*). *Militares* sunt, *militiae sacrae* causa, seu pro defensione armata religionis Christianae aduersus infideles agenda, et *hospitalarii* curae pauperum aegrotorumque suscipiendae causa instituti (*b*).

(*a*) *Andreas* MENDO *de Ordinibus militaribus disquisit. II.* Lugd. 1668. *Christ.* GRYPHIVS *von geistlichen und weltlichen Ritter-Orden.* Leipz. 1697. 8. *Ge. Christ.* WOLFIVS *de Sacris ordinibus equestribus.* Gott. 1736. §. 2. *s.*

(*b*) Inter hospitalarios celebris est *ordo spiritus S.* ab Innocentio III. a. 1198. approbatus, cui simul cura *infantum expositorum* incumbit. *Franc. du* CHESNE *Recherches historiques de l'ordre de S. Esprit.* Paris 1710.

§. 449. Inter ordines *mixtos*, qui *militares* et *hospitalarii* simul sunt, eminet Ordo *equestris* HOSPITALARIORVM ET MILITIAE S. IOANNIS BAPTISTAE

ptistae hierosolymitani (a), et Ordo *equitum* teutonicorum s. mariae hierosolymitanae (b). Vterque ordo occasione *peregrinationum* et maxime *expeditionum cruciatarum in terram Sanctam* sec. XII enatus, a tenuibus initiis ad magna incrementa processit. Eadem cum his instituta coluit ordo *Templariorum*, Clementis V. et Concilii Viennensis decreto extinctus (c).

(a) Ioanniticus Ordo, in hospitali Hierosolymitano, *S. Ioanni* dicato institutus, *hospitalarius* primum fuit, mox a. 1120. *militaris* factus est sub Magistro Raymundo du Puy. Historiam eius dedit *Ren. Aubert.* Vertot *histoire des Chevaliers Hospitaliers de S. Jean de Jerusalem* tom. V. Par. 1726. 12. Amst. 1728. tom. IV. 4. [Adde *Ant.* Paoli *origine ed instituto del Sagro militar Ordine Gerosolimitano.* Roma 1781. f. *Malta illustrata* del *Giov. Franc.* Abela, continoata del Conte *Giov. Ant.* Ciantar. Malta 1780. f. *Ueber die Gesetze und Verfassung der Malteser-Ordens-Republick.* Carlsr. 1797. 8. Statutorum et priuilegiorum ordinis copiosam notitiam Praebent *Christi. von* Osterhausen *Statuta, Ordnungen und Gebräuche des Ritterl. Ordens S. Johannis von Jerusalem zu Malta:* Frf. a. M. 1644. 8. *Volume che contiene li Statuti della S. Religione Gerosolimitana, le ordinationi, il nuovo Ceremoniale, il modo, o sia instruttione, l'Ordine, e li privileggi.* in Borgo novo. 1676. 4. *Codice Diplomatico del S. Militare Ordine Gerosolimitano, oggi di Malta.* in Lucca. 1733. 37. f. *Codice del sagro militar Ordine Gerosolimitano, riordinato per commandamento del sagro generale capitolo celebrato* nel a 1776. *sotto gli auspici di sua altezza Em il gran Maestro Emmanuele de Rohan.* in Malta. 1782. f. *Priuilegia Ordinis S. Hierosolymitani.* Romae 1568. *Privileges des Papes, Empereurs, Rois et Princes de la Chrestiente en faveur de l'Ordre St. Jean de Hierusalem; recueillis par le Fr. Chev* Des Clozeaulx. Par. 1659. 4. D Vinc Calvo y Julian *illustracion canoniea y histovial de los privilegios de la Orden de S. Juan.* Madr. 1774. 4]

(b) Teutonicus in Xenodochio, *B. Mariae* in vrbe Hierosolyma dicato, in gratiam Germanorum aegrorum inpri-

inprimis inſtitutus, a. 1190. in obſidione vrbis Ptolemaidis ad *militiae* rationes translatus eſt. Fata eius et res per Pruſſiam Liuoniamque geſtae exponuntur in *Chronico Ordinis Teuton.* in *Ant.* MATTHAEI *analectis medii aeui tom. V. p.* 621. *ſ.* et a *Raymundo* DVELLIO in *hiſtoria Ordinis Teutonici.* Viennae 1728. 8. tomis III. [Adde ELBENS *Einleitung in die Geſch. des T. Ordens.* Nürnb. 1784. T. I. EI. *Sammlungen für die Geſch. des Hoch- und Teutſch-Meiſterthums.* St. 1. Tüb. 1785. *Hiſtoire de l'ordre Teutonique, par un chevalier de l'ordre.* Par. 1784-90. Tomis VIII. 8.]

(c) *Nic.* GÜRTLERI *hiſtoria templariarum militum.* Amſt. 1703. *Petr.* PVTEANI *(Pierre* DU PUY) *hiſtoire de l'Ordre Militaire des Templiers.* Par. 1685. *Chriſt.* THOMASSII diſſ. *de Ord. Templ ſublato.* Hal. 1705 [Nouiſſime Ordinis huius hiſtoria, inprimis quod fata extrema attinet, lucem praeclaram nacta eſt ex documentis genuinis nimium diu abditis ac reclufis, nimirum in libro Statutorum, *Statutenbuch des Ordens der Tempelherren. Aus einer altfranzöſ. Handſchrift herausgegeb. von Fr.* MÜNTER. Berlin 1794. 8. et *D. G.* MOLDENHAWER *Proceſs gegen den Orden der Tempelherren. Aus den Originalacten der päbſtl Commiſſion in Frankreich.* Hamb. 1792. 8. His iunge *Pedro Rodrig.* CAMPOMANES *diſſertaciones hiſtoricas del orden y cavalleria de los Templarios,* Madr. 1747. 4. *Carl Gottlob* ANTON *Verſuch einer Geſch. des Tempelherren Ordens.* Leipz. 1781. *Frid.* NICOLAI *Verſuch über die Beſchreibungen welche dem Tempelherren Orden gemacht worden.* Berl. u. Stettin. 1782. C. G. ANTON *Unterſuchung über das Geheimniſs und die Gebräuche des Tempelherren-Ordens.* Deſſau. 1752. R. P. M. I. *Hiſtoire critique et apologetique de l'ordre des chevaliers du temple de Jeruſalem dits Templiers* T. 1. 2. Par. 1789. 4.]

§. 450. Vtriusque ordinis ſodales praeſtitis votis religioſis, ſpeciatim vouent *militiam ſacram* et *pauperum defenſionem* (*a*): paupertatis voto ſaltem laxius accepto, et relicta illis diſpoſitione bonorum, Ordini ſubordinata in his, quae per ſtatuta Ordinis et per obſeruantiam ſunt inducta (*b*). Sunt ergo *perſonae eccleſiaſticae* et *regu-*

lares, inter eosque alii *Clerici*, ad ſacra in templis Ordinis peragenda aſſumti, alii *Laici*, in iisque *equites*. Vterque Ordo iure *vniuerſitatis eccleſiaſticae* et *proprio regimine* fruitur in cauſis, ad Ordinem pertinentibus; et *exemtus* a iurisdictione epiſcopali, Pontifici immediate ſubeſt (*c*).

(*a*) Statuta Ordinis Iohannitici tit. 3. §. 2. in Lvnigii *Codice Italiae diplomat. tom. II. p.* 1743. Statuta Ord. Teutonici cap. 3. in Lvnigii *ſpicileg. eccl. P. I. cont. I. p.* 50. et in *Raym.* Dvellii *miſcellaneorum lib. II. p.* 16.

(*b*) *Io. Chriſt.* Beckmann *vom ritterlichen Iohanniter-Orden* (Frf. a. d. O. 1693. f.) *c. I.* §. 8. *p.* 22. *ſ.*

(*c*) *c.* 3. *X. de priuilegiis.*

§. 451. Ordo iohanniticvs, per plures Europae partes diffuſus, ſecundum regiones diſtinguitur in octo lingvas (*a*), inſtar magnarum Ordinis Vniuerſitatum. Linguae continent prioratvs, ſeu ſpeciales *vnius linguae* vniuerſitates ſub regimine *Prioris:* et hi iterum diuiduntur in ballivias ſeu in *ſpecialiores vniuerſitates* ſub regimine Balliui; quarum praecipua membra ſunt equites *Commendatores*, quibus bona ordinis particularia regenda et fruenda commendantur. Totius ordinis Superior eſt *Magnus Magiſter Melitenſis*, cui adiunctum eſt *Capitulum generale*; octo Balliuiorum conuentualium, ex ſingulis linguis deſumtorum.

(*a*) Inter has tres *Gallicae* ſunt, *Prouinciae*, *Aluerniae*, *Franciae*, noſtris diebus ſublatae; *Italica* vna, duae *Hiſpanicae*,

sae, altera *Arragoniae Cathaloniae et Navarrae*, altera *Castellae Legionis et Portugalliae*: Vna *Alemannica* et vna *Angliae*: vltima sec. XVI. extincta est. Vid. Statuta Ordinis apud LVNIGIVM in *Cod. Ital. dipl. l. c. p.* 1831. [In locum *Anglicanae* nuper successit BAVARICA, transfusis in eius fundationem, munificentia electoris Palatino-Bauarici *Caroli Theodori*, a. 1782. bonis omnibus, quae antea ab ordine extinctae Societatis Iesu in ducatibus et terris *Bavariae*, *Neoburgi*, *Solisbaci* et *Palatinatus superioris* possessa erant; de euius erectione vide sis *Verhandlungen zwischen Sr. Kurf. Durchl. zu Pfalz-Baiern und Sr. Eminenz dem Grosmeister zu Malta, wegen Errichtung einer Malteser-Ordenzunge in Baiern, Sulzbach und der obern Pfalz. Theils a. d. Lat. theils a. d. Ital. übersetzt.* Münch. 1782. 4. Nouissime totius ordinis constitutio valde conflictari coepit et paene inuersa est, Melita insula capta et regimine vniuersali in *Imperatorem totius Russiae*, gloriosae memoriae Paulum I. translato, quo e viuis sublato iam quidem ordo *protectione* successoris eius Alexandri I. fruitur, summa rerum autem penes *Capitulum Generale* et *Locumtenentem Generalem* Petropoli residet.]

§. 452. LINGVAE ALEMANNICAE olim *quatuor prioratus* fuerunt; sed post extinctum *Danicum* et *Hungaricum*, hodie duo supersunt, *Germanicus* et *Bohemicus*. Praeest Prioratui *Germaniae supremus per Germaniam Ordinis Magister*, Praelatus et princeps imperii, sedem habens Heidersheimii in Brisgouia. Inter fratres Ordinis in Germania nemo recipiendus est nisi *Germanus* (*a*), et speciatim inter equites nemo nisi *nobilitate Germanica atauita* illustris (*b*).

(*a*) Id renouatum est per Conclusum Imperii d. d. 6. Iul. 1706. in LVNIG. *Arch. Imp. part. gen. t. I. p.* 678. Confirmat. priuil. *Iosephi* d. 12. Ian. 1708. *quod omnes a parentibus ex vero sanguine Germano non oriundi ab Alemanniae supremo Prioratu eiusque dignitatibus, commendis, mem-*

membris, penſionibus ac iuribus perpetuo excluſi manere debeant. Vid. *Staats-Canzl. tom. XVII. p.* 820.

(*b*) Secundum Statuta Ordinis *quatuor maiores nobiles* deſiderantur tit. XIX. art. 36. apud LVNIGIVM in Cod. Ital. dipl. tom. II. p. 1887. Numerus *Maiorum nobilium* ſecundum cuiusque *linguae* conſuetudinem determinatur. In Germania *ſedecim* deſiderantur BECKMANN *l. c. p.* 107. *et in append. p.* 24.

§. 453. Prioratus Germanici partem facit *Balliuia Brandenburgica* ſeu MAGNVM MAGISTERIVM DOMINI, quod ſpecialem vniuerſitatem Ordinis Iohannitici ſodalium Auguſtanae confeſſioni addictorum hodie conſtituit, in nexu tamen Prioratus Germanici conſiſtentem (*a*). Eidem regundo praeeſt *Magnus Dominorum Magiſter* vna cum capitulo: eique ſubſunt commendatores et Equites, A. C. addicti; iisdem ordinis inſtitutis, quoad A. C. haud repugnant, obſtricti, niſi quod vota religioſa emittere non teneantur.

(*a*) *Io. Chriſt.* BECKMANN tr. *von ritterlichen Iohanniter-Orden cap.* 4. §. 7. *ſ. Iuſt. Chriſt.* DITHMARI *Geſchichte des ritterlichen Iohanniter-Ordens und deſſen Herrenmeiſterthums.* Frf. a. d. O. 1729. 4. *Io. Ge.* DIENEMANN *von Iohanniter-Orden und deſſen Herren-Meiſterthum* edit. a. *Io. Ed. Haſſe* 1767. 4.

(§. 453[b].) LINGVA BAVARIA conſtat vno *prioratu*, vna *Balliuia* capitulari, *commendis* XXIV *equeſtribus* et quatuor *commendis clericalibus* pro Capellanis conuentualibus. Coniuncta eſt cum extincta Anglicana eo fine, ne, ſi forte aliquando illam reuiuiſcere contingeret, aucto numero Balliuio-

liuiorum conuentualium, in regimine Ordinis et iuribus Capituli generalis quidquam immutaretur. Subſunt igitur lingua Anglicana et Bauarica *vno* Balliuio conuentuali, *Turcoplario* dicto (*a*); atque huius vnius beneficium Bauaris et Anglis commune eſt; ad commendaturas ſimplices, tam clericales quam laicales non niſi indigenis adſpirare licet (*b*). Etſi vero lingua Bauarica vniuerſa cum ſingulis perſonis et bonis, collatis et in poſterum conferendis, ad omnia omnino ordinis ſtatuta, leges, ritus, conſuetudines, nec non decreta Capituli generalis ſit adſtricta: iura tamen ordinis variis conditionibus, prout ratio terrarum Bauaricarum et natura bonorum, quibus dotata eſt, exigeret, circumſcripta ſunt; adeoque etiam decimationi et aliis tributis, quae bona eccleſiaſtica in Bauaria pendent, ſubiacent (*c*).

(*a*) TVRCOPLARIVS *Turcopilier*, fuit nomen perculiare Prioris Hoſpitalis S. Iohannis Hieroſolymitani in Hibernia. De origine vocis cf. DU FRESNE *Gloſſ. med et inf. lat.* v. *Turcopuli.*

(*b*) Requiruntur *indigenae nobiles*, quorum familiae in dictis ducatibus praedia *poſſident*; id quod tamen ad maiores eorum non extenditur, nec obſtat in probatione nobilitatis, ab *atauis* deducendae, cum exteris familiis cognatio. Equites praeterea ſeruitiis militaribus vel ciuilibus in Bauaria defungi debent, niſi ipſi ordini eadem praeſtare malint.

(*c*) De his et aliis huiusmodi reſtrictionibus vid. *propoſitiones delegatorum Electoralium* art. 1. et 2. in lib. I. p. 9. ſ.

§. 454.

§. 454. ORDO TEVTONICVS, per Germaniam, quaqua olim patuit, diffuſus, diſtinguitur in *Balliuias*, ceu ſpeciales Ordinis vniuerſitates (*a*). Regimen eccleſiaſticum totius ordinis eſt penes *Magnum Ordinis Magiſtrum.* Eſt is *praelatus*, in proxima poſt archiepiſcopos dignitate poſitus (*b*), et ſimul *princeps imperii*, ſedemque hodie habet *Mergentheimii.*

(*a*) In ſubſcriptione Statutorum Ordinis de a. 1606. apud LVNIGIVM in *ſpicileg. eccl. P. I. Cont. I. tom. XVI. p.* 74. recenſentur Balliuiae, 1) *Alſatica*, 2) *Franconica*, 3) *Auſtriaca*, 4) *Haſſiaca*, 5) *Confluentina*, 6) *Iuncetana* ſiue Alt-Bieſen, 7) *Tyrolenſis* ſeu *Altheſina* a Fluuio Altheſi, Etſch, 8) *Weſtphalica*, 9) *Saxonica*, 10) *Lotharingica.* Iisdem addenda eſt *Thuringica* et *Vltraiectina.* Specialem balliuiarum et commendaturarum recenſum exhibet *Ant. Fridr.* BÜSCHING *Erdbeſchreibung P. III. vol. 2. p. 1763. ſ.*

(*b*) PFEFFINGER in *Vitriario illuſtrato* T. I. p. 1273. T. II. p. 923. 929.

§. 455. Inter Sodales Ordinis Teutonici non recipiuntur niſi *Germani* (*a*), et inter *equites* ordinis, non niſi *nobiles*, atauita nobilitate *ſedecim maiorum* diſtincti (*b*). Facta profeſſione ſolenniter recepti, aduerſus *infideles* vel ſaltim in Hungariae confiniis per triennium prius *militare* iubentur, quam bonorum ordinis fruendorum participes fiant (*c*). Nobilibus *A. C. addictis* aditus ad ordinem patet in Balliuiis, in quibus A. C. conſortes d. 1. Ian. 1624 in poſſeſſione bonorum ordinis fuerunt (*d*): quos tamen ex *lege*

Ordi-

Ordinis vota religioſa emittere oportet; quamuis non obſtringantur ſtatutis, que *Auguſtanae Confeſſioni* repugnant (*e*).

(a) Receſſ. Imp. Auguſtanus a. 1500. §. 42. 43.

(b) Statuta Ord. Teut. c. 1. 2. 3. apud. LVNIGIVM *ſpic. eccl. Part. I. Fortſ. I. in app. Vol. XVI. p.* 54. Formulam probandae nobilitatis exhibet *Io. Ge.* ESTOR *von der Anen-Probe Part.* 2. *p.* 149. *ſ.*

(c) Statuta Ord. l. c. c. 5 *p.* 62.

(d) Inſt. Pac. Osn. art. V. §. 14. 25.

(e) Inſt. Pac. Osn. art. V. §. 16.

TIT. VI.

DE SCHOLIS ET ACADEMIIS.

ARGVMENTVM.

§. 456. Ius eccleſiae circa ſcholas et Officia ſcholaſtica. 457. Ius circa academias.

§. 456. Scholae, *quoad inſtitutionem iuuentutis in doctrinis religionis vel tantum vel ſimul reſpiciunt*, vniuerſitates *eccleſiaſticae* ſunt (*a*). Ius eas inſtituendi eſt ius eccleſiae, et pertinet ad annexa religionis exercitii (§. 261.) (*b*). *Scholae* ergo et qui in illis *officio ſcholaſtico* funguntur, ſubſunt *iurisdictioni eccleſiaſticae* (*c*): quamquam fundatoribus vi *fundationis* iura quaedam praecipua in iisdem competere poſſint.

(a) c. 1.

(a) *c. 1. 3. 5. X. de magistris. Caes. Egassius* Boulaeus diss. de *scholis claustralibus et episcopalibus* in *historia Acad. Paris.* tom. I. p. 79. *Io.* Launoius de *scholis a Carolo M. per occidentem institutis. Herm.* Conringius *Antiquitat. Academic.* (ed. *Chph. A. Heumann.* Gott. 1739. 4.) *diss.* 3. [*Io. Diet.* Mellmann progr. *de regimine scholarum et iuris Canonici in eo reliquiis.* Kilon. 1784. *Fr. Ern.* Ruhkopf *Gesch. des Schul- und Erziehungswesens von der Einführung des Christenthums bis auf die neuesten Zeiten.* T. I. Brem. 1794. 8.]

(b) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 31. Vid. *art. V.* §. 7. 34. *art. VII.* §. 1. *I. Steph.* Pütter *vom Unterschied zwischen öffentl. und privat Schulen, insonderheit im Hochstift Osnabrück.* Gött. 1778. [Ius habendi scholas *publicas* est annexum exercitii religionis publici: *priuatas* vero, non solum ad exercitium religionis *priuatum* pertinet, sed ad eos etiam, qui solummodo *deuotione domestica* vtuntur. Neque enim liberorum educandorum et informandorum libertas iisdem ac illud limitibus in republica constringi potest, nec principiis regitur ex pace O. et anno decretorio vnice repetendis. Perinde ergo esse debet, *vnus* praeceptorem domesticum liberis informandis conducat, an *plures simul* de eo conueniant, nec quidquam obstare videtur, quo minus peculiare iisdem scholis suis aedificium comparent: id quod obseruantia quoque per Germaniam passim confirmatur (Pütter. l. c. §. 8. p. 13.). Sed haec, quamuis clara et aperta, non capit anonymus auctor tr. *Unzulässigkeit der Privat-Schulen bey einem Hausgottesdienst, oder Ausführung, dass, sonderlich im Stift Osnabrück, in parochiis puris Schulen von anderer Religion, als wozu die Pfarre gehört, einzurichten nicht erlaubt sey.* 1777.]

(c) *Casp.* Zieglerus de *Episcopis lib.* 3. *c.* 23. §. 4. *s.* et de *Superintendente c.* 23. § 5. 7. Carpzov *iurispr. eccl. lib. I def.* 8. *lib.* 3. *def.* 119 120. Mevius *P. VII. def.* 79. Vnde *Ordinationes scholasticae* partem faciunt *Ordinationum ecclesiasticarum.* Vid. *Corp. Constit. Calemb. tom. I. p.* 302. *s.*

§. 457. Academiae sunt *vniuersitates publicae, scientiarum sublimium vniuersarum et singula-*

rum

rum capessendarum causa institutae, et instructae potestate, dignitates in praemium acquisitae eruditionis conferendi. Eriguntur in omnium tam per *prouinciam* quam per *Imperium* ad studia adspirantium, ac proinde in communem Imperii vtilitatem: ideoque ius eas condendi est quidem ius *Domini territorii*, sed ex *obseruantia imperii* adstrictum ad *confirmationem imperialem* (*a*): cuiusmodi confirmatio et olim a *Pontifice* dari solebat. Censentur iure *ecclesiasticarum vniuersitatum*, et sunt iurisdictioni episcopi dioecesani, qui et illarum caput fuit et Cancellarius, subiectae, saluis iuribus, quae Statibus imp. iure *territorii* et *fundationis* competunt (*b*). Eodem censu habentur in terris Protestantium, et vel *Supremo Consistorio* vel *Principi Euangelico* immediate subsunt (*c*).

(a) Io. Iac. Moseri *Staats-Recht tom. V. c.* 86. *p.* 336. *s. Gottl. Sam.* Trever *de officiis academ. Germ. in Caes. et imp.*

(b) Casp. Ziegler *de episcopis lib.* 3. *c.* 23. *Henr.* Linck *de iure episcopali c.* 9. *n.* 87. *c.* 10. *n.* 48. 49. *s. Matth.* Stephani *de iurisdictione lic. III. P.* 2. *de academiis c.* 2. *Henr.* Meibomii diss. de *origine et officio Cancellariorum Academicorum tom. III. rer. Germ.* [*Car. Ad.* Caesar progr. *de iurisdictionis academicae praestantia.* Lips. 1799.]

(c) Carpzov. *iurispr. eccl. lib. III. def.* 12. *lib.* 2. *def.* 396. *s. Io.* Schilter *Inst. iur. Can. lib. I. tit.* 13. *Casp.* Ziegler de *iurib. Maiestat. lib. I. c.* 23. §. *vlt.*

SECTIO

SECTIO IV.

DE

OFFICIIS ET BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

TIT. I.

DE

REBVS ECCLESIASTICIS IN GENERE.

ARGVMENTVM.

§. 458. Ecclefiaftica, vel Spiritualia funt vel temporalia. 459. Res ecclefiae vel facrae funt vel ecclefiafticae. 460. Bona ecclef. vel communia vel particularia. 461. Ius reipublicae vel domini directi in illa. 462. Res religiofae, ecclefiafticorum iure aeftimatae.

§. 458. Quidquid ad ecclefiam pertinet, in fenfu generali *ecclefiafticum* dicitur; vti *feculare* eft, quod ad ecclefiam non pertinet. Ecclefiafticum iterum vel *fpirituale* eft, quod refpicit falutem animae (*a*), vt facramenta; doctrinae fidei, officia facra; vel *temporale*, quod falutem animae non refpicit fed alios ecclefiae vfus. Temporale *fpirituali annexum* dicitur, quod fine praecedente fpirituali haberi nequit.

(*a*) Si fpiritualia adpellatione *rerum fpiritualium* veniunt, vti apud *P.* LANCELLOTVM *Inft. iur. Can. lib. 2. tit. 1. §. 2. res* in fenfu philofophico accipiuntur.

§. 459. *Res ecclesiae*, in sensu *speciali* seu iuridico acceptae, sunt res, *in quas* certae *ecclesiae ius competit*: siue ecclesia in sensu proprio siue in sensu latiori pro qualibet vniuersitate ecclesiastica accipiatur (*a*). Sunt vero vel res *Sacrae*, quae cultui diuino immediate inseruiunt, vt vasa sacra, templa; vel *ecclesiasticae*, quae eidem mediate inseruiunt (*b*).

(*a*) NOV. 7. NOV. 120. *I. P. O. art. V.* §. 14. 15.

(*b*) Res ecclesiae vtriusque generis *incongrue* vocantur *Spirituales*, vt in c. 1. X. *de maioritate et obed.*

§. 460. Res *singulares*, certae ecclesiae acquisitae, *bona ecclesiae* vocantur, eorumque complexus *patrimonium* eius constituit. Quod si bona ecclesiae destinantur in determinatum ecclesiae vsum, *particularia* vocantur, sin secus, *communia* (*a*).

(*a*) De antiqua bonorum in *quatuor portiones* diuisione vid. c. 23. 27. 30. C. 12. qu. 2.

§. 461. Bona ecclesiae, *qua talia*, subsunt *potestati ecclesiasticae* (*a*). Quatenus I. considerantur tamquam bona, in *republica* constituta, subsunt simul *imperio ciuili circa Sacra*; indeque ratione Imperii Germanici vel *immediata* sunt, vel *mediata*, prout vel imperatori et imperio subsunt vel statibus imp. (*b*). Possunt II. non mi-

nus in nexu *dominii directi feudalis* esse; obnoxia praestationibus ex nexu feudali descendentibus (*c*).

(*a*) c. 5. 6. C. 10. *qu*. 1. *c*. 32. 52. C. 12. *qu*. 2.

(*b*) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 14. 25.

(*c*) c. 6. 15. *X. de foro comp. c. vn.* §. 1. *de statu regular. in* 6. *c*. 30. *X. de iureiur.*

§. 462. *Res religiosae* sunt, quae auctoritate publica inseruiunt *causae piae*: venit autem *causae piae* nomine, quidquid concernit officia pietatis erga alios exequenda. Quatenus res religiosae *iurisdictioni ecclesiasticae* subsunt, iure *rerum ecclesiasticarum* censentur.

TIT. II.

DE

OFFICIIS ET BENEFICIIS IN GENERE.

(Lib. III. Tit. 5. *de Praebendis et dignitatibus*).

ARGVMENTVM.

§. 463. Officium ecclesiasticum commune et speciale. 464. Beneficium ecclesiasticum. 465. Eius indoles. 466. Diuisio Beneficii in simplex et duplex. Curatum et non curatum. Regulare et seculare. Maius et minus. 467. Immediatum et mediatum ratione hierarchiae, 468. et ratione Imperii Germanici. 469. Beneficia inter protestantes.

§. 463.

§. 463. *Officium ecclesiasticum* in genere versatur in *administratione eorum, quae ad ecclesiam pertinent.* Est vel *commune* omnium clericorum et personarum ecclesiasticarum, quod in persoluendis diuinis officiis consistit (§. 291.), vel *speciale*, quod versatur in determinatis functionibus eorum, quae *ordinis* vel *regiminis ecclesiastici* sunt.

§. 464. BENEFICIVM ecclesiasticum *est ius percipiendi determinatos fructus bonorum ecclesiasticorum, intuitu officii ecclesiastici, cui illud est auctoritate ecclesiastica in perpetuum annexum. Titulus beneficii* est Officium ecclesiasticum (*a*): vnde et ipsum *officium* nomine beneficii venit (*). *Ipsum beneficium* consistere potest vel in annexo iure percipiendi *reditus* bonorum ecclesiasticorum, pro officio assignatos, vel in iure *immediate* percipiendi *fructus* ex bonis ecclesiasticis, eo nomine assignatis.

(*a*) c. *15. de rescript. in 6. c. 9. 19.* X. *de Praebend.* Fr. DVARENVS de *sacris ecclesiae ministeriis* [lib. VIII. *Lutet. 1551.* et cum I. SCHILTER. *Instit. iur. Can.* ed. alt. Argent. 1688. et in seqq.] *lib. 2. cap. 4.* ESPEN *Iur. Eccl. P. 2. Sect. 3. tit. 1.* De origine beneficiorum vid. THOMASSINVS de *vet. et noua eccl. discipl. P. III. lib. 2. c. 16. 19.* Vsitata olim fuit diuisio redituum ecclesiasticorum in *quatuor partes*, ex qua pars *episcopo*, pars *clericis* cessit c. *30.* C. *12. qu. 2.* Sec. VI. iam ipsa bona *vtenda fruenda* clericis dari coeperunt c. *61.* C. *16. qu. 1.* more *Francorum*, quibus *beneficium, generatim* acceptum, erat *ius vtendi fruendi bonis, pro officio concessum. Lud. Ant.* MVRATORIVS *antiquit. Ital. tom. I. p. 554.* [De *beneficiis in genere* praeter laudatos adeundi *Hier. a* COSTA de *origine et progressu redituum et beneficiorum ecclesiasticorum.* Frf. 1684. *I. H.*

Boehmer *I. E. P.* lib. III. tit. V. *Paolo* Sarpi *trattato delle materie beneficiarie;* inter eius Opera. T. III. Venet. 1677. in lat. conuerſus a Car. *Caſſa.* Ienae 1681. 12. item in linguam vernaculam per I. G. *Steeb.* Frf. et Lipſ. 1786. 8. *Io. Ge.* Pertsch de *origine beneficiorum eccleſiaſticorum.* Helmſt. 1751. 4. Praxin eccleſiae Romanae tradunt maxime *Petrus* Rebvffvs in *praxi beneficiorum.* Lugd. 1571. 1620. Pariſ. 1664. f. *Nic.* Garcias *de beneficiis.* Mog. 1614. f. Genev. 1701. *Pyrrhus* Corradvs in *praxi beneficiaria.* Neap. 1636. Col. Agr. 1679. 1736. f. *Melch.* Lotterivs *de re beneficiaria* l. III. Lugd. 1659. f. *Laur.* Nicolarts in *compendioſa praxi beneficiaria ex Concordatis N. G. Poloniae et Galliae cum ſede apoſtolica initis etc. deducta.* Col. Agr. 1658. 4. *Petr.* Levrenivs in *foro beneficiali ſ. quaeſtionibus et reſponſis canonicis materiam de beneficiis vniuerſam complectentibus.* Col. Agr. 1704.]

(*) *Praebendae* nomen, quamuis et hodie fere Canonicorum beneficiis adhaeret, plerumque tamen ſignificatione *Beneficii* generali accipitur. Ab initio autem *praebendae* appellatione tantum illae diſtributiones redituum veniebant, quae in vita communi Canonicis obtingere ſolebant, beneficiis in fundis, iure vſufructuario conceſſis, oppoſitae: quae diſtinctio nec hodie plane obſoleuit.

§. 465. Quaecunque in beneficio *officium eccleſiaſticum* reſpiciunt, *ſpiritualia* (*a*), et quae *bona eccleſiaſtica* concernunt, *temporalia*, *die Weltlichkeit*, appellantur. Hinc *iurisdictio eccleſiaſtica*, quae officio annexa eſt, ad *ſpiritualia* beneficii referri ſolet.

(*a*) *c. 25. X. de Praebendis et dignit.*

§. 466. Pro varia *officii eccleſiaſtici* ratione beneficium diuiditur I. in simplex, cui tantum annexum eſt officium commune (§. 463.); et dvplex, cui praeter illud annexum eſt ſpeciale offi-

officium (*a*): II. in CVRATVM, cui annexa eſt cura animarum, et NON CVRATVM, cui haec non eſt annexa (*b*): III. in MAIVS, cui *dignitas eccleſiaſtica* ſeu praelatura annexa eſt (§. 116.), et in MINVS, cui haec non annexa (*c*): IV. in REGVLARE et SECVLARE, prout annexum habet officium *vel regularium, vel ſecularium* clericorum (*d*).

(*a*) *c.* 38. *X. de Praebendis et dignit.* CORVINVS *de perſonis et beneficiis tr.* 2. *lib.* 1 *tit.* 8. Olim beneficia non dabantur niſi ob officium *ſpeciale.* Ex quo inde a ſec. XII. ordo clericatus a functione ſeparari coepit (§. 76.), tot *clericis in genere* collegiisque clericorum canonicorum inter inſignia bonorum eccleſiaſticorum incrementa inſtitutis; clericis, etiamſi ſpeciali *carerent* officio, bona eccleſiae data ſunt in beneficium ſub generali obligatione *officia divina* horis indictis perſoluendi, et conceſſio beneficiorum in *materiam gratiae* tranſiit. Nec quidquam ad augendam clerici potentiam excogitari adcommodatius potuit, quam iſta gratiae beneficiorumque diligentiſſime exculta materia. [Cf *Io. Ge.* PERTSCH *de variis appellationibus et diviſionibus beneficiorum.* Helmſt. 1752. 4. De beneficiis Canonicorum in ſpecie accurate egit *Ant.* SCHMIDT in d. *de varietate praebendarum in eccleſiis Germanicis.* Heidelb. 1773. et in *Theſ. iur. eccl.* T. III. n. VI. p. 224. ſ.]

(*b*) *c.* 28. *X. de Praebend. Clem.* 4. *eod.*

(*c*) *c.* 8. *X. de praebend. c.* 15. *et* 16. *eod. in* 6. *c.* 11. *c.* 13. *Extrav. Comm. eod. c.* 7. §. 2. *X. de Elect.*

(*d*) *c.* 5. *c.* 32. *de Praebend. in* 6. *c.* 27. *c.* 37. *c.* 38. *X. de Elect.*

§. 467. Beneficia, qua talia, ſubſunt *poteſtati eccleſiaſticae*, ſubordinata tamen *iuri circa Sacra.* Hinc I. ratione *nexus erga eccleſiam* vel IMMEDIATA vel MEDIATA ſunt, prout Superiori in

ecclesia vel immediate subsunt (*a*), vel mediante alio praelato.

(*a*) In ecclesia Romana, *ratione Pontificis*, in specie vocantur *immediata* beneficia, quae ipsi vel *iure ordinario* vel *vi exemtionis* immediate subsunt (§. 141.) *c. vlt. X. de Clericis non residentib.* *I. Casp* Barthel *de Concordatis Germ. Sect.* 3. *c.* 3. *tom. II. op. p.* 314.

§. 468. II. Ratione nexus erga *Imperium R. G.* vel sunt immediata *Imperii beneficia*, vel mediata, prout *imperio ciuili circa Sacra* vel *Imperatoris et Imperii*, vel *Statuum Imperii* subsunt (*a*). Continent illa bona et territoria imperii et quae his annexa sunt iura, regula, et Dignitates, haec vero bona et iura, superioritati territoriali obnoxia. Possessores vtriusque generis beneficiorum repraesentant duplicem personam, *ecclesiasticam*, veluti praelati, et *secularem*, veluti Status imperii, Status prouinciales, subditi, vasalli (*b*).

(*a*) Inter *immediata* in *Instr. Pac. IV. art. V.* §. 14. referuntur *Archiepiscopatus, Episcopatus, Praelaturae, Abbatiae, Balliuiae, Praepositurae, Commendae, liberaeque fundationes*, immediate imperio subiectae. In art. V. §. 25. recensentur *mediata* beneficia, in territoriis statuum imp. constituta, eorumque potestati subiecta.

(*b*) B. Parens in *Iur. Eccl. lib. III. tit.* 5. §. 128. *Christ. Gottl.* Bvder *de feud. sceptri cap. II. I. C.* Barthel *l. c. p.* 315.

§. 469. Iura beneficiorum inter Protestantes definiuntur tum *Pace Westphalica*, tum *iure ecclesiastico particulari*, *statutisque capitulorum*, tum

in

in subsidium *iure canonico.* *Immediate Imperii beneficia* eodem iure cum Catholicis censentur: nisi quod *Superiorem ecclesiasticum* non agnoscant (*a*). *Mediata* subsunt *regimini ecclesiastico* Statuum Imp. Euangelicorum (*b*) vel *reseruato* (§. 172.), vel *vicario*, quod, quoad beneficia *curata*, demandatum est consistorio prouinciali (§. 181.): saluis ceteroquin iuribus, quae in ea acquisita sunt *capitulis.*

(*a*) Quae de his tempore reformationis in meliorem cultum transferendis acta sunt, recenset SECKENDORF. in *hist. Lutheranismi lib. III. § 4. p. 25.*

(*b*) *I. P. W. art. V. §. 14. 25. 30. Sam.* STRYK. *de iure papali et Episc. princ. Euangel. c. 2. 3.*

TIT. III.

DE ERECTIONE BENEFICII.

ARGVMENTVM.

§. 470. Erectio beneficii, eiusque triplex modus. 471. Fundationis et erectionis ratio. 472. Iura secularia circa eam.

§. 470. Beneficium *erigi*, dicitur, si beneficium constituitur in certa ecclesia: idque fit vi potestatis ecclesiasticae. Potest vero vel *nouum* erigi beneficium, interueniente *fundatione*, qua bona assignantur in illud erigendum; vel si quod

 iam

iam exiſtit, ſpecies eius *mutari* (*a*), ſuppreſſumque beneficium in priſtinum ſtatum *reſtitui* poteſt (*b*). Beneficium igitur erigi dicitur, *fundatione*, *immutatione*, *reſtitutione*.

(*a*) *c.* 5. *X. de religioſis domib. c.* 21. *de cenſib.* ſi officium, beneficio annexum, mutatur, veluti, ſi ex *abbatia* fit *epiſcopatus*, vel ex *hoc* archiepiſcopatus c. 5. *Extr. Comm. de Praeb.*

(*b*) *c.* 12. *X. de conſtitutionibus c.* 1. *X. Ne ſede vacante aliquid innouetur.*

§. 471. Liberum cuique eſt, largitione bonorum *fundare* beneficium, *legesque* dicere *fundationis*, quibus iura et obligationes circa beneficia determinantur (*a*): eaque *fundatio* continet rationem iurium, laicis etiam circa beneficia competentium. Vt vero vel ad normam fundationis vel quocunque alio modo *erigatur beneficium*, requiritur *auctoritas eccleſiaſtica Superioris competentis* (*b*), eaque interponenda eſt, praeuia *cognitione*, tam de *officio ſacro*, quam de *dote congrua* (*c*), et *accedente conſenſu* eorum, quorum intereſt (*d*).

(*a*) *l.* 28. *C. de Epiſc. et Cler. Clem.* 2. §. 1. *de relig. domib. c.* 3. *X. de teſtament. c.* 41. *X. de teſtib.* CONC. TRID. *ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 5. *Grauamina Nat. Germ. de a.* 1523. *c.* 31. apud *Iac. Frid.* GEORGIVM 438. *Anacl.* REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 3. *tit.* 5. §. 4.

(*b*) *c.* 8. *X. de exceſſ. praelat. Clem.* 1. in *f. Vt lite pend. nihil innouet.* P. GIBERTI *corp. iur. Can. t. II. p.* 133. 134.

(*c*) *c.* 8. *X. de conſecr. eccl. c.* 3. *X. de eccl. aedif.*

(*d*) *c.* 36.

(d) *c. 36. X. de Praebend.* Barbosa in *Iur. eccl. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 21.

§. 472. Erectio beneficiorum ſubordinata eſt *iuri circa Sacra maieſtatico* imperantium (§. 22.) (*a*). Hinc 1) legibus ſecularibus ex ſalute reipublicae circumſcribi poteſt; 2) adſtricta eſt ad *conſenſum imperantium*, vt ſine eo *erigi* beneficia, *immutari* et *reſtitui* nequeant (*b*); 3) in Germania contra ſtatum *anni decretorii* exerceri nequit (*c*), neque 4) contra leges prouinciae fundamentales.

(a) *Petr. de* Marca *de Conc. Sacerd. et imp. lib.* 4. *c.* 13. *Marc. Ant. de* Dominis *de rep. eccl. c. V.* §. 136.
(b) *Select. Iur. Publ. Pert.* 31. *c.* 2. *Carol. Frid.* Moseri *Sammlung neueſter Deduct. und Staatsſchrift. tom. VII. p.* 26.
(c) *I. P. O. art. V.* §. 20. 23. 25. 26.

Tit. IV.

DE
PROVISIONE BENEFICIORVM IN GENERE.

ARGVMENTVM.

§. 473. *Prouiſio in ſenſu generali.* 474. *Plena, et non plena, quae fit per nominationem, et praeſentationem.* 475. 1) *Ius providendi ſecundum politiam eccleſiae competens.* 476. *Prouiſio per electionem et collationem.* 477. *Ordinaria et extraordinaria.* 478. 2) *Modus Prouiſionis canonicae.* 479. *Facienda eſt*

est idoneis. 480. 3) *Effectus prouisionis.* 481. *Ius Potestatis ecclesiasticae in Prouisionem ab aliis factam.* 482. *Ius seculare in eam.*

§. 473. PROVISIO in sensu *generali* est *quilibet modus aliquem canonice promouendi ad beneficium.* Ei inest *duplex* actus, tum *designatio* personae, ad beneficium promouendae, tum ipsa *officii* et *beneficii* concessio (*)

(*) *Io. Chph.* KOCH *primae lineae prouisionum beneficiorum ecclesiasticorum in genere;* inter *Opuscula iur. Can.* n. VI.

§. 474. Prouisio *plena* est, quae *vtrumque* actum, *minus plena*, quae *alterutrum* actum tantum continet. Talis est NOMINATIO, quae est *designatio personae*, virtute iuris proprii *alteri hoc fine facta, vt ei ab hoc beneficium conferatur* (*a*). Est haec vel coniuncta cum PRAESENTATIONE, *qua persona, ad beneficium designata, vi iuris proprii alteri proponitur ad perficienda ea, quae ad prouisionem beneficii pertinent:* vel non est coniuncta cum *Praesentatione.*

(*a*) *c.* 32. *C.* 16. *qu.* 7. *Petr.* GIBERT in *corp. iur. Can. tom. III. tit.* 1. *§.* 9. *H.* PIRHING in *iur. Can. lib.* 3. *tit.* 5. *Sect.* 2. *§.* 1. Conf. *c.* 16. *§.* 1. 2. *de praebendis in* 6.

§. 475. *Ius prouidendi* ab origine est ius *ecclesiae* collegiale (*a*), eique competit, quoad est ipsi seruatum. Sed *Superioris* frequenter esse coepit vi *potestatis ecclesiasticae*, cui beneficium *immediate* subest: eoque intuitu est pars *iuris dioecesani*,

ni, et in terris proteſtantium pars *iuris conſiſtorialis*, exceptis beneficiis, prouiſioni *principis Euangelici* immediate reſeruatis (*b*). *Idem ius prouidendi* et aliis obuenit vi *acquiſitionis a Superiore ſpeciali titulo factae*, veluti per conceſſionem, praeſcriptionem immemorialem, et fundationem beneficii (§. 471) (*c*).

(*a*) Ab *eccleſia* id olim exercitum eſt in electione antiſtitum *c.* 11. 20. 26. *D.* 63. *I. Laur.* MOSHEIM *de rebus Chriſtianorum ante Conſtant. M. p.* 79. *et* 576.

(*b*) *c.* 3. 6. 7. *X. de Inſtitutionibus c.* 4. *X. de ſuppl. praelator. neglig. in* 6. *Concil. Trid. ſeſſ.* 7. *c.* 13. *de reformat.* MOSHEIM *Kirchen-Recht der Proteſtanten p.* 348.

(*c*) *c.* 31. *X. de Electione, c.* 15. *X. de Conceſſ. praebendae. Caſp.* BARTHEL *de Concord. Nat. Germ. Sect.* 2. *tom. II. op. p.* 120.

§. 476. Oritur inde diſtinctio prouiſionis, quae fit I. per ELECTIONEM, quae eſt *prouiſio, facta ab ipſa eccleſia, cui quis praeficiendus eſt, per canonicam declarationem ſuffragiorum in perſonam promouendam*, et II. per COLLATIONEM, quae eſt *prouiſio, quae fit vi iuris prouidendi vel Superiori competentis vel ſpeciali titulo acquiſiti.* Ab vtraque beneficia vocantur *electiua* et *collatiua*.

§. 477. Diuiditur porro *prouiſio* in *Ordinariam*, quae fit vi iuris prouidendi ordinarii, ſeu *iuxta politiam eccleſiae* competentis, et in *extraordinariam*, quae fit vi iuris prouidendi, *alia ratione*,

tione, quam *per politiam ecclesiae* competentis, de qua vid. *Tit. XIII. et XIV.*

§. 478. Prouisio facienda est *canonice*, hoc est, secundum praecepta Canonum, eoque intuitu requiritur, vt 1) beneficium *vacet* (*a*), 2) eiusque prouisio intra *tempus*, canonibus definitum, 3) personis *idoneis* (§. 471.) 4) et *gratis* fiat (b).

(*a*) *c.* 2. 16. *X. de concess. praebendae c.* 4. *X. de donationib.*

(*b*) *c.* 16. *de Praebendis in* 6. *c.* 2. *de Institut. in* 6.

§. 479. Prouidendus *idoneus* dicitur, qui instructus est qualitatibus, ad certum beneficium requisitis: quarum *aliae* per canones determinantur (§. 436.) (*a*), *aliae* per ius ecclesiae particulare, veluti ratione nobilitatis, vel religionis (§. 439. 442.). Aduersus illas admittitur dispensatio (*b*), non aeque aduersus has, quae ad *ius proprium* certae ecclesiae vel regni pertinent.

(*a*) *c.* 2. *X. de instit. c.* 7. *et* 20. *X. de Elect. Concil. Trid. sess.* 23. *de ref. c.* 6. *Arn.* CORVINVS *de pers. et benef. eccl. P. II.* integro *lib.* 3. ESPEN. *I. E. P.* 2. *Sect.* 3. *tit.* 2. §. 2. *s.*

(*b*) ESPEN. *l. c.* §. 23. *s. t. I. p.* 672. *c.* 20. *X. de elect. c. vlt. X. de fil. presb. c.* 1. *in* 6. *eod. c.* 13. *X. qui fil. sint legit.*

§. 480. Prouisio *Canonica* sola I. est *licitus modus obtinendi* beneficium ecclesiasticum (*a*),

nec

nec illud ſibi iure *hereditario* aſſerere permiſſum eſt (*b*). II. Quae ſi plena eſt, ex ea oritur *ius in beneficium* (*c*); eaque tribuuntur, quae beneficio inſunt, videlicet ius *adminiſtrandi officium* et percipiendi *prouentus beneficii*, non vero ea, quae *Ordinis* ſunt, quae ab Ordinatione pendent (*d*) (§. 97. 107.)

(a) c. 1. de regulis iuris in 6. c. 8. X. de Officio iud. delegati c. 18. X. de praebendis in 6.

(b) c. 7. C. 8. qu. 1. c. 10. 11. X. de filiis presb. I. P. O. art. V. §. 17.

(c) c. 17. de Praebend. in 6. c. vlt. de conc. Praeb. in 6.

(d) c. 15. X. de Electione.

§. 481. Prouiſio *ſubordinata* eſt *regimini eccleſiaſtico* tum ratione *modi*, eam canonice peragendi, tum ratione eorum, quae ad *eam perficiendam* pertinent. Inde deſcendit *ius Superioris in prouiſionem beneficii ab alio factam*, quod comprehendit iura ſingula, eam *vel* examinandi, *vel* confirmandi, *vel* perficiendi (*a*).

(a) c. 3. X. de Inſtitutionib.

§. 482. *Ius ſeculare in Prouiſionem beneficiorum* eſt, quod Principi, *qua principi*, vi inſpectionis ſecularis et aduocatiae in eam compeit. Ex eo deſcendunt leges ſeculares circa prouiſionem. In Germania prouiſio regitur *legibus* et *obſeruantia imperii*, et quidem 1) inter Catholi-

cos

cos inter se *Concordatis Henrici V.* et *Calixti II. de a. 1122.* et *concordatis Nationis Germanicae de a. 1448.* et 2) inter vtriusque religionis consortes *Pace Religiosa et Westphalica.* Imperatoris est, vi *aduocatiae* tueri *leges imperii* circa beneficiorum prouisionem; eiusdemque est *cognitio*, si *aduersus leges imperii* quidquam in eorum prouisione suscipitur (*a*).

(*a*) *Selecta iuris publ. nouiss. tom. XXXII. p. 98. f.*

TIT. V.

DE

PROVISIONE MAIORVM BENEFICIORVM PER ELECTIONEM ET POSTVLATIONEM.

(Lib. I. Tit. 6. *de Electione et electi potestate* Tit. 5. *de Postulatione Praelatorum*).

ARGVMENTVM.

§. 483. *Electio et postulatio.* 484. *Ius eligendi est penes capitula.* 485. *Quomodo capitulo exerceatur.* 486. *Quis eligendus.* 487. *Tempus instituendae electionis.* 488. *Electio per quasi inspirationem, per compromissum et* 489. *per scrutinium.* 490. *Ius electi ex electione.* 491. *Eius Confirmatio secundum ius commune.* 492. *Secundum ius reseruatum papale.* 493. *Forma postulationis.* 494. *Ab admissione pendet.* 495. *Ius seculare circa electionem.* 496. *Electio pontificis.* 497. *Nominatio praelatorum extra Germaniam.*

§. 483.

§. 483. *Electionis*, generatim acceptae (§. 477.) duae species sunt, ELECTIO in significatu *speciali* sumta, quae est *canonica electio personae idoneae ad beneficium*, et POSTVLATIO, quae est *electio personae, impedimento Canonico laborantis, quod tamen potest vi obseruantiae tolli* (a). *Illa* per *ius commune*, *haec* vero ex *iure speciali* vim obtinet, et quidem vel per *dispensationem Superioris* vel vi *obseruantiae specialis*. Vnde *postulatio* ex regula coniuncta est cum *imploratione Superioris*, *de postulato per dispensationem ad beneficium promovendo.*

(a) *Extraordinaria electio vocatur* a *Fr.* FLORENTE in tr. *de Elect. tom. I. op. p.* 103. et *Ant. Dad.* ALTESERRA *ad Decretal. Innocentii III. p.* 33. [*Ge. Chph.* NELLER d *de sacrae electionis processu.* Trev. 1756. et in *Thes. iur. Eccl.* T. II. n. 17. p. 697. EIVSDEM *collectio methodica ss. Canonum de postulatione Praelatorum.* ib. eod. in *Thes.* eod. n. XVIII. p. 733.]

§. 484. *Ius eligendi* ad beneficia *maiora* est penes capitula ecclesiae *Cathedralis*, vel *Collegiatae*, vel *conuentualis*, cui praeficiendus est Praelatus.

I. Fuit olim electio episcoporum *negotium totius ecclesiae*, cleri et plebis; in eaque agnitum est *ius regium* in eandem consentiendi. *c.* 3. *D.* 77. *c.* 27. *D.* 63. *Fr.* FLORENS *l. c. p.* 152. *s.*

II. Successit in Germania *constitutio episcoporum et Praelatorum*, Imperatoribus iure *fundationis* acquisita, *inuestitura per annulum et baculum* appellata, quod traditis his symbolis *potestatis ecclesiasticae* perageretur. *Herm.* CON-

CONRING *de constitut. episc. Germ.* §. 20. *s. I. Laur.* MOSHEIM *inst. hist. eccl. sec. XI. P. II.* §. 14. 15. *p.* 408. *s.*

III. Tandem iure eligendi Sec. XII. per pactum *Henrici V. et Calixti II.* ecclesiis concesso, *electio* vel *postulatio* praelatorum non multo post delata est ad *capitula* maioris ecclesiae in qualibet praelatura ex vsu et obseruantia, legibus publicis confirmata. Conf. diploma OTTONIS IV. Imp. de a. 1209. *in Originib. Guelficis tom. III. p.* 310 et FRIDERICI II. de a. 1213. in *Oder.* RAYNALDI *Annalib. eccl. ad a.* 1213. *n.* 23. *tom. XIII. p.* 200. *Casp.* BARTHEL de *Concord. Nat. Germ. diss. gen. Sect.* 7. §. 9. *et Sect.* 9. §. 4. *tom. II. op. p.* 193. 200. Ius capituli confirmatur *Concord. Nat. Germ. de. a.* 1448. §. 2. et *Pace Westph. art V.* §. 16.

§. 485. Electio ergo est negotium totius capituli, capitulariter congregati (§. 445.), *ius* vero *suffragium in ea ferendi* est ius omnium et singulorum, qui *votum* et *sessionem* in capitulo habent, in eiusque exercitio sunt (*a*). Hi omnes et singuli, praesentes et absentes, ad electionem legitime conuocandi sunt (§. 446.) (*b*).

(*a*) *c.* 42. 47. 50. 55. X. *de Elect.* Vnde excluduntur ordine subdiaconatus nondum initiati (§. 457.). *Clem.* 2. *lib. I. tit.* 6. *Sect.* 3. §. 129. *p.* 210. nec non suspensi et excommunicati *c.* 39. X. *de Elect.*

(*b*) *c.* 13. *c.* 19. *c.* 28. 34. 36. 38. 42. §. 1. *X. eod. c.* 3. *et* 46. *eod. in* 6.

§. 486. Eligi ad beneficium non potest, nisi *idoneus*, nullo defectu Canonico laborans (§. 480.), qui *eligibilis* dicitur (*a*). Defectu Canonico laborans, *postulabilis* est; qui est postulandus, proprie vero *eligi* nequit, nisi ante electionem dispensatum sit super vitio canonico, quod fieri solet a Pontifice per *breue eligibilitatis* (*b*).

(*a*) *c.* 7.

(a) c. 7. §. 1. X. de Electione.

(b) I. Iac. MOSERS *Staats-Recht lib.* 3 c. 38. §. 91. *f. tom. XI. p.* 374. [Recentiſſimi exempli eſt breve Pii VI. quo Georgium Carolum, Epiſcopum Wirceburgenſem, tunc Canonicum Wirceburgenſem et Decanum Metropolitanae Moguntinae in *Epiſcopum Bambergenſem libere aut licite per capitulum eligi* declarat, *licet de illius gremio ipſiusque Eccleſiae Canonicus, ac iuxta illius ſtatuta, ſeu alias debite qualificatus non* eſſet, *nec ibidem vocem actiuam aut paſſiuam* haberet. Vid. *Hiſt. und rechtl. Bemerkung üb. das Wahlr. der Biſchöfe mit Rückſicht auf das Hochſtift Bamberg* &c. p. 138.]

§. 487. Electio 1) ex regula facienda eſt *vacante* beneficio (*a*): et quidem 2) intra *tres menſes* a tempore vacationis ſub *poena iuris eligendi, hac vice amittendi*; niſi capitulum iuſta cauſa impediatur (*b*), veluti *inhibitione Superioris*, vel *appellatione* aduerſus eam interpoſita.

(a) c. 36. *X. de Elect.* c. 2. *X. de conceſſ. praebendae.* [Secus eſt in Coadiutoriis (§. 512. 513)]

(b) c. 41. *X. de elect.* c. 4. *eod. in* 6. Praelato defuncto, tempus trium menſium computatur a die, quo *terrae* eſt mandatus. c. 36. *X. eod.*

§. 488. Forma peragendae electionis non alia licite adhibetur, quam *canonibus* approbata (*a*). Triplex eſt, I. per QVASI INSPIRATIONEM (*b*), quando vno velut ſpiritu ductu in vnum eligendum, nullo praecedente tractatu, conſentiunt; II. per COMPROMISSVM, quo eligentes, compromiſſo ex conſenſu *vnanimi* inito, ius eligendi certis perſonis committunt (*c*).

(a) *c. 42. X. de elect.* Electio per sortes reprobatur in *c. 3. X. de sortilegiis.*

(b) *c. 42. X. de electione.*

(c) *c. 8. 30. 32. 33. 52. X. eod. c. 37. eod. in 6.*

§. 489. III. PER SCRVTINIVM, quod est *modus solennis dandi et colligendi suffragia eligentium in peragenda electione* (*a*). Omnibus videlicet, 1) quibus ius suffragii competit, legitime vocatis, dieque praefixo capitulariter congregatis (§. 485.), 2) constituendi sunt *tres scrutatores* et 3) suffragia cunctorum, siue *viua voce* data, siue *in chartam* coniecta, *seorsim et sigillatim* sunt excipienda. Post peragitur 4) *Publicatio scrutinii*, quae fit praeuia *collatione Suffragiorum* (*b*), vtrum adsint *suffragia maiora* membrorum *praesentis capituli* (*c*). Quae si adsunt, insequitur 5) *decretum electionis*, nomine capituli ab vno scrutatorum publicandum (*d*).

(a) Forma scrutinii definitur in in *c. 42. X. de Electione.* Praecedere solent *praedeliberationes*, actusque electionis, praeuia *spiritus Sancti inuocatione*, *celebrari*, *c. 14. 18. eod.* et eligentes, vbi id fert obseruantia, iureiurando obstringi.

(b) *c. 55. 58. X. de Electione.*

(c) *c. 10. 42. 48. 50. 55. f. eod.* [Suffragia maiora quaenam sint dicenda luculenter docet *I. Chph.* KOCH de *votis duplo maioribus* §. 8.]

(d) *c. 48. 55. X. eod. c. 21. eod. in 6. Henr.* PIRHING in *iur. Can. lib. I. tit. 5 Sect. 4* §. 1. *tom. I. p. 223. An.* REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib. 1 tit. 6.* §. 5. 12. *tom. I. p. 285. 314.* [Si non emergunt vota maiora, actus scrutinii dicitur inutilis, c. 40. X. h. t. et toties repeti debet, donec vota maiora in vnum fernantur.]

§. 490.

§. 490. Publicata electione, capitulum *electi consensum* mox petere, eumque electus *intra mensem*, sub iactura iuris, dare tenetur (*a*): *poenitendi* et *variandi* potestate capitulo ademta (*b*). Ex *acceptata canonica electione* constituitur obligatio inter ecclesiam et inter electum (*c*), et huic acquiritur *ius in beneficium*.

(*a*) c. 6. 16. *de electione in* 6.

(*b*) c. 58. *X. eod.*

(*c*) Vocatur *quasi coniugale vinculum spiritualiter contractum in c.* 21. *X. eod.* Ius in re acquiri, agnoscit *Prosp.* FAGNANVS *ad Decret. ad c.* 4. *X. de offic. ordin. n.* 52. [Ante confirmationem electionis acceptatae *ius in re* adquiri electo recte vix dicitur. Sed qoniam confirmatio electionis quam *canonice* peractam esse apparet, denegari non potest, sed ex causa iustitiae debetur (§. 491.), illis quidem episcopis, *qui a Roma valde remoti, videlicet vltra Italiam constituti sunt*, iam per c. 44. X. h. t. ab Innocentio III. *dispensatiuae propter necessitates ecclesiarum et vtilitates in spiritualibus et temporalibus* interimistica administratio concessa est: quod et nunc in Germania obseruari solet.]

§. 491. Vt apparet, electionem *canonicam* esse, introducta est peractae *electionis* CONFIRMATIO, quae datur per *decretum superioris, quae electionem canonicam esse, praeuia cognitione et probatione, declarat.* Petenda est intra tres menses a *Superiore competente* (§. 481.) (*a*). Si electionem quoad formam et electi qualitates canonicam esse apparet, confirmatio ex *causa iustitiae* debetur (*b*).

(*a*) c. 7. §. 1. c. 9. 15. 17. 20. 32. 44. *X. de elect.* c. 5. c. 6. in f. *eod. in* 6.

(b) *c.* 3. 44. *X. eod. c.* 14. *X. de maiorit. et obed. c.* 20. 29. 55. *X. de Elect.*

§. 492. In Germania, occasione *reseruationum papalium* (§. 124.), reseruata est *Pontifici* confirmatio electionum (*a*), quae fiunt in *archiepiscopos* et in *episcopos praelatosque imperii immediatos:* reseruato simul arbitrio aduersus canonicam electionem aliter prouidendi ex causa rationabili et euidenti (*b*). Ante Confirmationem etiamsi in concordia facta sit electio, electo non permittitur administratio praelaturae (*c*), nisi vi *specialis obseruantiae* vel vi specialis *concessionis*, qua solet Imperator mox post peractam electionem Electo per *Commissarium* tribuere potestatem *temporalia administrandi* (*d*).

(a) *Concordata Nat. Germ. de a.* 1448. §. 3. *Casp.* BARTHEL *de Canonica Praelat. elect. tom. II. op.* p. 462.

(b) Inualuit inde, quod bullae confirmatoriae ex stilo antiquo soleant expediri in *forma collationis.* Vid. *Ferd. Val.* de GVDENVS *cod. dipl. tom. IV.* p. 125. 347. 463. ESPEN. *I. E. P. I. tit.* 14. *c.* 5. §. 11. [*Cum dilecti filii,* tenor est bullae confirmatoriae pro Edmundo a Brabeck Electo Hildesemensi a. 1688. *Capitulum et Canonici dictae Ecclesiae, ad quos iuxta Concordata dudum inter Sedem Apostolicam et inclyram Nationem Germanicam inita,* ELECTIO *personae idoneae* PER ROMANVM PONTIFICEM *pro tempore existentem, eidem Ecclesiae, dum pro tempore vacat, in Episcopum* PRAEFICIENDAE, *spectare et pertinere dinoscitur,* et deinde *Nos Electionem eandem iuxta decretum in praetacta Congregatione (Cardinalium, rebus Consistorialibus praeposita,) de venerabilium Fratrum nostrorum Consilio, Apostolica Autoritate confirmantes et approbantes,* EIDEM ECCLESIAE HILDESIMENSI DE PERSONA TVA *Nobis et eisdem Fratribus ob morum exigentiam meritorum*

rum accepta, de eorundem Fratrum Confilio, dicta Apoftolica Autoritate PROVIDEMVS, TE*que illi in* EPISCOPVM PRAEFICIMVS *et Paftorem, curam et Adminiftrationem dictae Ecclefiae Hildefimenfis* TIBI *in Spiritualibus et* TEMPORALIBVS PLENARIE COMMITTENDO &c. MOSER *Staatsr.* l 3. c. 41. §. 26. 27. T. XI. p. 513. f.

(c) *c.* 5. *de Elect. in* 6. *c.* 1. *Extrav. Comm. de Elect.* quo derogatum rurfus eft *c.* 44. *X. de Elect.* GONZALEZ TELLEZ *ad c.* 9. *X. de Elect.* MOSER *Staats-Recht tom. XII. lib.* 3. *c.* 41. §. 36. *c.* 47. §. 7. 10.

(d) *Concl. Iud. Imp. Aul. a. d.* 2. *Mart.* 1759. *et a. d.* 31. *Mart.* 1779. in caufa ecclefiae *Eichftadienfis et Salisburgenfis.*

§. 493. Quae ad formam electionis pertinent, eadem valent in POSTVLATIONE (§. 488. 489.), et pro *poftulato* habetur, in quem *maior* praefentis capituli pars confentit. Si tamen pars capituli *poftulet*, pars *eligat*; poftulatio non praeualet, nifi *duabus tertiis* fuffragiorum conftet (*a*): fin fecus, (h. e. fi fuffragia fecundum c. 40. cit. *ad faciendum duplo maiorem numerum minime fufficiunt*) *praeualet electio*, quae *vna tertia* conftat. (*).

(a) *c.* 40. *X. de Elect.* BARTHEL *l. c. p.* 532.

(b) *Io. Chrift.* KOCH de *votis duplo maioribus, ad* c. 40. *X. de elect.* Gieffae. 1776. 4. et in *Ant.* SCHMIDT *thef. iur. eccl.* T. VII. n. XI. p. 387. Quam ibi §. 19. mihi tribuit in numero fuffragiorum computando opinionem, a fententia mea aliena eft.

(*) Immo *quae vnam tertiam* SVPERAT. Cafus a. b. auctore informatus in eo fane cum illo *c.* 40. *X. h. t.* conuenit, quod *vniuerfi* capituli vota inter *duos* candidatos diuifa ponat, vnde fieri non poteft, quin, fi vota poftulantium *duplo maiora* non fint, feu *duas tertias* non faciant, (vt ipfe auctor cum confenfu paene omnium Canoniftarum et ex vera mente allegati capitis interpretatur) quin, inquam, pars minor eligentium *vltra* vnam tertiam votorum

 com-

complectatur; id quod in caussa Coloniensi a. 1688. Romanae curiae declaratione confirmatum est. Quodsi de casu cogitasset auctor, quo in *tres pluresue* candidatos vota cecidissent, non desunt quidem, qui hanc menti eius conformem sententiam profiteantur, et eligibilem victorem pronuncient, si tertia saltem votorum totius capituli parte gaudeat; sed refragantibus plerisque iuris canonici doctoribus, et merito, vt idem *Kochius* §. 19. ostendit.

§. 494. Vis postulationis secundum ius commune pendet ab ADMISSIONE Superioris (*a*), qua eam *per modum dispensationis ad preces postulantium* pro canonica declarat. Requirenda est 1) a *Superiore* eodem, penes quem est ius electionem *confirmandi* (§. 491. 492.): quamquam *vi obseruantiae* non nisi ex iusta caussa denegari possit (*b*): ante eam 2) nec postulatus *ius* habet in beneficium, nec capitulum re integra, et antequam Superiori praesentata sit, ab ea recedere impeditur (*c*). 3) Admissione ex caussa denegata, postulatio vim omnem amittit, saluo tamen iure capituli, alium eligendi vel postulandi (*d*).

(*a*) *c.* 4. 5. *X. de postulat.* PASSERINI *de electione cap.* 24. *qu.* 6.

(*b*) *c.* 3. *X. de postulatione.* PIRHING *l. c. lib.* 1. *tit.* 5. §. 3. REIFFENSTVEL *l. c. lib.* 1. *tit.* 5. §. 3. *n.* 73.

(*c*) *c.* 4. 5. *X. de postulat.*

(*d*) *c.* 2. 3. *X. eod.* Ob postulationem indigni, *postulantes* ius eligendi hac vice amittunt, et prouisio pertinet ad *innocentes de capitulo*, qui in eum non consenserunt *c.* 2. *X. eod.* Sed per *Concordata Nat. Germ.* §. 3. in casu *repulsae postulationis* Pontifici *reseruata* est prouisio *beneficii immediati*.

§. 495. Iura principis, *qua principis*, circa electionem et postulationem I) in genere descendunt ex *iure aduocatiae* et *inspectionis secularis: obseruantia* vero *pactisque publicis* speciatim definiuntur. Versantur 1) in *publica tuitione* iuris eligendi, 2) in iure *consentiendi* in electum (*a*), quod non potest non coniunctum esse cum iure, ex iusta causa *dissentiendi*, 3) in iure *confirmandi* electum ratione *temporalium* et *dignitatis secularis*, cum praelatura connexae (*c*). II) *Imperatori* in specie circa *praesulum Germaniae electionem* seruatum est ius *tuendi* liberam electionem, ablegandi *commissarios* ad electionem, electosque et confirmatos *inuestiendi* feudis imperii, praelaturae annexis (*d*) Ceterum ius electionem, quae iure suscipi potest, *inhibendi*, vel *exclusiuam* dandi, quippe semper contradictum, nec obseruantia nec legibus imp. defenditur.

(*a*) *c.* 25. *D.* 63. *c.* 1. 4 *X. de postulat. c.* 10. 14. 18. 20. 23. 28 32. 43. *X. de Electione. Franc.* FLORENS *tom. I. oper. p.* 104. 116. 151. *s*. *Petr. de* MARCA *de Conc. Sacerd. et imp. IV. c.* 9. *s.*

(*b*) FLORENS *l. c. p.* 127.

(*c*) Tale ius exercet domus Austriaca in terris hereditariis. vid. *I. Steph.* PÜTTERI *Handbuch von den besondern teutschen Staaten p.* 170. 203. [De Bauaria cf. *von* KREITMAYR *Anmerkung. üb. d. Cod. Maximil. Bauar. Ciuil.* T. V. c. 19. §. 19. p. 2046.]

(*d*) *Concordata Henrici V. cum Calixto II. d. a.* 1122. *I. Iac.* MOSER *Staatsrecht lib.* 3. *c.* 30. *tom. II. p.* 296. *s.* [EIVSD. *persönl. Staatsr.* I. 1. c. 30. p. 65. s.] *Io. Sigism* SCHELLER *de iure et reseruato Imperatoris mittendi commis-*

missarios ad actum electionis ecclesiasticorum S. R. I. principum et praelatorum. Altd. 1738. 4. [*Abr. Gottl.* WINCKLER *de Commissario Imp. in electione praesulum Germ. immediatorum.* Chemnit. 1744. 4. Nuper etiam quaesitum est an idem ius vicario nomine Imperatoris exerceri possit. Cf. *Von dem anmaßlichen Rechte eines Reichsverwesers. Reichsvicariats - Commissarien zu den Teutschen Bischofswahlen zu schikken.* 1790. 8. *Abhandlung über die Frage: ob ein Reichsvicarius Commissarien zu deutschen Bischofswahlen schicken und der Kaiser einem, während dem Zwischenreiche unter Reichsvicariats An- und Auffehen erwählten die Belehnung verzögern oder gar verweigern könne.* 1791. 8. De iure imperatoris in ipsis caussis electionem praeter laudatum Schellerum inprimis euoluere praestat: Scriptum Anonymi: *Erörterung des Entscheidungsrechts in zwiespaltigen Wahlen geistlicher Reichsfürsten.* 1766. 8. quod accurate examinavit et in plerisque momentis solide refutavit *Frant. Ant.* DÜRR in d. *de iudice controuersiarum in caussis electionum Episcoporum Germaniae, vom Entscheidungsrecht zwiespaltiger Wahlen geistlicher Reichsfürsten.* 1768. 4. et in *Thes. iur. eccl.* T. II. n. VIII. p. 354. s. Adde *I. I.* MOSERS *päbstliches Entscheidungsrecht in zwiespaltigen Wahlen geistlicher Reichsfürsten geprüft und vertheidigt;* in Ei. *Neuest. kl. Schriften* (1768.) n. 1. von SARTORI *Staatsr. der D. Cath. Stifter* B. I. Th. II. c. 12. inpr. §. 454. Ad caussam nouissimam pertinet *Historische und rechtliche Bemerkungen über das Wahlrecht der Bischöfe mit Rücksicht auf das Hochstift Bamberg bey Gelegenheit der letzten Wahl eines Fürst-Bischofs.* Erf. u. Leipz. 1796. 8.]

(*) MOSER *Staatsr.* T. III. p. 300. s. *Car. Guil.* WIPPERMANN *de fundamento et indole iuris exclusiuae, maxime eius, quo Caesar Augustus hodieque vti potest, quando capitula Germanica in eligendo praeside sunt occupata.* Rint. 1764. 4. *Ueber das Kaiserl. Empfehlungs - und Ausschliessungsrecht bey teutschen Bischofswahlen;* — Fortsetzung der Briefe zweener Domherrn. Erf. und Leipz. 1788. *I. R.* ROTH de eodem argumento. *Ein Programm zur Antwort auf die Briefe zweener Domherrn.* Mainz. 1790. 8.

§. 496. Electio PONTIFICIS ROMANI inde a sec. XII. delata est ad collegium *cardinalium:* ita

vt

vt in Pontificem promotus cenſeatur, in quem *duae partes praeſentium Cardinalium* conſenſerint (*a*); nulla deſiderata electionis confirmatione ob defectum ſuperioris. *Imperatori*, ex antiquo *iure Caeſareo circa papalem electionem*, ſeruatum adhuc eſt ius *excluſiuam dandi* ante electionem(*b*): idque et aliis *regibus* vi *obſeruantiae* competit. Solent id exercere per cardinales, *protectores Nationum*, et in ipſo conclaui aliquem electionis passiuae publice incapacem declarare.

(*a*) *c.* 6. *X. de elect. c.* 3. *eod. in* 6. Fata iuris eligendi Pontificem recenſet *Fr.* FLORENS *l. c. p.* 122. *Euer.* OTTO de *iure Imperat. circa Elect. Pontif. R. cap. I.* Ius cleri, Populi, et Imperatoris in eius electione adhuc agnitum a Nicolao II. a. 1059. *in c.* 1. *D.* 23. Primus Alexander II. a. 1179. id negotium ſolis *Cardinalibus* vindicauit, praeſcripta in *c.* 6. *X. de Elect.* quae confirmata et aucta eſt in *c.* 3. *eod. in* 6. in *Clem.* 2. *eod.* et in Bulla *Gregorii XV.* de a. 1621. in *Bullario M. tom. III, p.* 246. [Quae in electionis pontificiae proceſſu neceſſario requirantur, quaeque abeſſe abs periculo poſſint, breviter complexi ſumus in libello *de Electione Romani Pontificis, Roma non libera, iuxta conſtitutiones apoſtolicas valide peragenda.* Gott. 1798. 8.]

(*b*) *I. Casp.* BARTHEL *de Canonica Epiſc. conſtit. t.* 2. *op. p.* 449 vbi id ius ex *ratione Status* explicat. MOSER *Staatsrecht tom. III. p.* 558. *I. Ge.* ESTOR *de iure excluſiuae Caeſaris in electione pontificis.*

§. 497. Extra Germaniam rarior eſt vſus *electionis* in prouiſione beneficiorum maiorum. Seruata in his eſt, quae et olim ad ius regium pertinuit, prouiſio per NOMINATIONEM *Imperantium* (*a*), quae *idem ius* tribuit ac canonica electio.

Ad ſolennitatem eccleſiaſticam fere rediit, ad eam requiri Pontificis confirmationem.

(a) Vſum eius in Gallia, in Belgio, in Hiſpania docet ESPENIVS in *Iur. eccl. P. I. tit.* 13. *c.* 5. 6. et *tit.* 31. *cap.* 9. *p.* 91. *et* 329. *Ian. a* COSTA *ad Decretales p.* 94. *Fr. de* ROYE *inſtit. iur. Can. lib.* 1. *tit.* 11. *p.* 60.

TIT. VI.

DE

ELECTIONE ET POSTVLATIONE PRAELATORVM EVANGELICORVM.

ARGVMENTVM.

§. 498. In beneficiis imp. immediatis ſeruata eſt electio et poſtulatio. 499. Eius natura. 500. Ius ex ea in Praelaturam. 501. Ius aduocatiae et Caeſareum in electionem. 502. Electio ad beneficia mediata.

§. 498. Electio et poſtulatio non minus eſt modus perueniendi ad *beneficia imperii immediata inter Proteſtantes.* Seruata ſunt Capitulis Pace Weſtphalica iura elegendi et poſtulandi: et pro illis tuendis placuit *cautio*, vt electi et poſtulati ſpondeant, ſe eccleſiaſticos principatus, dignitates et beneficia maiora nequaquam *hereditario iure* poſſeſſuros, neque id acturos eſſe, vt hereditaria euadant (*b*). Ceterum, ſaluo iure eligendi, electio ad *certam Domum* adſtringi poteſt (*c*).

(a) *Inſt.*

(a) *Inst. Pac. Osn. art. V. §. 16.*

(b) *Inst. Pac. Osn. art. V. §. 17.*

(c) Eius rei exemplum est in *I. P. O. art. XIII. §. 6.* in alternatiua electione episcopi *Osnabrugensis* Euangelici ex Serenissima Domo Ducum Brunsuicensium et Luneburgensium instituenda. De pacto *Capituli Lubecensis* cum Domo *Holsatica Gottorpiensi* a. 1647. inito vid. *Franc. Dominic.* HAEBERLIN *de Friderici, Daniae principis hereditarii, postulatione in adiutorem episcopatus Lubecensis Sect. II. §. 15. s.* MOSERVS *l. c. tom. III. p. 314. et tom. XXI. p. 77. s.*

§. 499. *Electioni* locus est, si eligendus instructus est qualitatibus, per iura inter protestantes recepta definitis; *postulationi* vero, si huiusmodi qualitatis defectu laborat. Vtraque determinatur tum per statuta et *consuetudines cuiuslibet loci*, tum in subsidium per *ius Canonicum*, dummodo nihil paci religiosae et Westphalicae, A. C. et politiae ecclesiae aduersum contineant (*a*).

(a) *I. P. O. art. V. §. 16. I. Iac* MOSER *Staatsrecht lib. 3. c. 30. §. 24. s. tom. XI. p. 87.*

§. 500. Sola *electio* et *postulatio* in beneficiis imperii immediatis *plenam prouisionem* continet; nec ad eam desideratur *confirmatio* vel *admissio*, cum nec superior adsit in sacris. Ex electione itaque et *Postulatione acceptata*, tanquam ex *titulo*, iure ecclesiastico et lege publica probato, acquiritur *ius in praelaturam*, et simul *exercitium* iurium praelaturae in regimine ecclesiastico et seculari (*a*). Ita prouisi, 1) tantum titulo *Electorum* et *Postulatorum in episcopos et abbates* insigniun-

ſigniuntur absque Status et dignitatis praeiudicio (*b*), et 2) *absque omni exceptione*, quae forte poſſet a confirmationis et admiſſionis defectu repeti, ab Imperatore inueſtiendi ſunt (*c*).

(*a*) *I. P. O. art. V.* §. 22. Quidquid *confirmationum* nomine in bonis Statuum A. C. eccleſiaſticis immediatis a quocunque quandocunque aut quomodocunque praetendatur, id validitate carere debet vi *Inſtr. Pac. Osn. art. V.* §. 19. Conf. Moservs *l. c. lib.* 2. *c.* 39. *tom. III. p.* 552. *ſ.*

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 22.

(*c*) *I. P. O. art. V.* §. 21. Moser *l. c. lib.* 3. *c.* 131. *tom. XII. p.* 123.

§. 501. In electione praelatorum I. *Aduocatis eccleſiarum* ex antiquo *iure aduocatiae* pactis vel obſeruantia ſeruatum eſt ius *conſentiendi in electionem*, quod coniunctum eſt cum iure ex iuſta cauſa *diſſentiendi* (*a*): cuius conſequens eſt, vt vis electionis *a conſenſu Aduocati* ſuſpendatur. Deinde II. Imperatori non alia iura competunt in praelatorum *Euangelicorum* quam in *Catholicorum* electione (*b*) (§. 405.).

(*a*) Moser *l. c. tom. XI. p.* 79. et *tom. XII. p.* 303. 316. 318. *ſ.*

(*b*) arg. *Inſt. Pac. Osn. art. V.* §. 1.

§. 502. In beneficiis *mediatis* Electio non obtinet, niſi vi iuris particularis ex *ſtatuto* vel *obſeruantia*. Ius eam *confirmandi* vel poſtulationem *admittendi* eſt pars *regiminis eccleſiaſtici* vel *vicarii* vel *reſeruati*, prout beneficia *conſiſtorio*

vel

vel *Principi Euangelico* immediate ſubſunt (§. 172.) (*a*).

(*a*) B. Parens in *iur. eccl. L.* 1. *tit.* 5. §. 19. 20. *tit.* 6. §. 79. *Ord. Pol. Magdeburg. c.* 6. §. 3. 8. 18.

TIT. VII.

DE ADMINISTRATIONE ORDINARIA BENEFICII SEDE PLENA.

(Lib. III. Tit. 10. *De his quae fiunt a Praelato ſine capituli conſenſu*).

ARGVMENTVM.

§. 503. *Adminiſtratio beneficii.* 504. *Sede plena eſt ſolius praelati.* 505. *Quatenus adſtricta ſit ad conſenſum vel conſilium capituli.* 506. *Capitulatio quatenus ſit norma adminiſtrandi beneficii.*

§. 503. ADMINISTRATIO BENEFICII eſt *exercitium ſpiritualium et temporalium, quae beneficio cohaerent*: eaque conſiderari poteſt vel *ſede plena*, cum de beneficio facta eſt plena prouiſio, vel *ſede vacante*, de qua agendum eſt *tit. VIII.* Adminiſtratio heneficii vel *ordinaria* eſt, quae vi prouiſionis, vel *extraordinaria*, quae alia ratione quam vi prouiſionis competit (*a*).

(a) *c. 42. de electione in 6.* [Sede *impedita* ſcilicet, per *adminiſtratores* ſeu *Coadiutores temporarios* de quibus tit. IX. §. 512.]

§. 504. *Sede plena*, praelato competit *ordinaria* beneficii *adminiſtratio* in *ſpiritualibus* et *temporalibus* (*a*). In Germania ſub adminiſtratione *temporalium* continetur *regimen territoriale*, beneficio immediato annexum, quod ſolius praelati eſt tam *vi prouiſionis*, quam *vi inueſtiturae*.

(a) *c. 15. c. 17. c. 19. in f. X. de elect. c. 5. eod. in 6. c. 16. X. de off. iud. ord.*

§. 505. Adminiſtratio praelaturae iure communi non niſi in negotiis, *per canones determinatis*, adſtricta eſt ad *conſenſum Capituli:* cuiusmodi ſunt negotia, 1) quae *iura* et *obligationes* totius praelaturae concernunt, et quae 2) ad *immutandum* ſtatum eccleſiae faciunt, v. c. alienationes bonorum eccleſiaſticorum (*a*). In negotiis, ad capituli conſenſum expreſſe non relatis, *ſoli praelato* competit: niſi quod et in his, iuſta cauſa ſuadente, exquirere conveniat *conſilium capituli* (*b*), quod tamen non obligat (*c*). Ceterum in ſingulis praelaturis normam adminiſtrandi beneficii praeſtant iura *particularia*, quoad ſunt legitime conſtituta (*d*).

(a) *c. 1. 2. 3. 8. 9. 10. X. De his quae fiunt a Praelato ſine capituli conſenſu. c. 4. X. de fideiuſſ. c. 2. de Solutionib. c. 2. X. de Donationib.*

(b) *c. 4.*

(b) c. 4. X. de his quae fiunt a Prael. sine capit. Conf.

(c) c. 7. X. de arbitris.

(d) c. 6. X. de his quae fiunt a Prael. Io. Ad. de Ickstadt de Capitulorum iuribus sede vacante §. 24. tom. II. opusc. p. 31. Dav. Ge. Strvben Nebenstunden tom. I. obs. I. §. 23.

§. 506. Capitvlatio praelati est *norma administrandae praelaturae per conuentionem inter capitulum et nouiter electum determinata* (a). Cum vero capitulo potestas non competat *immutandi iura praelaturae*, legibus ecclesiasticis ac secularibus constituta: consequens est, 1) capitulationes ex *norma iurium ecclesiasticorum et secularium* ineundas, ideoque 2) *illicitas* et *nullas* esse, quibus iura, praelatis in regimine ecclesiastico et seculari competentia, vel tolluntur vel imminuntur (b).

(a) Abhiberi coepit *cautelae loco* inde a *sec. XII.* et primo quidem negotium fuit omnium Praelaturae Ordinum, deinceps vero *solius primarii Praelaturae capituli* Christ. Gottl. Bvder diss. *de capitulationibus episcoporum Germaniae.* (Ien. 1737.) §. 81. [*A. F. H.* Posse *Ueber Grundherrschaft und Wahlcapitulationen der deutschen Domcapitel* (ed. 2da.) Hanov. 1787. §. 24. f. *von* Sartori *Staatsr. der Domstift.* B. I. Th. II. c. 10. p. 159. f.]

(b) c. 27. X. *de iureiurando* c. 1. *eod. in* 6. Iuxta Bullam Innocentii XII. d. 22. Sept. 1695. in Fabri *Staats-Canzl. tom. II. p.* 13. capitulationes, *ante electionem* initae, pro nullis et irritis declarantur: *post eam* conditae, non prius obligant, quam a Pontifice quoad ecclesiastica sint comprobatae. Conf. Rescriptum Leopoldi d. 11. Sept. 1698. apud *Io. Ad. de* Ickstadt *de capitulorum iuribus sede vacante tom. II. opusc. p.* 493. Bvder *l. c.* §. 23. *Dav. Ge.* Strvben *Nebenstunden tom. I. p.* 43. *f. Tob. Iac.* Rein-

HARDT in *obſ. ad Chriſtianaei dec. Vol. I. obſ.* 14. [MOSER *Staatsr.* T. XI. c. 39. p 340. ſ. IDEM in *perſönl. Staatsr.* T. I. p. 89. ſ. *Pet.* GALLADE *de capitulatione epiſcopo Germaniae electo a ſuis electoribus propoſita et iureiurando confirmata.* Heidelb. 1758. et in SCHMIDT *Theſ. iur. eccl.* T. II. n. XIX. p. 766. *de* ICKSTADT *Vindiciae territorialis poteſtatis aduerſus capitulationum compactatorum et literarum reuerſalium abuſus.* Monach. et Ingolſt. 1759. POSSE l. c. §. 38. p. 96. ſ.]

TIT. VIII.

DE ADMINISTRATIONE BENEFICII SEDE VACANTE.

(Lib. III. Tit. 9. *Ne ſede vacante aliquid innouetur.*)

ARGVMENTVM.

§. 507. *Capituli ius in adminiſtratione beneficii vacantis.* 508. *Eius limites.* 509. *Quaenam ſub ea non comprehendantur.* 510. *Effectus huius adminiſtrationis.*

§. 507. *Sedes* in genere *vacare* dicitur, ſi *de praelatura, poſt finitam priorem prouiſionem, nondum facta eſt plena prouiſio.* SEDES VACANS *in ſpecie* ſic dicta eſt, *quae intra tres menſes omnimodo vacat* (§. 487.), et SEDES *vacans* IMPEDITA, *quae ex iuſta cauſa vacat vltra tres menſes ad diuturnius tempus.* Vt ſtatus praelaturae, quousque *legitimo defenſore* caret, ſaluus perſiſtat (*a*), nec in-

intermittantur ea, quae ſalua eius ſalute differri nequeunt: pendente vacantia, conſtituta eſt administratio eius *extraordinaria* (§. 503.) (*b*), quae iure nouiori pertinet ad *capitulum vacantis praelaturae* vi *commiſſionis ex lege delatae*, non vero ex efficto *dominio radicali ſeu fundamentali praelaturae* (*c*).

(*a*) *c. 3. X. ne ſede vacante aliquid innouetur.*

(*b*) Eccleſiae *vacanti* olim a Superiori proſpectum eſt per conſtitutos adminiſtratores, *interuentores, intercesſores, viſitatores. c.*16. 19. *D.* 61. *c.* 22. *C.* 7. *qu.* 1. *c. vlt. de ſuppl. neglig. Prael. in* 6. In Germania et Gallia ipſi *Imperantes* conſtituebant huiusmodi adminiſtratores, perinde ac ipſos epiſcopos. *Reditus vacantis praelaturae* ſibi vindicabant IVRE REGALIARVM, quod natales duxit tum ex iure *dominii directi* in *bona*, beneficio annexa, tum ex *iure advocatiae.* Primus OTTO IV. Imp. huic iuri renunciauit in gratiam *eccleſiae Magdeburgenſis* [*et eccleſiarum eius ſuffraganearum*] per dipl. de. a. 1198. et de a. 1209 in SCHATENII *Annal. Paderb.* P. I. p. 917. 956. et in *Originib. Guelficis tom. III. p.* 639. Eidem deinde in genere renunciavit FRIDERICVS II. Imp. per dipl. de a. 1216. in TÖLNERI Hiſt. Palat. Cod. Prob. p. 66. Tranſiit *ab hoc tempore* adminiſtratio vacantis praelaturae ad *Capitula.* B. Parens *de iure cuſtodiendi reditus vac. benef. tom. I. ex. ad Pand. p.* 951. *Io. Ad. de* ICKSTADT de *iuribus capituli ſede vac.* §. 41. tom. II. op. VII. Seruatum eſt hodienum ius regaliarum in Gallia, de quo vid. *Fr.* PINSSON *Traité des Regales ou des Droits du Roi ſur les Benefices Eccleſiaſtiques. Paris* 1688. *in II. vol.* [ib. 1740. 2 Voll. 4. Ex ingenti controuerſiarum circa hanc materiam ſuperiori ſaeculo in Gallia agitatarum farraginae prae caeteris notari meretur *Traité general de la Regale.* ſ. l. 1681. 4. Cf. FLEURY *inſt. iur. eccl.* ex verſ. I. D. *Gruberi* P. II. c. 18. §. 5. 7.]

(*c*) *c.* 11. *X. de maioritate et obedient. c.* 3. *de ſuppl. neglig. praelat. in* 6. *Inſtr. Pacis Osn. art. V.* §. 17. *Dav. Ge.* STRVBEN *Nebenſtunden tom. I. obſ.* 1. *Io. Ad. de* ICKSTADT *l. c.* §. 42. 45. *ſ.*

§. 508. Capitulo, *vicario et tutorio nomine*, competit adminiſtratio vacantis praelaturae in *ſpiritualibus* et *temporalibus*, quoad ea opus eſt ad ſtatum praelaturae *integrum* ſeruandum (*a*). Hinc exercere quidem poteſt tam ea, quae ſunt *iurisdictionis*, quam iura *territorialia*, beneficio annexa, eaque iura, quae in *negotiis imperii* iure *territorii* peraguntur (*b*). Sed in his omnibus nihil *innouare* (*c*), nec vice praelati fungi poteſt in *conferendis beneficiis*, quae ad ipſius ſolius collationem pertinent (*d*). *Sede impedita* tamen ea etiam ipſi permittuntur, quae ex ſalute eccleſiae differri non debent, veluti *collatio beneficiorum* et *transactio* ex ſalute eccleſiae ineunda (*e*).

(*a*) *c. 3. 4. de ſupplenda neglig. praelat. in 6. c. vn. de maioritate et obed. in 6. Nic. Rodriqu.* FERMOSINVS *de poteſtate Capit. ſede vac. qu. 1. Io. Mich.* ROTERMVNDT *de officio, iure, et poteſtate capituli ſede vacante* (Erford. 1726) *cap. II. Sect. 3.* Ad *vtriusque religionis* capitula pertinet diſpoſitio *Inſtr. Pac. Osn. art. V.* §. 17. vbi illis tribuitur *adminiſtratio et iurium epiſcopalium exercitium.*

(*b*) *Inſt. Pac. Osn. art. V.* §. 21. [Hinc *directorii in Comitiis Imperii* exercitium, ſede vacante, ſibi vindicat Capitulum Moguntinum; et *ius dirigendi collegium Principum* per certum Circulum, vbi id principatui cohaeret, ſede vacante, ad ſe pertinere, capitula contendunt. ICKSTADT §. 72. Vtrumque tamen non ſine controuerſia. Cf. *I. G.* NEVREVTER d. *de iure capituli Moguntini circa directionem in Comitiis ſede Moguntina vacante* (Mog. 1745. et in *Theſ. iur. eccl.* T. III. n. VII. p. 260.) §. 24. MOSER *neueſt. Staatshandb.* 1768. P. I. l. 1. c. 5. §. 2. *von* SARTORI l. c. B. II. Th. I. c. 27. §. 768. . . . HAMMER d. *de iure directorii in Circulo Franconico, Sede Bambergenſi vacante, Eccleſiae Imperialis Bamberg. Capitulo indubie competente* Bamb. 1746. . . . HOFFMANN d. *de Capitulo Salisburgenſi, ſede*

ſede vacante Collegium Principum dirigente. Tubing. 1772. 4. *Ant.* SCHMIDT in *animaduerſſ.* ad I. *Neureuteri diſſ. in Theſ. p. 288.* Ad ſuffragia autem in eligendo Imperatore ferenda, quippe ius mere perſonale, capitula non admittuntur. MOSER *Staatsr.* T. XII. c. 54. §. 7.]

(c) *c. 1. X. ne ſede vac. aliquid innouetur.*

(d) *c. 2. X. eod. c. vnic. eod. in 6.*

(e) *c. vn. h. t. in. 6.* vid. transactio Capituli Hildeſienſis de a. 1711. in *Io. Frid.* PFEFFINGERI *Hiſtorie des Braunſchw. Hauſes tom. III. p. 654.*

§. 509. Iura, *praelaturae* haud annexa, ſed praelatis ob peculiarem *ſtatum* et *praeeminentiam* perſonae competentia, a capitulo ſede vacante exerceri nequeunt: quorſum pertinent 1) quae *ordinis* ſunt (*a*), et 2) quae praelato vi *delegationis ſpecialis*, vel 3) vi *dignitatis eccleſiaſticae* aut *ſecularis* competunt (*b*).

(a) *c. 42. in f. de electione in 6.*

(b) *Petr.* LEVRENIVS *de vicario epiſcopi qu. 459.* PFEFFINGER in *Vitriario illuſtrato lib. IV. tit. 1. p. 357.* ICKSTADT *l. c. §. 71.*

§. 510. Cum poteſtas capituli ſede vacante *vicaria* tantum et *adminiſtratoria* ſit: per eam 1) non immutatur *ſtatus capituli*, quippe quod, tamquam *corpus mediatum*, in nexu perſiſtit *Landſaſſiatus* et *ſubiectionis* erga *epiſcopatum* et *Principatum*, cuius nomine haec omnia exercet (*a*); 2) *prouentus* vacantis praelaturae ſuos facere non poteſt, ſed in *eccleſiae vtilitatem* expendere, aut *futuro ſucceſſori* fideliter reſeruare tenetur (*b*):

3) intuitu administrationis *Superiori* subest (*c*): 4) *inualida* sunt, quae gesta sunt *vltra limites* competentis potestatis, eorumque inuitu capitulum successori praelato *rationibus* reddendis obnoxium est, adeo vt et capitulationes, quibus eiusmodi gestorum *ratihabitionem* et a reddendis rationibus *immunitatem* sibi stipulatur, vt obligandi destituantur (*d*).

(*a*) HERTIVS *de spec. S. R. I. rebuspubl.* §. 36. *de* ICKSTADT *l. c.* §. 66. *p.* 422.

(*b*) *c.* 40. *de elect. in* 6. *Clem.* 7. *eod.* CONC. TRID. *sess.* 24. *c.* 16.

(*c*) *c.* 4. *de suppl. neglig. praelat. in* 6.

(*d*) *c.* 40. 42. *de Electione in* 6. *c.* 27. *X. de iuramentis.* CONC. TRID. *sess.* 24. *de reform. c.* 16. *I. Ad. de* ICKSTADT *l. c.* §. 113. vbi et frequentes abusus administrationis capitularis perstringit. *Conclusum Iud. Imp. Aul. a. d.* 28. *Aug.* 1781. *in Causa episcopi Spirensis contra capitulum, in J. A. Reuss Teutschen Staats-Canzley P.* 7. *p.* 239. *sq.*

TIT. IX.

DE

COADIVTORIBVS PRAELATORVM.

(Lib. I. Tit. 8. *de supplenda praelatorum negligentia.* Lib. III. Tit. 6. *de clerico aegrotante et debilitato*).

ARGVMENTVM.

§ 511. *Administratio beneficii sede plena impedita.* *Coadiutor temporarius.* 512. *Coadiutor cum spe suc-*

ſuccedendi. 513. *Ius eum constitutio in beneficiis constituendi.* 514. *Eius Protestantium.*

§. 511. Sedes PLENA IMPEDITA eſt, *ſi interuenit ratio, ob quam praelatus beneficium, quo prouiſus eſt, adminiſtrare non poteſt*, idque vel *in totum*, vt ſuſpenſione, captiuitate, declaratione in bannum imperii, vel *ſecundum quid*, vt valetudine et aetate. Sede *plena impedita*, adminiſtratio praelaturae iure communi non pertinet *ad capitulum;* ſed reſeruatum eſt *Pontifici* ius proſpiciendi praelaturae in ſpiritualibus et temporalibus (*a*), vel conſtitutis *adminiſtratoribus praelaturae* (*b*), vel datis COADIVTORIBVS *ad adiutorum, impedito praelato in adminiſtrando beneficio praeſtandum.* Hi aſſumi quidem poſſunt a *Praelato* cum *conſenſu capituli*, vel ſi is demens ſit, a *ſolo capitulo*, ſed iure nouo non niſi *auctoritate Pontificis* (*c*).

(*a*) *c.* 3. *X. de ſupplenda negligentia praelat. in* 6.

(*b*) *c.* 42. *de Elect. in* 6. *Proſp.* FAGNANVS ad *Decretal.* tit. de *Conc. Praeb. c.* 5. *n.* 29. 30. Vid. HVNDIVS ad *Gewoldi metropol. Salisburg. tom. I. p.* 149. 185. et *Ferd. Val. de* GVDENVS in *Cod. Dipl. tom. IV. p.* 447. [MOSER *Staatsr.* T. XI. c. 43 p. 548. ſ. IDEM in *perſönl. Staatsr.* T. I. p. 185. ſ. *von* SARTORI I. l. B. I. Th. II. c. 9. p. 137. ſ.]

(*c*) *c.* 37. *X. de offic. et pot. iud. del. c. vn. de clerico aegrotante vel debilitato in* 6. vbi admiſſio coadiutoris in beneficiis maioribus ad *iura reſeruata* Pontificis refertur ſub titulo *cauſae maioris* (§. 124.). Conf. B. Parens *Iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 6. § 9. ſ.

§. 512. Sunt eiusmodi coadiutores ex natura impeditae adminiſtrationis, cuius ſubleuandae cauſae aſſumuntur, *temporarii* et *reuocabiles*, deſtituti iure *ſuccedendi* in *praelatura*, ſi vacauerit (*a*). Sed vſu deinceps inualuit, coadiutorem non modo conſtitui *perpetuum* cum *ſpe ſuccedendi*, verum eundem etiam *ſolius ſucceſſionis cauſa* dari etiam *non impedito* praelato; accedente *admiſſione* Pontificis (*b*). Eſt is COADIVTOR, ex ſtilo nouioris aeui, *deſignatus ſucceſſor in praelatura in euentum, ſi vacauerit*.

(*a*) *c.* 1. *c.* 17. *C.* 7. *qu.* 1 *c.* 3. 4. *C.* 8. *qu.* 1. *Ant. Dad.* ALTESERRA in binis diſſert. de *coadiutoribus epiſcoporum* inter *diſſert. iur. Can. lib.* 1. *c.* 6.

(*b*) CONC. TRID. *ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 7.

§. 513. Recepta in Germania eſt 1) conſtitutio *coadiutoris perpetui*, ſed attemperata ad *ius capituli* in eligendo praelato (*a*), ita videlicet 2) vt ſi *iuſta cauſa* coadiutorem conſtituendi interueniat, penes *capitulum liberum ius* ſit, eundem preuia *electione* deſignandi, et Pontifici praeſentandi, etiam non impetrato conſenſu viuentis praelati; 3) ſaluo *Pontificis* arbitrio in eodem vel *admittendo* vel *repudiando*. Eodem *reprobato*, ius alium dandi non deuoluitur ad Pontificem (*b*). Ex *admiſſa* vero electione, electus coadiutor non niſi *ius ſuccedendi* conſequitur in praelatura *poſthac vacante* (*c*).

(*a*) Con-

(a) *Concord. Nat. Germ.* § 3. *Capitulatio Caesarea Noviss. art. XIV.* §. 1. LEVRENIVS de *Vicario episcopali tract. II.* de *Coadiutoriis ap. IV. qu.* 356. *I. Iac.* MOSERI *Staats-Recht lib.* 3. *tit.* 50. §. 18. 24. *tom. XII. p.* 66-69. [IDEM in *persönl. Staatsr.* T. I. P. I. c. 5. p. 225. s.]

(b) *I. Christ. Wilh. de* STECK de *adiutoribus praesulum Germaniae* (Lips. 1755.) §. 10.)

(c) *I. Iac.* MOSER *l. c.* §. 32. *tom. XII. p.* 73.]

§. 514. In *Praelaturis imp. immediatis Protestantium* constitutio *Coadiutoris*, perinde ac ipsius praelati, est solius capituli (§. 498.), quippe quod ex *obseruantia imperii* tum de *causa* coadiutorem eligendi statuit, tum eum libera electione *pleno iure* constituit, nulla cuiuscunque desiderata confirmatione (§. 500.) (*a*). In *praelaturis mediatis* constitutio coadiutoris imitatur constitutionem ipsius praelati: eaque vel *nominatione* peragitur, vel preuia *electione*, a Superiore, penes quem est ius circa sacra, confirmata.

(a) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 16. vid. MOSER *l. c. tom. XI. p.* 192. *Iust. Christ.* DITMAR *de Coadiutoribus Ordinum equestrium ecclesiast. I. C. Wilh. de* STECK *l. c.* §. 16. *Fr. D.* HAEBERLIN *de Friderici Daniae Princip. postulatione in adiutorem episcopatus Lubecensis Sect. III.* B. Parens in *I. E. Lib. III. tit.* 6. §. 19.

TIT. X.

DE BENEFICIORUM MINORUM COLLATIONE ET INSTITVTIONE.

(Lib. III. Tit. 5. *de Praebendis.* Tit. 7. *de institutionibus.* Tit. 8. *de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis*).

ARGVMENTVM.

§. 515. *Ius conferendi ordinarium.* 516. *Collatio in specie sic dicta et institutio.* 517. *Facienda est de beneficio vacante.* 518. *Quibus et intra quod tempus facienda?* 519. *Ius ex ea competens.* 520. *Institutio auctorizabilis in beneficiis curatis et vocatio ad ministerium.* 521. *Huius ratio.* 522. *Institutio corporalis.* 523. *Ius et modus eam celebrandi.*

§. 515. Prouisio de *beneficiis minoribus* fit per *Collationem;* in qua ipsa concessio beneficii in certa ecclesia continetur (§. 473.) *Ius conferendi* iuxta politiam ecclesiae est penes eum, cuius *potestati ecclesiasticae* beneficia immediate subsunt, vel cui collatio *titulo speciali* est acquisita §. 475.) (*a*). *Laicis* secularibus illud acquiri non posse, iuris Canonici *nouioris* sententia est (*b*), inter Protestantes haud adoptata.

(*a*) c. 31. X. *de Electione.* c. 6. 15. c. *vlt.* X. *de Concess. praebendae. Arn.* CORVINVS *de benefic. lib.* 2. *tit.* 6. *Casp.* BARTHEL *de Concordat. Germ. Sect. II. tom. II. opusc.*

opusc. p. 221. [Collationis canonicatuum historiam, inde ab originibus vitae communis repetitam vsque ad ingruentes pontificum reseruationes egregie pertexuit *Mich. Godofr.* WERNHER in d. *Collator dignitatum maiorum in cathedralibus et principalium in collegiatis ecclesiis ex antiquitate erutus et documentis quibusdam nondum editis illustratus, ad verba Concord. N. G.* de ceteris dignitatibus *Sectio* I. Vit. et Lips. 1745. *Sectio* III. 1746.]

(b) Id cautum primum a Gregorio VII. *in c.* 12. *C.* 16. *qu.* 7. conf. *c.* 5. 8. *X. de iure patronat.* Olim collatio beneficii Laicis vi specialis tituli iure pleno competit, eaque hodienum per Gallias competit Regi *iure Regaliae.* ESPEN. *I. E. P. II. Sect.* 3. *tit.* 8. *c.* 9. *tom. I. p.* 788. THOMASSINVS *de noua et ant. eccl. discipl. P. II. tit.* 1. *c.* 55. *de laicorum collationibus.*

§. 516. Collatio vel LIBERA est, *quae adstricta non est ad alterius nominationem et praesentationem* (§. 474), vel NON LIBERA seu *necessaria, quae est ad hanc adstricta.* Illa in sensu speciali COLLATIO, haec INSTITVTIO *verbalis* dicitur. *Illa* ratione subiecti, cui facienda est, a *collatoris iudicio* pendet: *haec* coniuncta est cum *obligatione* illam tribuendi *canonice nominato et praesentato* (*a*), et iustitiae actum continet. *Illa* ad *iura reseruata regiminis* ecclesiastici pertinet (*b*): *haec* ad iura regiminis *vicarii* (§. 172.) iudiciis *vicariorum generalium* et *consistoriis protestantium* commendata; qua et defungi potest *capitulum* sede vacante (*c*).

(a) c. 32. C. 16. *qu.* 7.

(b) c. 3. *de Officio vicarii in* 6.

(c) c. 1. *de institutionibus in* 6.

§. 517. Quae ad *prouiſionem beneficii* in genere, eadem et ad *collationem* deſiderantur (§. 478.). Facienda ergo eſt I. de *beneficio vacante*. Promiſſio vacaturi, quae *expectatiuam* continet, ſiue *expreſſa* ſiue *tacita* ſit, reprobata eſt (*a*): niſi ſub alia *licita prouiſione* latitet. Hoc contigit in *receptione ſupernumerariorum canonicorum* §. 434.) (*b*), quibus competit ius in *beneficium proxime vacans* iuxta *ordinem receptionis* (*c*): modo ſenior inter illos intra conſtitutum *tempus vigilantiae* beneficium optauerit (*d*).

(*a*) *c.* 1. 2. *X. de Conceſſione praeb. et eccleſiae non vacantis. Tacita* expectatiua, quae nominatim non fit in caſum, *ſi beneficium vacauerit*, ex *ſententia promiſſionis* vero intelligi poteſt, olim permiſſa eſt: *c.* 14. *X. eod.* reprobata deinceps in *c.* 2. *eod. in* 6. [De *Expectantiarum* ſ. *Expectatiuarum eccleſiaſticarum* iure, iniquitate, vſu et abuſu de conſilio tractant *C. H.* HORN in d. *de Expectatiua eccleſiaſtica, von der Anwartſchaft auf ein geiſtliches Amt, oder von Subſtituten.* Viteb. 1712. rec. 1746. *I. H.* BOEHMER *I. E. P.* lib. 3. tit. 8. et *Aug.* LEYSER d. *de Expectatiuarum iniquitate.* Helmſt. 1723. retractata deinde inter eius *Meditatt.* in ff. T. IV.]

(*b*) *c.* 8. *X. eod. c.* 19. *X. de praebendis.*

(*c*) *c.* 9. 19. *X. de praebendis.*

(*d*) *c.* 11. *eod. in* 6. *c. vlt. de conſuetud. in* 6. [Hocce ius optandi, ad canonicos *in herbis*, ſeu *non capitulares* in capitulis clauſis, ſolum pertinens, diuerſum omnino ab *optione* ſ. iure optandi inter ipſos capitulares quorundam capitulorum conſuetudine introducto, quo quidem ſeniores tempore receptionis per gradus praebendam vacantem, modo non vacauerit in curia, vel reſeruata ſit, propria dimiſſa, intra certum tempus eligere poſſunt, quod ipſum *l. c. vlt. de conſuet. in* 6. reſpicit. Nihil huic commune cum optione canonicorum expectantium, niſi forte ſpatium intra quod praebendam lautiorem, propria relicta, optari

optari oportet. Sunt tamen capitula in quibus haec ſucceſſio *ipſo iure* contingit. Optionis quaedam ſpecies inter Cardinales primorum ordinum locum habet et inter Ordines militares etiam Commendatores gradatim ad commendas pigniores adſcendunt.]

§. 518. Facienda II. eſt *idoneis*, de quo vt conſtet, in beneficiis ſimplicibus *probatio qualitatum*, (§. 438.) et in curatis *ſcrutinium* perinde, vt in ordinatione (§. 93. 95. 101.), deſideratur. Collatio III. intra *ſex menſes*, a die cognitae in *loco vacationis beneficii* computandos, peragenda eſt: qui terminus *inſtitutioni* praefixus non eſt (*a*).

(*a*) *c.* 2. 5. *de Conceſſione praebendae. Clem. vn. eod.* Levrenivs *de foro beneficiario P. II. Sect.* 3. *c.* 3. *qu.* 778. 789.

§. 519. Collatio ab eo, cui fit, *acceptanda* eſt, qua acceptata, beneficiarius *ius in ipſo beneficio* conſequitur etiam ante impetratam eius poſſeſſionem. *Deficiente* eius acceptatione, prouiſo vel ante eam defuncto, vel collationem acceptare nolente, pergit durare prior *vacatio* et ius prioris collatoris (*a*).

(*a*) *c.* 17. *X. de praebend. in* 6. *c. vlt. de Conceſſ. praeb. in* 6. Levrenivs *l. c. qu.* 794.

§. 520. Collato beneficio, ſimul collatum eſſe cenſetur *officium*. Prouiſioni tamen de *beneficio curato* adhuc accedere debet *conceſſio curae animarum*, eidem annexae. Haec ad *ius epiſcopale* refertur ſub

nomi-

nomine *approbationis* vel *concessionis auctorizabilis* (*a*). Inter Protestantes appellatur *vocatio ad ministerium*, qua videlicet *functio ministerii demandatur prouiso* (*b*). Haec restituta est *ecclesiae, in qua ministerium obeundum est*, et pro principio seruatur, *ecclesiae esse ius vocandi ad ministerium.*

(*a*) *c.* 4. *X. de officio archidiaconi.*

(*b*) Articvli Smalcald. *tit. de potestate et iurisd. episcoporum. Ordinat. eccles. Sax.* tit. de examine in *Corpor. iur. eccl. Sax.* p. 207. *Ordinat. eccles. D. Iulii* in tom. I. *Corp. Const. Calemb. p.* 227. ibi: *dass also die Kirche ihre Vocation auch ordentlich haben und behalten möge.*

§. 521. *Ius vocandi* I) vel *immediate* ab ecclesia, vel *eius nomine* exercetur ab eo, cui illud *speciali titulo* acquisitum est; saluo tamen semper hoc casu *iure ecclesiae, consentiendi* in vocatum, vel ex iusta causa *dissentiendi* (*a*). II) Eius *legitime* exercendi causa, candidatus a Superintendente sistendus est ecclesiae ad *concionem exploratoriam* habendam (*b*). III) Vocatio *subordinata* est *inspectioni ecclesiasticae* consistorii, penes quod est ius eam *examinandi* et *confirmandi*, vocatumque auctoritate ecclesiastica instituendi.

(*a*) Carpzov. *iurispr. eccl. lib. I. def.* 27. 30. 31. 32. B. Parens *iur. paroch. Sect.* 3. *c.* 1. §. 7. 8. *Sal.* Deylingii *institut. prudentiae pastoralis P. II. c.* 1. §. 4. *f.* In terris Brunsuico-Luneburgicis *literae Vocationis* ab ipsa ecclesia dari solent. [In terris Hasso-Cassellanis hodie quidem *vocationes* hasce ignorari obseruat Ledderhose *Hess. Cass. Kirchenr.* § 303.]

(*b*) Carpzov. *l. c. def.* 33. 34. 35. 49. B. Parens *l. c.*

l. c. §. 18. 19. 46. *Casp.* ZIEGLERI *Superintendens cap.* 11. 12.

§. 522. Collationis ſequela eiusque veluti executio eſt INSTITVTIO CORPORALIS, *introductio vel inueſtitura eccleſiaſtica* dicta, quae eſt *actus ſolennis, quo beneficio prouiſus in eius poſſeſſionem auctoritate eccleſiaſtica immittitur.* Prouiſo poſſesſionem beneficii *proprio auſu* apprehendere non licet (*a*).

(*a*) c. 19. *X. de priuilegiis.*

§. 523. Ius eam *decernendi* aliisue *demandandi* eſt Ordinarii collatoris, veluti *epiſcopi* per dioeceſim, *conſiſtorii* inter Proteſtantes, aliorumque, quibus *plenum ius conferendi et inſtituendi* eſt acquiſitum (*a*). In eadem peragenda ſeruatur *modus ſolennis*, pro *qualitate beneficii* vſitatus (*b*).

(*a*) c. 3. *X. de inſtitutionibus* c. 19. *X. de priuil.* c. 7. §. 7. c. 9. *X. de off. archid.* B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 7. §. 22. *Casp.* ZIEGLERI *Superintendens cap.* 15. CARPZOV *l. c. lib. I. def.* 54. 55.

(*b*) Solennia inſtitutionis tradit. B. Parens *l. c.* §. 7. 29. ESPEN. *l. c. P. II. Sect.* 3. *tit.* 9. c. 1. [*Paul. Chriſt.* SCHROETER *de inueſtitura miniſtrorum eccleſiae, von der Einweiſung der Kirchendiener.* Viteb. 1713. rec. 1745.]

TIT.

Tit. XI.

DE IVRE PATRONATVS ET DE PRAESENTATIONE AD BENEFICIA A PATRONO FACTA.

(Lib. III. Tit. 38. *de iure patronatus*).

ARGVMENTVM.

§. 524. Ius patronatus. 525. Eius constitutio, 526. et acquisitio. 527. Est vel ecclesiasticum vel laicale. 528. Reale et personale. 529. Qualitas iurium quae ei insunt. 530. I. *Ius nominandi et praesentandi. 531. Collegio vel pluribus simul competens quomodo exerceatur? 532. Lite mota cui competat? 533. Natura et indoles nominationis et Praesentationis. 534. An coniuncta sit cum collatione et vocatione? 535. II. Iura aduocatiae. 536.* III. *Iura honorifica. 537.* IV. *Iura vtilia. 538. Quaenam iura ei non insint?*

§. 524. Ivs patronatvs est *complexus iurium, intuitu fundationis in prouisionem certi beneficii eiusque conseruationem competentium* (*a*). Ratione *maiorum* beneficiorum ius *aduocatiae*, et ratione *minorum* ius *patronatus*, in specie sic dictum, vocatur (*).

(*a*) Definitio conuenit cum his, quae tradit *Franc. de* Roye *de iure patronatus* (Andegav. 1667. 4.) *in proleg. cap. I. p.* 2. et *Fr.* Florens *de iure patronatus tom. II. Op. p.* 256. Iura singula fundatoribus tum auctoritate *iuris Ciuilis* tum *iure Can.* data sunt. *L. 15. de SS. ecclesiis L. 46. §. 3. C. de Episc. et clericis* NOV. *57. cap. 2.* NOV. *123. c. 18.*

(*) De

(*) De *iure patronatus* librorum et libellorum singularium innumera paene seges. Potiores habeto praeter laudatos ab auctore *Fr. de Roye* et Fr. *Florentem, Sigism.* FINCKELTHAVS *de iure patronatus.* Lips. 1619. 4. saepius excusum, *Matth.* STEPHANI *de iure patronatus ecclesiarum et academiarum.* Gryphisw. 1631. 4. *Casp.* HORNII *obseruationes circa ius patronatus.* Viteb. 1714. *Chr.* THOMASII d. *de praecipuis iuris patronatus ecclesiarum Protestantium capitibus.* Hal. 1715. *I. H.* BOEHMERI tr. *repraesentatio iuri patronatus genuina.* Halae 1720. *Franc de* FARGNA Commentarium *in singulos canones de iure patronatus, qui sparsim intra quam extra* C. *I.* C. *versantur.* T. I Montisfalisci. 1707. T. II. III. Romae 1718. 1719. f. *Io. Iac. Ios.* SÜNDERMAHLER d. *de iure patronatus.* Wirceb. 1749. *Ge. Ciph.* NELLER *d. Vindiciae veteris definitionis, qua patronatus describunt catholici.* Aug. Trev. 1748. 4. Addas licet *Franc. Mor.* PITONII opus de *controuersiis patronorum.* T. I. II. Venet. 1733. f.

§. 525. Fundamentum eius est *fundatio ecclesiae vel beneficii* cum *assensu superioris* facta, siue fiat per *assignationem fundi,* siue per *exstructionem,* siue per *dotationem* (*a*). Hoc intuitu ius patronatus acquiri potest vel *immediate* ex lege, si fundatio est sufficiens (*b*), vel *mediate* per concessionem superioris ex causa fundationis factam, nec non per *praescriptionem* vel titulatam vel immemorialem, quatenus aduersus ecclesiam acquiritur (*c*). Per *leges fundationis* vero ius patronatus *determinari,* ideoque et *augeri* et *minui* et *remitti* potest (§. 471.).

(*a*) *c. 25. X. h. t.* CONC. TRID. *sess. 25. de ref. c. 9.* ESPEN *P. 2. Sect. 3. tit. 8. c. 3. Fr. de* ROYE *l. c. cap. 13. 14. 15.*

(*b*) *c. 25. X. h. t.* ibi: *quod si quis ecclesiam cum assensu dioecesani construxit, ex eo ius patronatus acquirit.* [*Sufficiens*

ficiens quae dici poſſit, ex canonum mente et hiſtoria fundationum omnis aeui disquirit *Caſp.* Ziegler *de dote eccleſiae* c. VII. VIII.]

(c) *c. 1. de praeſcript. in* 6. *Fr. de* Roye *l. c. cap.* 16. *Sig.* Finckelthaus *de iure patronatus c.* 4. *n.* 102.

§. 526. Ius patronatus eſt *ius ſeculare*, quamquam ſpirituali annexum dicatur (*a*): eiusque ideo capax eſt quilibet *fundator*, ſine diſcrimine *ſtatus* et *ſexus*. Legitime acquiſitum, *in bonis* eſt, ideoque in alios titulo vel *vniuerſali* vel *ſingulari* transferri poteſt (*b*), modo non vendatur. Ius patronatus, *qua tale*, vendi, inconueniens eſt et ciuiliter nullum; quamis cum *fundo* vendi poſſit, cui eſt annexum (*c*).

(a) c. 3. *X. de iudiciis.* Carpzov. in *iurispr. eccleſ. lib.* 3. *def.* 2. *n.* 10.

(b) c. 21. 36. *C.* 16. *qu.* 7. *c.* 3. 14. *X. de iure patron.* B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 38. §. 109. 120.

(c) *c.* 16. *X. de iure patron. c.* 13. *eod.*

§. 527. Ius patronatus ratione *tituli*, quo competit, vel eſt ecclesiasticvm, *quod competit iure collati beneficii, cui ex annexum (a)*, vel laicale, *quod competit vi alius iuſti tituli, quam iure beneficii.* Vtriusque intuitu patronus vel *laicus* vel *eccleſiaſticus* appellatur.

(a) Originem duxit a fundatione ex *bonis eccleſiae*, nec non a frequenti eius ceſſione in eccleſiam *a laicis* facta, *c.* 3. *X. de eccleſiis aedific. c.* 8. *X. de iure patronat. c. vn. eod. in* 6. *Fr. de* Roye l. c. cap. 6. *I. Sam.* Brvnqvell *de diverſo patroni eccleſiaſtici et laici iure.* Ien. 1730.

§. 528.

§. 528. A *modo acquiſitionis* diſtinguitur in REALE, *quod competit intuitu bonorum, quibus annexum* eſt, ideoque in omnes eorumdem poſſeſſores tranſit (*a*), et in PERSONALE, quod *perſonae competit ſine reſpectu bonorum. Hoc* iterum eſt vel HEREDITARIVM, vel GENTILITIVM, prout vel *titulo hereditario* quibuscunque heredibus, vel ex pacto *primi acquirentis* his tantum defertur, *qui ſunt de eius familia* (*b*).

(*a*) *c.* 7. 13. *X. de iure patronat.* B. Parens *l. c.* §. 111. *ſ.*

(*b*) *Clem.* 2. *eod.* LEVRENIVS *de foro beneficiar. P. II. Sect. I. c.* 1. *qu.* 21.

§. 529. Iura ſingula, quae inſunt iuri patronatus, vel I) ex *iuris diſpoſitione* deſcendunt, vel II) ex *lege fundationis* alioue *ſpiciali titulo.* Illa ad eius *naturam* pertinent, haec ad eius *accidentalia:* illa *praeſumuntur* tamdiu, donec aliud conſtitutum eſſe appareat (*a*), haec ſpeciali *titulo* et *probatione* indigent. Ius patronatus PLENVM eſt, *cui inſunt iura, quae ad eius naturam pertinent,* et MINVS PLENVM, *in quo aliquid eorum ex ſpeciali ratione deeſt* (*b*).

(*a*) Conceſſo iure patronatus, quod in literis inueſtiturae nomine *des Pfarrlebens* venire ſolet, *iura ſingula*, quae ad *eius naturam* pertinent, data intelliguntur. WERNHER *obſ. for. P. II. obſ.* 466. *n.* 4.

(*b*) *Fr.* de ROYE *l. c. cap.* 20. *p.* 67.

§. 530. Ex *iuris diſpoſitione* ei ineſt I) IVS NOMINANDI ET PRAESENTANDI ad officia et *benefi-*

cia minora eaque *principalia* in *ecclesia fundata* (*a*). Non competere praesumitur 1) ad beneficia *maiora*, *electioni*, obnoxia (*b*), nec 2) ad officia *simplicia* in ecclesia parochiali v. c. *aedituorum*, *cantorum*, *ludimagistrorum*, olim ex more a *parocho* collata (*c*), nisi *vtroque casu speciali titulo* obvenerit ius *nominandi*, vel ius in prouisum *consentiendi*. E contra ius patronatus *minus plenum* est, si ab eo abest *ius nominandi* et *praesentandi* (*d*); eique tantum inest ius praesentandi *ab aliis nominatum*, vel ius *consentiendi* tantum in *nominatum praesentatumque ab aliis*.

(a) c. 25. *X. h. t. Fr. de* ROYE in *Comment. ad cit. c.* 25. *p.* 223. BRVNQVELL *de iure patron. honorifico primario, seu de iure praesentandi.* Ien 1733.

(b) c. 2. cit. *Herm.* CONRINGIVS *de Constitutione Episcoporum Germ.* §. 48. *Fr. de* ROYE l. c. p. 225.

(c) c. 30. *X. eod. c.* 3. *X. de vita et honestate clericor.* *Ef. Frid.* PVFENDORFIVS in *obs. iuris vniv. tom. I. obs.* 102.

(d) Speciales titulos et casus, quibus ius nominandi aliis acquiritur, recenset *I. Petr. de* LVDEWIG de *haeretico nominatore ad Parochiam c.* 3. *tom. II. Opusc.* p. 822. ESPEN. *l. c. P.* 2. *Sect.* 3. *tit.* 8. *c.* 5. *n. f. Fr. de* ROYE *l. c. c.* 20. *p.* 66.

§. 531. Si ius patronatus 1) *collegio* competit; ius nominandi est penes *totum collegium*, et nominatio fit secundum suffragia *maiora praesentis collegii*. Sin vero in patronatus 2) *pluribus*, vt *singulis*, coniunctim competit, ius nominandi est penes *compatronos* simul, suffragia maiora

iora vero inter eos *ratione candidatorum* numerantur: ita tamen vt omnium, vnius compatroni *heredum*, *vnum* ſit *ſuffragium* (*a*). In *paritate* ſuffragiorum cuiusque partis eſt *aequale ius nominandi et praeſentandi*; ſuperioris vero, cui praeſentatio fit, eſt ius *alterutrum ex nominatis* eligendi (*b*).

(*a*) Clem. 2. h. t. *Plures ab vno ex patronis eccleſiae relicti heredes vocem dumtaxat vnius habebunt in praeſentatione rectoris.* [*F.G.* ZOLLER d. *de iure patronatus indiuiduo.* Lipſ. 1770. 4. *A. L.* SCHOTT d. ſiſtens obſſ. *de iure patronatus eccleſiae pluribus competente, ſpeciatim de praeſentatione per turnum.* Tubing. 1778.]

(*b*) *c.* 3. *X. h. t. Clement.* 2. *h. t.* BRVNNEMANN in *iur. eccleſ. cap.* 8. §. 18. *Io. Tob.* REINHARDT *de eo quod iuſtum eſt circa diſſenſum patronum in praeſentatione parochi*, Erford. 1728. et in *Obſeruat. ad Chriſtinaei deciſiones Vol. I. obſ.* 40. *n.* 9. 13. *p.* 84. *vol. II. obſ.* 18. *p.* 25. *ſ. Fr. de* ROYE *l. c. c.* 19.

§. 532. *Lite* de iure patronatus mota, *bonae fidei poſſeſſor* ius nominandi et praeſentandi valide exercet; *prouiſione* praeſentati ſubſiſtente, etiamſi *alius* deinceps ius patronatus *euicerit* (*a*). Sin *poſſeſſio* illius ſimul *litigioſa* eſt, nec lis intra tempus, praeſentationi praeſcriptum, *finiri* poteſt: prouiſio beneficii eſt penes *Ordinarium*, ſaluo iure eius, qui ius patronatus euicerit; a quo prouiſus deinceps *repraeſentandus* eſt (*b*).

(*a*) *c.* 10. *X. h. t. c.* 18. *X. de ſentent. et re iud. c.* 2. *vt lite pend. nihil innouet. in* 6. *Fr. de* ROYE *l. c. ad c.* 19. *X. de iure patr. p.* 200. PVFENDORF *tom. IV. obſ.* 229.

(*b*) *c.* 12. 22. 27. *X. de iure patronat.* [*Poſſeſſio* aeſtimatur *ex vltimo actu praeſentationis* per quem in quaſi poſ-

 ſeſſio-

ſeſſionem iuris patronatus conſtituitur, qui bona fide credidit, ſe verum eſſe patronum. c. 19. alleg. et ibi Boehmer. Ad eundem effectum introductam eſſe *repraeſentationem* c. 12. idem cum Iano a Coſta cenſet.]

§. 533. Ad *nominationem et praeſentationem* eadem, quae ad *prouiſionem* in genere, deſiderantur (§. 478.). Praeſentandus eſt 1) *idoneus*, inſtructus *qualitatibus*, quas deſiderat *beneficii natura* (*a*), eique *religioni* addictus, quam *beneficii natura* exigit, cuiuscunque religionis patronus ipſe ſit: 2) *vnicum* praeſentare ſufficit, nec plures praeſentare patronus obligatur, niſi id velit fundationis vel obſeruantiae lex. Praeſentatio 3) facienda eſt ad beneficium *vacans* (*b*), 4) et intra tempus conſtitutum, quod eſt *quatuor* menſium in iure patronatus *laicali*, et *ſex* menſium in *eccleſiaſtico* (*c*); et 5) gratis. *Pretio redemta*, vitioſa eſt ac inualida; et *praeſentatus* commodo praeſentationis, et *patronus* iure ſaltem hac vice praeſentandi priuatur (*d*).

(*a*) *c. 7. X. de iure patron. c. 1. 16. de praebend. in 6.* Se ipſum patronus praeſentare nequit. vid. *Fr.* Florens *de iure patronat. tom. I. op. p. 279.*

(*b*) *c. vlt. X. de conceſſione praebendae.*

(*c*) *c. 3. 22. X. de iure patron. c. vn. eod. in 6.*

(*d*) *c. 11. 13. 15. 34. X. de Simonia.* Conf. *Conſtitutio electoralis Brunſu.* Georgii II. R. *de a. 1734. tom. I. Corp. conſt. Calemb. p. 826.*

§. 534. Nominationi et praeſentationi, quae fit I) vi iuris *patronatus laicalis*, iure communi

nec

nec *collatio beneficii* ineſt (§. 474.), nec *vocatio ad miniſterium* (*a*) (§. 521.), etiamſi alterutra patrono acquiri poſſit *ſpeciali titulo*, veluti ex lege fundationis vel vi obſeruantiae (*b*). Vnde *ante inſtitutionem* a Superiore decretam, patrono laico *variare* licet, aliumque adhuc intra fatale praeſentare, ſaluo iudicio *Superioris* alterutrum ex praeſentatis inſtituendi (*c*). Eſt tamen nominatio vel ideo efficax, quod *inſtitutio nominati* denegari nequeat, niſi *defectus* ſit vel in *praeſentato* vel in *modo praeſentandi* (*d*). Nominatio vero, II) vi iuris *patronatus eccleſiaſtici* facta, vim *collationis* habet, ideoque *variationi* locus non datur, ſimulac ea eſt acceptata, et Superiori ad *confirmandum* praeſentata (*e*).

(*a*) *c. 4. c. 10. c. 21. X. h. t.*

(*b*) *c. 31. X. h. t.* *Henr.* PIRHING in *iur. Can. lib. 5. tit. 38. n. 28. tom. III. p. 608.* CARPZOV. *iurispr. eccl. lib. I. def. 27.* B. Parens in *iur. Parochiali Sect. 3. c. 1. §. 13.*

(*c*) *c. 24. c. 29. X. h. t.*

(*d*) *c. 29. X. h. t. c. 32. C. 16. qu. 7.* BRVNQVELL de *div. patroni eccl. et laic. iure §. 12.*

(*e*) *c. 58. X. de Elect. c. 29. 31. X. de iur. patron.*

§. 535. Pertinet II) ad ius patronatus *advocatia* ſeu *protectio eccleſiae*, quae continet *complexum iurium et obligationum, defenſionem eccleſiae fundatae eiusque bonorum reſpicientium:* ſiue haec in iudicio ſiue extra iudicium exerceatur (*a*). Ad eam pertinet 1) ius exigendi, vt rationibus

de adminiſtratione bonorum eccleſiae reddendis patronus admoueatur (*b*), 2) ius conſentiendi in *alienationem* bonorum eccleſiae, vel in beneficii *diminutionem* (*c*), 3) obligatio ad ſumtus, ad *reparationem eccleſiae* in ſubſidium praeſtandos (§. 597.).

(*a*) *c.* 31. *C.* 16. *qu.* 7. Hinc et ius patronatus *aduocatiae*, et patronus *aduocati* nomine venit *c.* 6. 9. 23. 24. *X. de iure patronat.* De quo egi in *Obſeruat. Iur. Can. obſ. VI. de aduoc. eccleſ. cum iure patronatus nexu.* §. 5. 6. 7.

(*b*) CARPZOV *lib.* 2. *dec.* 316. B. Parens in *iur. Parochiali Sect.* 6. *c.* 3. §. 4. [LEYSER *meditt. ad* ff. T. II. ſp. 76. m. 12. 13.]

(*c*) LEVRENIVS de *foro beneficiario P. II. Sect. I. c.* 1. *qu.* 108. *p.* 53.

§. 536. Eidem III) inſunt *iura honorifica*, in memoriam fundationis et in patroni honorem conſtituta. Horum alia 1) ex *iuris Canonici* diſpoſitione deſcendunt, vt ius proceſſionis (*a*), alia 2) per *obſeruantiam generalem* ei tribuuntur, vt ius *precum publicarum*, honor *ſedis* in choro, *ſepulturae* in eccleſia *luctusque* eccleſiaſtici (*b*): quae et per obſeruantiam vxori patroni liberisque in eius poteſtate conſtitutis dantur, ſi ius patronatus eſt *laicale* (*c*).

(*a*) *c.* 30. *C.* 16. *qu.* 7. *c.* 25. *X. de iure patron. Ian. a* COSTA ad *Decretal. lib.* 2. *tit.* 10. *p.* 588.

(*b*) CARPZOV *l. c. lib.* 2. *def.* 259. 260. B. Parens in *iur. Eccl. lib.* 3. *tit.* 38. §. 128. *ſ. Fr. de* ROYE de *iure honorifico in eccl. lib. I. c.* 6. 7. 8. 9. 10. *et lib.* 2. *cap.* 3. FINCKELTHAVS *l. c. cap.* 6. *n.* 146. *ſ.*

(*c*) HORNIVS in *obſ. iur. eccl. circa ius patronat. c.* 1. *in f.*

inf. B. Parens *l. c.* §. 136. *f.* [PVFENDORF *Obff.* T. III. obf. 128. HOMMEL *rhapfod.* Th. I. qu. 468.]

§. 537. IV) *Ad vtilia* patronorum iura fecundum *ius commune* tantum pertinet ius, *alimenta* ex bonis ecclefiae in cafu inopiae exigendi (*a*). Alia non competunt nifi vi *fpecialis tituli*, veluti ex lege fundationis vel fpecialis obferuantiae, vt ius *annuum moderatum cenfum* ex bonis ecclefiae (*b*), vel *laudemium* in inueftitura bonorum exigendi (*c*).

(*a*) *c.* 30. *C.* 16. *qu.* 7. *c.* 25. *X. de iure patron.*

(*b*) *c.* 23. *X. eod.* ibi: *praeter antiquos moderatos ab epifcopis inftitutos reditus. I. Sam.* BRVNQVELL *de vtilibus patronorum iuribus parum vel plane non vtilibus.* Ien. 1734. §. 38. [Cf. EIVSD. progr. *de iuribus patronorum vtilibus fpuriis.* ib. eod. *E. M.* CHLADENIVS *de altaragio eiusque infeudatione.* Viteb. 1746. et in IENICHEN. *Thef. iur. feud.* T. I. p. 990. §. 15. 25.]

(*c*) Ne fub pallio *laudemii* tegi poffit turpis officiorum nundinatio; iure electorali Brunfuicenfi cautum eft, ne *laudemium*, quoad ex obferuantia debetur, *fummam IV. thaler.* excedat, nec *conuentio* in *maiorem fummam* valeat fub poena *iuris praefentandi* pro hac vice amittendi et *praefentationis* pro *irrita* declarandae. vid. Conftit. *Io. Friderici de a.* 1695. et *Reg. Georgii II. de a.* 1734. *in Corp. Conft. Calemb. tom. I. p.* 797. *et* 826.

§. 538. Cum ius patronatus alia iura non complectatur quam *intuitu fundationis ecclefiae* competentia: ad illud non pertinet 1) *iurisdictio ecclefiaftica* in beneficium fundatum eiusque poffesforem (*a*), nec 2) ius *deftituendi* vel remouendi praefentatos (*b*), nec 3) ius de *officio* et *benefi-*

cio vel *de bonis*, ei annexis, diſponendi vel paciſcendi (*c*), nec 4) ius literas *reuerſales* a praeſentato exigendi (*d*), nec 5) ius *reformandi exercitium religionis* in eccleſia vel in beneficio fundato (*e*).

(*a*) CARPZOV. *l. c. lib. I. def.* 20. REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 3. *tit.* 38. *§.* 5. *n.* 120. [Speciali titulo acquiſita reddit ius patronatus *qualificatum.*]

(*b*) *c.* 12. *de haereticis in f.*

(*c*) *c.* 6. *C.* 10. *qu.* 1. *c.* 30. *X. de Praebendis, c. vn. X. Vt eccleſ. benef. ſine diminut. conferantur. Ord. eccl. Sax. art. gen.* 30.

(*d*) BRVNNEMANN in *iur. eccl. cap.* 8. §. 26. ZIEGLER *de Superintendente c.* 14. §. 1. HORN in *obſ. eccl. ad ius patronat. c.* 2.

(*e*) *Inſtr. Pac. Osn. art. V. §.* 44.

TIT. XII.

DE PROVISIONE EXTRAORDINARIA PAPALI.

ARGVMENTVM.

§. 539. Prouiſio papalis. 540. Eius norma ex concordatis. 541. Sublata in beneficiis Euangelicorum. 542. Quatenus obtineat in capitulis mixtis.

§. 539. *Extraordinaria* prouiſio eſt I. PAPALIS (§. 477.), quam exercet Pontifex de beneficiis, ad aliorum collationem ex eccleſiae Romanae politia pertinentibus. Inualuit ſec. XII. (*a*), nul-

nullisque adſtricta regulis, arbitraria poteſtate vſurpata eſt 1) per MANDATA DE PROVIDENDO, ad ordinarium collatorem directa, de beneficio vacante vel vacaturo certae perſonae conferendo, 2) per EXPECTATIVAS (§. 517.), quarum vis ex ſolius *concedentis voluntate* et *gratia* aeſtimata eſt (*b*), 3) per RESERVATIONES beneficiorum, tum per *Decretales* tum in *regulis cancellariae* a ſingulis Pontificibus factas (*c*).

(*a*) Tenues origines habet a *precibus* et *commendationibus* Pontificum, in *mandata* et executionem conuerſis *c. 30. 37. 38. 40. X. de Reſcriptis. Io. Casp.* BARTHEL *de Concordatis Germaniae cap. 2. Sect. 3. tom. II. op. p. 225.* Cauſam praetexuerunt Pontifices, inauditam olim, liberam de *vniuerſis beneficiis diſponendi* facultatem, et *concurrens ius* eadem conferendi, et *praeueniendi* ordinarium collatorem. *c. 2. de Praebend. in 6. Lud.* THOMASSINVS *de vet. et noua eccl. diſc. P. II. lib. I. c. 43. Fr.* DVARENVS *d. S. eccleſiae miniſter. et benef. lib. 5. c. 8.* ESPEN. *I. E. P. II. Sect. III. tit. V. c. 6. tom. I. p. 717.*

(*b*) *c. 4. 7. de Conceſſione Praebendae in 6. c. 15. c. 38. de Praebend. in 6. Henr. Andr.* KOCH *de Expectatiuis et inueſtitura euent. II. p. 61.*

(*c*) Hiſtoriam reſeruationum et grauamina aduerſus eas mota recenſet *I. C.* BARTHEL *l. c. Sect. IV. V. VI. tom. II. p. 230. ſ. Anacl.* REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib. 3. tit. 5.* §. 13. 14. 15. 16.

§. 540. Prouiſionis Papalis normam in Germania conſtituunt *Concordata Nat. Germ.* (§. 54.), quibus quoad *beneficia maiora immediata imperii*, reſtitutum eſt ius eligendi ſalua confirmatione papali (§. 492.). Reſeruata vero ſunt Pontificis prouiſioni I) *beneficia omnia* apud *curiam Roma-*

nam quocunque modo vacantia (*), modo de his [quae per obitum vacant] prouideatur *intra menſem* (*a*); nec non beneficia *curialium:* II) beneficia *minora* ſecundum *alternatiuam menſium*, modo prouiſio papalis intra tres menſes a die notae vacationis *in loco beneficii* innoteſcat (*b*). Ex *interpretatione* vero *Concordatorum*, obſeruantia firmata, locus non eſt prouiſioni reſeruatae in beneficiis *parochialibus*, et *iuri patronatus laicali* obnoxiis; nec in his, quae vacant *ſede papali vacante* (*c*).

(*) Beneficia *apud curiam Romanam vacantia*, antiqua conſuetudine, vt ait, ſpecialius ſedi Romanae reſeruata c. 2. de praeb. in 6. ſanxit Clemens P. IV.: qua decretali primam eandemque vnicam reſeruationem generalem iuris ſcripti contineri notum eſt. Hanc reſpicit conſtitutio Gregorii X. c. 3. eod. in 6. vt poſt menſem a die, quo dignitates ſeu beneficia ipſa vacauerint, numerandum, ii, ad quos alias eorundem collatio ſpectat, ea conferre valeant. Quamquam vero in vtraque decretali non expreſſum ſit, quae beneficia hac enuntiatione continerentur, patet tamen non ſolum ex contextu, ſed etiam ex interpretatione Bonifacii VIII. c. 34. eod. in 6. denotari ea, quorum poſſeſſores in curia Romana diem ſupremum claudere contingeret. Addit enim Bonifacius VIII. in 6. allegato praedeceſſoris eius ſtatutum de beneficiis apud ſedem apoſtolicam vacantibus *locum habere etiam* in beneficiis, quae legati aut nuntii ſedis eiusdem, vel quiuis alii ad Romanam curiam venientes vel etiam recedentes ab ipſa, obtinere noſcantur, *ſi eos in locis vicinis ipſi curiae mori contingat, ac ſi* in loco, vbi eadem curia reſidet, diem obirent. Latius deinde huius appellationis notionem extendit Ioannes XXII. in c. 4. de Elect. Extrav. comm. ad eas vacationes, quae praeterea quomodocunque interueniente auctoritate ſedis apoſtolicae euenirent. Dehinc amplior haec notio in Benedicti XII. conſtitutionem extrauagantem *ad regimen* tranſiit, quae, in paucis modificata, tota Concordatis Vindobo-

dobonenſibus inſerta eſt; quamquam ex nexu ſingularum reſeruationum in laudata Extrauagante enumeratarum, per particulas *nec non* &c., ab eadem generali ſignificatione receſſum eſſe videri poſſit. Sunt autem inter reſeruata huius tituli ex Concordatis referenda: 1) *Beneficia quaecunque per obitum beneficiatorum in Curia locisue vicinis vacantia:* ad quae quidem ſola conſtitutio Gregorii X. de termino provisionis papalis intra vnum menſem, in fauorem eccleſiarum lata, pertinet. 2) *Beneficia quae per depoſitionem, priuationem, translationem, electionis caſſationem, repulſum poſtulationem vel admiſſam renuntiationem* auctoritate ſummi pontificis *vacauerint.* 3) *Beneficia quae promoti per papam, iure ipſius proprio, ad cathedralis eccleſiae vel monaſteriis regimen tempore promotionis obtinent*, ex incompatibilitate ſcilicet vacantia. 4) *Beneficia quae obtenta poſſeſſione pacifica alius cuiusvis beneficii a papa vel eius auctoritate immediate collati, tanquam incompatibilia vacauerint.* Quae ſingula accurate perpenſa et diſcuſſa habes a I. C. *Barthelio* I. ab auct. ſaepius laudato, nec non per plura peculiaria ſcripta academica *Io. Ge.* SCHLOER, Profeſſoris quondam Moguntini, ex quibus huc ſpectant: a) *Diſceptatio ad Concordata Germ. de reſeruatione beneficiorum et dignitatum apud ſedem Apoſtolicam ſ. in curia Romana per obitum naturalem vacantium, ad literam Concord.* et *text. c. 2. de praeb. in 6.* Mog. 1762. b) D. *de electione Archi- et Epiſcoporum in Germania ſ. d. reſeruatione Apoſtolica dignitatum Archi- et Epiſcopalium ex qualitate vacationis, ad text. Concord.* Electione caſſata, poſtulatione non admiſſa &c. ib. 1767. quae etiam ſub *Behlenii* nomine venire ſolet. c.) D. ad Conc. *de reſeruatione beneficiorum et dignitatum ex qualitate vacationis per reſignationem ad text. Conc.* per eos facta renuntiatio et admiſſa auth. n. &c. Frf. et Lipſ. 1777.) d) D. ad Conc. *de reſeruatione beneficiorum et dignitatum ex qualitate vacationis per promotionem vel translationem ad literam Conc.* nec non etiam per aſſecutionem pacificam &c. Heidelb. 1779. His adde praeprimis *Io. Phil.* GREGEL d. *de iuribus nationi Germanicae ex acceptatione decretorum Baſileenſium quaeſitis per Concordata Aſchaffenburgenſia modificatis aut ſtabilitis.* Mog. 1787. et quas ſtrictim animaduerſiones textui Concordatorum adiecit editor Sanctionis Pragm. Germ.

(*a*) *c.* 2. *c.* 3. *c.* 34. *de Praebendis in* 6. *c.* 13. *Extrav. Comm. de praebend. Concord. Nat. Germ.* ſ. 2.

(**) Re-

(**) Recensentur in Concordatis 1) *Beneficia Curialium quacunque de causa a Curia abeuntium decedentiumque intra spatium duarum diaetarum* (i. e. 8. milliarium Germ.) *nullo ibi constituto domicilio.* 2) *Beneficia quaecunque Cardinalium et officialium Curiae, in officio actualiter constitutorum, vt et verorum commensalium, si in curia, locisue vicinis decesserint:* ad quae pertinet *Io. Ge.* SCHLOER discept. de *reseruatione beneficiorum ex qualitate personae, obitu tamen contingente in curia.* Mogunt. 1765. 3) *Beneficia legatorum, collectorum, rectorum et thesaurariorum, vbicunque diem obierint supremum.*

(*b*) De his ita cautum est in Concord. N. G. §. 4. 5. *De ceteris vero Dignitatibus et beneficiis quibuscunque secularibus et regularibus, vacaturis vltra reseruationes praedictas,* (maioribus dignitatibus *post Pontificales in Cathedralibus, et* principalibus *in Collegiatis ecclesiis exceptis, de quibus* iure ordinario *prouideatur* per illos inferiores, *ad quos alias pertinet*), *placet etiam Nobis, quod per quamcunque reseruationem — — non impediemus Nos, quo minus de illis - cum vacabunt in Febr. Apr. Iun. Aug. Oct. Decembris mensibus, libere disponatur per illos, ad quos horum collatio, prouisio, praesentatio, electio, seu quaeuis alia dispositio pertinebit,* reseruatione aliaue quauis dispositione, *auctoritate nostra factis vel faciendis non obstantibus quisbuscunque. Quoties vero aliquo vacante beneficio in Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Sept. et Nov. mensibus, specialiter Dispositioni dictae sedis reseruatis,* non apparuerit intra tres menses a die notae Vacationis in loco beneficii, *quod alicui de illo Apost. auctoritate prouisum fuerit,* ex tunc et non antea *Ordinarius, vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit, de illo libere disponere poterit.* Conf. CRAMERI *obs. iur. tom. IV. obs. 1167. et 1227.* BARTHEL *l. c. Sect. 3. §. 8. p. 338. Io. Conr.* CORDIER *de Concordatis Germaniae. §. 42.* [*Analytica demonstratio cuiusdam Germani* (NELLERI) *ex litera et mente concordatorum Germaniae, praepposituras non esse sedi apostolicae reseruatas* s. l. 1757. 4. *Io. Ge.* SCHLOER *disceptatio ad Concordata Germaniae de praepposituris ac alternatiua exceptis et sanctae sedi apostolicae non reseruatis.* Mog. 1781. *Sanctio Pragm. Germ.* p. 208. 223. 240. et quae ibidem doctiss. editor de exemplari Vindob. Bullae Nicolai V. disputat. *Deductio in causa Praepposituræ de Hansinne* (*auct. de* ZWIERLEIN) inf. in *I. A.* REVSS *Deduct. und Urkund. Samml.* T. I. p. 72.]

(c) *c. 35. de Praebend. in 6. Capitulat. Caes. Nouiss. art. 14.* REIFFENSTVEL *l. c. l. 3. tit. 5. §. 9. n. 556.* BARTHEL *l. c. p. 333.* [*Ph.* HEDDERICH d. *de iure patronatus laico ad Collegium ecclesiasticum transeunte, reseruationum regulis haud obnoxio* Bonnae 1779. IDEM *de parochiis in Germania, praecipue in ducatibus Iuliae et Montium. Alternatiuae mensium Concordatorum non subiectis*, in differt. Er. iur. eccl. vol. I. n. X. p. 241. f. — Denique *alternatiua mensium* non in omnibus Germaniae dioecesibus recepta est: exulat e. g. in Bambergensi et Wirceburgensi. In aliis ius papale non per ipsum Pontificem, sed per Ordinarios exercetur, vi *indulti* a sede Romana *ad quinquennium* concredi soliti, quo veluti ex pacto gaudent Archiepiscopi Electores et Salisburgensis. Cf. *Extractus* epistolae *trium Eccl. Electorum* d. a. 1673. add. *Concord. N. G. integris illustr.* T. II. p. 97. *Bad-Emser Punct.* art. 15. *Nachrichten von Juvavia* p. 280. *Ph.* HEDDERICH d. *de eo quod circa menses papales in ecclesia Coloniensi praecipue in ducatib. Iuliae et Montium iustum est*; in Diff. Vol. I. n. IX. *Ph.* GREGEL progr. I. de *iure beneficia reseruata vi indulti conferendi.* Wirceb. 1790. 8. Quid! quod duces Bauariae idem ius per omnes territorii Bauariae dioeceses ex immemoriali consuetudine exercent, indulto Pontificio deinde et pactis cum Ordinariis istarum dioecesium firmatum. KREITMAYER in *Cod. Iud. Bav.* c. 1. §. 13. SCHENKL. *inst. iur. eccl.* P. II. §. 538.]

§. 541. In beneficiis Euangelicorum *lege publica* sublata est omnis prouisio papalis (*a*). Qua sublata, vel libera collatio restituta est *ordinario collatori*, vel ius extraordinariae collationis *ipsa obseruantia* obuenit *Principi Euangelico*. Nata inde est in capitulis Protestantium obseruantia, vt collatio *alternis mensibus* sit vel penes *principem* vel penes *capitulum* (*b*).

(*a*) *I. P. O. art. V. §. 19.*

(*b*) B. Parens in *iur. eccl. lib. 3. tit. 5. §. 120.*

§. 542.

§. 542. In *capitulis mixtis* intuitu beneficiorum, ad *Catholicos* pertinentium, prouisio papalis aestimatur secundum *normam anni decretorii*, vt quatenus eo tempore in vsu fuit, eatenus obtineat; modo immediate a curia Romana et legitimo tempore insinuetur (*a*).

(*a*) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 20.

TIT. XIII.

DE
PROVISIONE EXTRAORDINARIA PER PRIMAS PRECES.

ARGVMENTVM.

§. 543. *Ius primariarum precum.* 544. *Quatenus competat imperatori et nonnullis Imp. Statibus?* 545. *Non pendet ab indulto papali.* 546. *Nominationis per illud faciendae ratio.* 547. *Precum insinuatio. Ius precistae ex iis competens.* 548. *Cessio precum.*

§. 543. II. Extraordinaria prouisio est imperantium, quae fit per *primas preces.* IVS PRIMARIARVM PRECVM est *ius speciale imperantis, durante regimine nominandi aliquem ad vnicum beneficium, in capitulis singulis ditionis suae vacaturum, eiusque collationem Ordinario collatori praecipiendi.* Differt ergo tam 1) a iure patronatus imperiali, seu a *iure praesentandi ad beneficia* (*a*), quam 2) a *re-*

a *rescriptis* de alimentaria prouisione, alicui ex bonis ecclesiae porrigenda, quae *Panis-Briefe* vocantur (*b*).

(*a*) Hinc per *ius praesentandi ad beneficia*, Vicariis Imp. in *Aurea Bulla c. V.* §. 1. tributum, intelligi nequit ius primariarum precum. *Christ. Gottl.* BVDER *de S. R. I. Vicariorum iure praesentandi ad beneficia ecclesiastica.* *G. H.* AYRER *de iure primariarum precum* (Gott 1740.) c. *III.* §. 15.

(*b*) Horum exempla habet *Ad. Frid.* GLAFEY in collectione anecdotorum, n. 16. p. 34. n. 117. p. 194. Conf. *Io. Iac.* MOSER *Miscell. iurid. histor.* §. 4. *T. I. p.* 3. *Idem in der Abhandl. verschied. Rechts-Materien P. V. p.* 165. de CRAMER *obs. iur.* *tom. V. p.* 347. REVSS *teutsche Staats-Canzl. P.* 2. *p.* 100. *et p.* 228. *P. V. p.* 1. *sq.* [*Karl* BONELLI *Abh. von dem kaiserlichen Rechte, Panisbriefe zu ertheilen.* Wien 1784.]

§. 544. Commune huius iuris fundamentum est *antiqua obseruantia* (*a*), idoneus *iura* in ecclesia vel circa prouisionem *acquirendi titulus*: ex eaque I. acquisitum est *Imperatori* per capitula ecclesiarum Cathedralium, et collegiatarum in Germania (*b*). Seruatum id ipsi est *Pace Westphalica* in capitulis *Euangelicorum* et in *mixtis*, hoc saltem discrimine, vt in *immediatis* Imperatori saluum sit, quatenus in iisdem ante Pacem Westphalicam in *obseruantiam* est deductum (*c*), in *mediatis* vero, quatenus id *die* 1. *Ian.* 1624. *exercuit* (*d*), seu eo die vi anterioris eiusdem exercitii in eius actuali possessione vel quasi fuit. Ex eadem *obseruantia* II. non minus quam alio titu-

titulo speciali obuenit *nonnullis imperii statibus* secularibus et ecclesiasticis vtriusque religionis per capitula suorum territoriorum (*e*).

(*a*) Diuersas de eius fundamento sententias recenset *G. Henr.* AYRER *l. c. c. 1. §. 17.* Conf. *Reichs-Hofraths-Gutachten* aqud MOSERUM *l. c. p. 48.* [*Io. Godofr.* MÜLLER d. *super iure primar. precum eiusque exercitio.* Spec. I. (Lips. 1789.) P. I, c. I. §. 1. sqq. Conf. SCHMELZER infra laud. p. 69.]

(*b*) Ad *inueteratam obseruantiam* prouocat RVDOLPHVS Habsb. in formula primariarum precum de a. 1273. apud LVNIGIVM in *arch. imp. Part. gen. Cent. II. p. 184.* et filius eius Rex Rom. ALBERTUS in rescripto, ad Capitulum Aquisgranense ob neglectas primas preces a. 1306. dato, in *Val. Ferd. de* GVDENVS *Codice diplomat. tom. II. p. 989. Vltimis precum nostrarum affectibus moti, indignationis spiritu vestram inobedientiam et rebellionem duximus commouendam, quatenus nobis et Sacro Romano Imperio ius debitum, quod ex primariis precibus nostris nobis competere ex antiqua et approbata consuetudine dignoscitur obseruantes, honestum Virum Thilmannum de Landeschrone, Clericum devotum nostrum dilectum, pro quo vobis multiplicatis vicibus fudimus primarias preces nostras, saltem adhuc in vestrum recipientes Concanonicum et confratrem sibi provideatis de praebenda, si in vestra ecclesia vacat ad praesens, vel quam primum ad id obtulerit se facultas. Alioquin scire poteritis, quod contemtum librabimus pro contemtu, et nihilominus vias et modos excogitabimus, per quos hoc, quod petimus, ordinare vos contingat.* Preces eiusdem Regis *Alberti* de a. 1298. et alias sequentium Imperatorum exhibet *Steph. Alex.* WÜRDTWEIN in *Subsidiis diplomat. ad ius Eccl. tom. II. N. 2.* et seq. [et *Heinr. Chr. de* SENCKENBERG in Cod. Probat. ad. tr. infra laudatum]

(c) *Inst. Pac. Osn. art. V. §. 18.*

(*d*) *I. P. O. art. V. §. 26. A.* FABRI *Staats-Canzl. Part. 51. p. 156. s. G. Melch. de* LVDOLF *obs. Cameral. P. I. obs. 82.*

(*e*) Exempla recensent *I. Mich.* GRIBNER *de precibus primariis principum imp. Ce. Henr.* AYRER *l. c. cap. IV.* PFEFFINGER in *Vitriario illustr. tom. III. p. 97.* B. Parens in *iur. eccl. lib. III. tit. 5. §. 105.* MOSER *von der Landes-*

des-Hoheit im Geistlichen p. 282, [Add. *Io. Ge.* Reinhardi *meditt. de iure Principum Germaniae circa Sacra ante tempora reform.* c. 4. §. 11. *Origg. Guelf.* T. V. praef. p. 45. Oefele *SS. rer. Boicar.* T. 1.]

§. 545. Ius primariarum precum Imperatoris, per obseruantiam Imp. antiquam fundatum, non dependet ab *indulto papali*, etiamsi id Imperatores inde a Friderici III. aetate *cautelae gratia* requirere consueuerint ad tollenda dubia, quae occasione *reseruationum papalium* nec non *Concordatorum N. G.* eius *exercitium* premebant (*a*). Vnde id hodie Imperator *virtute iuris proprii* absque vlla alia concessione exercet (*b*).

(*a*) *Ad.* Cortreii *repraesentatio iur. primar. prec. sine praeuio Pontificis assensu competentis.* Magdeb. 1706 *Conr. Oligenii* (seu *Petr. Marcellini* Corradini tum ICti, postea Cardinalis et episcopi Tusculani) de *primariis precibus imperialibus*, (Frib. Brisgov. 1706) eique opposita dissertatio *Io. Mich.* Gribneri *de precib. prim. Imp. sine Pontificis indultu validis tom. IV. opusc.* p. 1. *Henr. Christ.* de Senckenberg tr. de *iure prim. precum Reg. Germ. imperatorumque indultu papali haud indigente.* Edit. a *Renat. Car.* de Senckenberg 1784.

(*b*) Conf. Literae Francisci *Imp. de a.* 1747. *ad Elect. Mogunt. in causa precum* et Clementis *PP. XIII. ad capitula Germ.* de admittendis precibus Iosephi Imp. II. de a. 1766. quas exhibet Würdtwein *l. c. N. LVII. et LVIII.* [*Ph.* Hedderich d. *de vero ac genuino statu hodierno primariar. precum Caesarearum* (int. Eivsd. *Dissertatt. iur. eccles. Germ. Vol. I. n. XIV.*) P. I. §. 1. f. et inpr. 7. 8.]

§. 546. Cum ius primariarum precum sit ius pendente regimine *nominandi ad vnicum beneficium* in singulis capitulis vacaturum: 1) primae

preces dirigi possunt in beneficium, *quodmodocunque* et *quandocunque* in certa ecclesia vacaturum (*); 2) nominatus ad *normam statutorum seu obseruantiae idoneus*, eique *religioni* addictus esse debet (*a*), quam desiderat natura *beneficii* iuxta *normam anni decretorii* (§. 479.): 3) ipsa nominatio *cum effectu* intelligitur, vt per eam *beneficii collatio* obtineatur; alioquin nominatio alii adhuc fieri potest (*b*).

(*) Non obstante quod collatio ad ius patronatus laici spectet. HEDDERICH l. c. P. II. §. VIII.]

(*a*) *I. P. O. art. V. §.* 18. *Io. Andr.* BRAND in diss. *de iure Caes. primar. prec. c.* 2. ed. Wirceb. 1749.

(*b*) *Anacl.* REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib. V. §.* 19. *n.* 578.

§. 547. Cum porro primae preces simul contineant *mandatum de prouidendo* ad *ordinarium collatorem* directum (*); 1) vim prius non habent, quam huic sint *insinuatae* (*a*): id quod a precista etiam ante vacationis casum fieri potest: 2) precistae vero ius est, beneficium in *quocunque mense vacans* eligendi, eiusque collationem exigendi, modo id optauerit *intra mensem* a die vacationis (*b*), intra quem, facta semel *precum insinuatione* (**), beneficium *alteri* valide conferri non potest; 3) ius optandi vero precistae saluum est, etiamsi vacationis casus *post obitum concedentis* emergat (*c*).

(*) Id

(*) Id quod ipſe Rudolphus I. collatoribus inculcare neceſſum habuit, vt ex formula in Cod. Probat. apud Senckenbergium n. 5. p. 12. apparet, vbi inquit: *Lices alias pro N. direxerimus primarias preces noſtras, ut ipſi ſecundum antiquam et approbatam conſuetudinem de eccleſiaſtico beneficio ad noſtram collationem ſpectante ſtuderetis liberaliter prouidere: Vos hujusmodi noſtris* mandatis et precibus *paruipenſis, non attendentes* quod eaedem regiae preces in ſe contineant ſpeciem mandatorum, *easdem vt nobis innotuit admittere noluiſtis. Quapropter* &c.

(*a*) c. 14. *de reſcript. in* 6. *c.* 5, *de Conceſſ. praeb. in* 6.

(*b*) in quod arg. *c.* 3, *de praebend. in* 6. in obſeruantiam deductum eſt.

(**) In manifeſto errore verſantur, qui primas preces, ceu *mera* reſcripta gratiae, vim ſuam ſtatim a tempore *datae* ſortiri *adeoque* ordinarii collatoris poteſtatem etiam ante factam inſinuationem reſtringere autumant. Fluctus in ſimpulo movet auctor diſſertationis, *Caſp. Andr.* Hartmann *de poteſtate collatoris ordinarii ante inſinuationem primariarum precum reſtricta.* Viennae 1782. oppoſitae diſſertationi *Io. Nepom.* Endres *inſinuationis primariarum precum caeſarearum neceſſitatem et effectum ſiſtentis.* Wirceb. 1778. ſolide et luculenter ſcriptae, quam repetiit editor *Theſ. iur. eccl.* T. VII. n. IX. p. 299. Illam inſertam habes *Theſ. nouo iur. Eccl.* ed. ab *Andrea Mayer* T. II. p. 251. Nempe quoad ius quaeſitum preciſtae vis precum caeſarearum vtique a tempore datae ſeſe exſerit, adeo vt nec morte concedentis illud extinguatur, quoad exercitium iuris autem, patet, illud locum habere non poſſe, antequam preces inſinuatae ſint, ſiquidem illae non ipſam collationem, ſed mandatum de conferendo ad ordinarium collatorem contineant.

(*c*) *c.* 5. *de Conceſſ. praeb. in* 6. *Io. Ehrenfr.* Mayer *de iure prim. prec.* §. 114. *Ge. Henr.* Ayrer *l. c. cap.* 6. §. 12. [Saluum quoque ius preciſtae, etiamſi obitus concedentis ante factam precum inſinuationem contigerit, ex eo, quod inter ius ipſum et exercitium iuris intereſt, intelligitur. Vnde recte inferunt, ius illud non perimi, etiamſi preces, morte contingente, expeditae non ſint, modo non penes ipſum preciſtam, quo minus expedirentur, ſteterit. Cf. de his et aliis huc ſpectantibus iuris quaeſtionibus lectiſſimum ſcriptum *F. A.* Schmelzer *über die Wirkung kai-*

ferlicher Erften Bitten nach dem Tode des Verleihers. Helmft. 1792.]

§. 548. Ius preces primarias alteri *cedendi* Preciftae non competit nifi ex *confenfu Concedentis* [*expreffo*]. Ceffione eius confenfu et auctoritate facta, ceffionarius *iure cedentis* fruitur (*a*).

(*a*) *Io. Tob.* REINHARTH de *poteftate preciftae precis imperatoris per ceffionem in alios transferendi.* Erford. 1730. § 18. *f.* [Ceffio hic intelligitur, dum preces effectum nondum confecutae fint; eaque fieri poteft vel vi conceffionis precibus ipfis infertae, vel tranfcriptione iuris, cui prior precifta renuntiauit, in alium: quae noua eft nominatio. Illa in precibus quidem imperialibus vix vnquam in vfu fuit. *Tranfcriptio* autem, vt nunc fieri folet, nec precum antea decretarum, nec ceffionis mentionem habet, fed eadem, qua priores pro cedente, formula, preces pro ceffionario expediuntur. Cf. FABER *Staatscanzley* T. 50. p. 276. 283. SCHMELZER. l. c. c. III. n. 5.]

TIT. XIV.

DE IVRE DEVOLVTIONIS.

(Lib. I. Tit. 8. *de fupplenda praelatorum negligentia*).

ARGVMENTVM.

§. 549. *Ius deuolutionis.* 550. *Eius fundamentum.* 551. *Quomodo exercendum?* 552. *Eius ratio inter Proteftantes.*

§. 549. Si *prouifio* in certo vacationis cafu *non canonice* exercetur, hoc eft, vel non *debito modo*

modo vel non *debito tempore* (*a*) (§. 481. 487. 518. 533.), ius, circa prouiſionem competens, *iſta vice tum* ex legis diſpoſitione amittitur (*b*), *tum* ad alium ipſo iure deuoluitur. Ius inde deſcendens eſt IVS DEVOLVTIONIS, ſeu *ius, quod competit vi iuris prouidendi, in ſe deuoluti in certo vacationis caſu.*

(*a*) *c. 2. X. de conceſſione praebendae c. 41. X. de Electione c. 7. vlt. X. eod. c. 18. eod. in 6. Inſt. Pac. Osn. art. V. §. 26.*

(*b*) *c. 2. 5. X. de ſupplenda negligentia praelator, c. 4. 18. de Electione in 6. Clem. vn. de Conceſſione praebend.*

§. 550. Introductum eſt ad tuendam *canonicam* prouiſionem: competitque vel *per ius commune* vel *vi iuris ſpecialis.* Secundum *ius commune* innititur *iurisdictioni et inſpectioni eccleſiaſticae in prouiſionem beneficiorum* (§. 486.), pertinetque ad ſuperiorem, cui beneficium ſaltem ratione *confirmationis* vel *inſtitutionis*, vel cuius iurisdictioni *collator ordinarius* ſubeſt (*a*). Ex *iure ſpeciali* prouiſio *ad alium* deuoluitur, quam ad Superiorem, veluti 1) ad ordinarium collatorem in *prouiſione extraordinaria*, a Pontifice debito tempore non facta (§. 540.) (*), et 2) *ad capitulum* in collatione praebendae, ad *ſolum epiſcopum* cum *conſilio* capituli ſpectante (*b*), *ob ius* capituli *in ipſa collatione concurrens.*

 (*a*) c. 41.

(*a*) *c.* 41. *X. de electione. c.* 18. *eod. in* 6. *c.* 2. *et* 15. *X. de Conceff. praeb. c.* 12. *X. de iure patron.* CONCORDATA NAT. GER. *art. III. Petr.* LEVRENIVS *de foro eccleſ. lib. I. tit.* 9. *c.* 11. *qu.* 459. *p.* 243. GONZALEZ TELLEZ *ad Decretales tom. I. p.* 432. *Fr. de* ROYE *de iure patronat. in proleg. c.* 28. [Ex Concordatis Vindobonenſibus in eccleſiis Cathedralibus Germaniae, etiam ſedi Romanae immediate non ſubiectis prouiſio ex iure deuoluto, ad ſolum Pontificem, ſaluo tamen iure imperatoris et accedente eius conſenſu, ſpectat. *Ph.* HEDDERICH d. ad Conc. *Germ. de iure deuoluto ſi capitulum eccleſiae cathedralis Germaniae mediarum non eligat intra trimeſtre* inter *Diſſert. iur. eccl.* Vol. I. n. III. ubi ea quae ab auct. anonymo in *Obſeruatt. hiſt. iurid.* in C. N. G. (rec. in *Conc. N. G. integris var. additamentis illuſtr.* T. II.) obſ. 28. in contrarium prolata ſunt, diſcutiuntur.]

(*) Cum in hoc caſu ordinario collatori reſtituitur, quod iure communi ei debebatur, per reſeruationes autem in Concordatis agnitas ipſi detractum fuit, rectius forſitan cum Barthelio ius et exercitium *conſolidari* dixeris. Vid. BARTHEL. *ad Concord.* c. II. §. 13.

(*b*) *c.* 2. *c.* 15. *X. de conceſſ. praebendae.*

§. 551. Vi iuris deuolutionis *ius prouidendi* non niſi in iſto *vacationis caſu* defertur, in quo ius prouidendi amiſſum eſt (*a*), ſaluo ceteroquin in reliquis caſibus prouidendi iure (*b*). Hinc prouiſio ex iure deuoluto eisdem legibus obſtringitur, quae ſcriptae ſunt *primae* ſed *neglectae proviſioni; eiusdemque qualitatis perſonis* facienda eſt, quas deſiderat natura benificii (*c*).

(*a*) *c.* 41. *X. de electione. c.* 2. *c.* 4 *et* 5. *X. de ſuppl. negl. prael.*

(*b*) *c.* 2. *c.* 5. *X. de ſuppl. negl. praelat.*

(*c*) *Clem. vn. de Supplenda neglig. prael.* LEVRENIVS *l. c. qu.* 743. *p.* 330. I. P. W. art. V. §. 26. *Et ſi electiones debito tempore modoue non fiant, praebendarum vocantium*

tium distributio et collatio in eiusdem religionis personas, cuius decedens fuit, ex iure deuoluto a eosdem pertineat.

§. 552. Ex iisdem principiis *in ecclesia Euangelica* aestimatur ius deuolutionis: praeterquam quod in praelaturis Imp. *immediatis* Euangelicis, deficiente Superiore, prorsus exulet (§. 500.) (*a*). In beneficiis *mediatis* ad eum spectat, cuius *iurisdictioni* et *inspectioni ecclesiasticae* beneficium ratione *prouisionis* subest (§. 502. 534.): ideoque 1) ad *consistorium*, quoad penes illud est beneficiorum *confirmatio* et *institutio*, et 2) ad ipsum *principem* ratione praebendarum, quarum collatio a *capitula* neglecta est (*b*). Cum sua natura sit ius potestates et iurisdictionis ecclesiasticae: principi, *qua tali*, non competit; ideoque nec principi *diuersae religionis*, nisi quatenus is iurisdictionem ecclesiasticam vi anni decretorii habet (*c*).

(*a*) *I. Iac.* MOSERS *Staats-Recht tom III. p.* 325. *God. Dan.* HOFFMANN in diss. de *iure deuolutionis maxime in capitulis Euangelicorum immediatis Sect. III.* [Conf. FABER *Staatscanzley* T. XIII. p. 559.

(*b*) CARPZOV. *Iurispr. eccl. lib. I. tit.* 15. B. Parens in I. E. *lib. I. tit.* 10. §. 8. *Corp. Const. Calemb. tom. I. p.* 799. 826

(*c*) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 26. 48. Sic in Episcopatu Osnabrugensi ius deuolutionis in beneficiis *Catholicorum* ad eorum Superiores, in beneficiis Parochialibus *Euangelicorum* ad *Consistorium Augustanae confessionis* spectat, cui haec subsunt ratione confirmationis et institutionis. *Capitul. Perp. Osnab. art. V.* §. 5. et *art. XIV.* Ius speciale obtinet *in episc. Hildes. vi Rec. de a.* 1643. §. 3.

TIT. XV.

DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS BENEFICIATORVM.

(Lib. III. Tit. 4. *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda.* Tit. 25. *de peculio clericorum*).

ARGVMENTVM.

§. 553. Obligatio ad residentiam, quae est perpetua et temporaria, 554. vera vel ficta. 555. Ab ea pendet prohibitio pluralilatis beneficiorum. 556. Ius in beneficio competens. 557. Fructus beneficii annui et distributiones quotidianae. 558. Ius in fructus beneficii et Acquestum ecclesiasticum. 559. Ius testandi de eo negatum, 560. vsu introductum. 561. Annus deseruitus et gratiae. 562. Ius beneficiati de patrimonio testandi.

§. 553. Ex plena prouisione beneficii descendunt tum *obligationes* tum *iura* beneficiati. I. Oritur ex ea *obligatio* 1) ad *officium*, huic annexum, praestandum, sub imagine *vinculi matrimonialis* in episcopatibus repraesentata (*a*), eoque nomine 2) ad *residentiam in loco beneficii obeundam* (*). Est haec vel *perpetua*, quam generatim requirit ius antiquum (*b*), vel *temporaria*; siquidem admissis beneficiatorum *Vicariis*, residentia admodum relaxari, et ad *certum anni tempus* restrin-

restringi coepit tum *concilio Tridentino* (*c*), tum *statutis capitulorum*, tum denique *obseruantia* et *consuetudine* (*d*). Per *statutum tempus* non residens, poenis canonicis obnoxius est (*e*).

(a) *c. 21. X. de elect. c. 4. X. de transl. episc.*
(*) STEFFANUCCI d. *de clericorum residentia in tit. 4. l. 3. X.* Romae 1750. defensa a I. H. *Com. a Franckenberg* (postea S. R. E. Cardinali et Archiep. Mechliniensi) in *A. Mayer Thes. nouo iur. eccl.* T. III. p. 455.
(*b*) *c. 13. 14. 28. X. de Praebend. c. vn. de Cleric. non resid. in 6.* [THOMASSIN. *de vet. et n. eccl. discipl.* P. II. l. 3. c. 30. van ESPEN P. I. tit. 7. BÖHMER *I. E. P.* lib. III. t. 4 §. 18. *Ge. Chph.* NELLERI d. *de varietate residentiarum Canonicarum* Trev. 1759. et in *Thes. iur. eccl.* Tit. VI. n. 6. De *praebendis liberis*, *Fréypraebenden*, quibus immunitas tanquam priuilegium reale adhaeret, cf. *Ant.* SCHMIDT in d. *de varietate praebendarum* c. 4. (in *Thes. iur. eccl.* T. III. n. 6. p. 240.) sigillatim de iisdem egit. CHANBION d. *de Praebendis quatenus liberae dantur.* Mogunt. 1787.]
(*c*) CONC. TRID. *sess. 24. de reform. c. 12.* ad nouem menses in episcopatibus et canonicatibus.
(*d*) *Prosp.* FAGNANVS *ad Decretal. lib. I. tit. de constitut. c. 6. n. 14.* REIFFENSTVEL in *l. c. lib. 3. tit. 4. §. 1. et 8. n. 8. 229.* Originem inde ducunt *vicarii perpetui* canonicorum, et vicariae, quae instar beneficii se habent. *c. 6. de off. vicar. Clem. vn. eod.* [*Pet.* GALLADE d. *de Vicario in diuinis.* Heidelb. 1765.]
(*e*) *c. 3. 4. 8. 10. 11. 16. 17. h. t. c. 13. 30. 35. X. de praebend. conc. Trid. l. c.*

§. 554. Residentia vel *vera* est vel *ficta*, prout quis actu praesens est in loco beneficii, vel *pro tali* ex iusta causa habetur. Ficte residentes sunt 1) *iusta* ex *causa* cum consensu *superioris* absentes (*a*), 2) casu, senio, et valetudine impediti (*b*), 3) in *seruitio superioris* constituti (*c*),

4) vel quibus ex *dispensatione* obligatio residentiae remittitur (*d*).

(*a*) v. c. ex caussa studiorum c. 4. 12. *X. de Cler. non resid.* [*G. L.* BOEHMER *de tempore studiorum legitimo a Canonicis obseruando*; in *Obss. iur. Can.* n. 7. *Ioh.* WOLF *Gesch. des Peterstifts zu Nörten.* §. 11. Praebendae autem eorum Canonicorum, qui tanquam Professores docendi munus in studiis literariis obeunt, passim inter *liberas* referuntur. *Ant.* SCHMIDT l. c. T. III. p. 245.]

(*b*) *c.* 1. *X. de clerico aegrotante.* (De praebendis Iubilariorum v. *Ant.* SCHMIDT l. c. T. III. p. 245.]

(*c*) *c.* 7. 15. *X. de Cleric. non resident. c. ult. X. de Magistr. Immunitas a residentia ob seruitium superiori suo praestandum beneficiato competens* BENEFICIVM A LATERE vocatur, *Ge Henr.* AYRER *de beneficio a latere* (Goett. 1740) §. 2. [*G. L.* BOEHMER *Rechtsfälle* T. II. p. 339.]

(*d*) *c.* 28. *X. de praebendis.*

§. 555. In obligatione ad perpetuam residentiam continetur ratio prohibitae *pluralitatis beneficiorum* (*a*). Ex quo vero *multum* ex residentia laxatum est: inualuit distinctio inter beneficia, *ratione residentiae compatibilia*, quorum *plura* ab eodem simul haberi possunt in *diuersis ecclesiis*, non vero intra *eandem ecclesiam*, nisi sint beneficia *diuersi generis* (*b*); et inter plura beneficia, *ratione residentiae incompatibilia*, quae ab vno simul retineri nequeunt, nisi praeuia *Pontificis* (*c*), vel inter protestantes praeuia *Principis Euangelici dispensatione*: qua deficiente, prius beneficium post impetratam posterioris plenam et pacificam possessionem ipso iure vacat (*d*).

(*a*) *c.* 5. 13. 15. *X. de praebendis.*

(*b*) *c.* 7.

(b) c. 7. X. de rescriptis c. 1. de consuetudine in 6. c. 9. X. de Concessione praebend. REIFFENSTVEL l. c. §. 8. ESPEN. I. E. P. II. Sect. 3. tit. 3. c. 3. n. 12.

(c) c. 28. X. de praebend. Clem. 3. eod. In Gallia dispensatio papalis non admittitur sine placito regio. ESPEN. l. c. c. 5. in suppl. n. vlt. t. I. p. 682.

(d) c. 28. X. de praebend. c. 32. eod. in. 6.

§. 556. II. Virtute plenae prouisionis acquiritur *ius in ipso beneficio* (§. 490. 519.) ratione tam *spiritualium* quam *temporalium*. *Horum* intuitu beneficiato competit vel ius percipiendi assignatos *prouentus beneficii* (a), vel ius bonis ecclesiasticis, in beneficium datis, iuxta *concessionem beneficiariam*, salua substantia, *vtendi fruendi* (b).

(a) c. 17. de praebend. in 6. c. 21. X. de Elect. Iure particulari capitulorum nouiter prouiso per tempus determinatum fructibus beneficii carendum est; quod tempus *anni carentiae* nomine venit, et passim ad biennium et triennium producitur. Eius mentio fit in c. 2. Extrav. Io. XXII. de elect. I. Ge. ESTOR *kleine Schriften* lib. 3. Part. XII. obs. 7. p. 757. [PVFENDORF obs. iur. vniv. T. IV. obs. 230 de computando anno Carentiae in eccles. cathedral. et collegiatis. DÜRR d. de annis carentiae, in Thes. iur. eccl. T. VI. n. V. p. 204. Tritissima quidem est appellatio *annorum carentiae*, attamen pro capitulorum consuetudine et diuersa talium fructuum applicatione, et aliis nominibus venire solent, veluti *annorum Vacantiae, Exspectantiae, primorum fructuum, annorum* it. *gratiae, fabricae* &c. Varia quippe et admodum diuersa fructuum horum annorum in diuersis ecclesiis est applicatio. Alibi enim fructus cedunt fabricae ecclesiae, DÜRR §. 4. alibi soluuntur personis annalia s. pensiones annuas habentibus, *id.* §. 5. alibi accrescunt massae praebendali, §. 6. alibi ad annatas tum pontificias, tum episcopales persoluendas applicantur §. 7 - 9. Inprimis autem Domicellares in multis eccle-

ecclesiis cathedralibus et collegiatis ab omni participatione redituum praebendalium excludi et proinde in statutis illarum *in annis Carentiae constituti* seu etiam Canonici in Herbis audire solent. De quibus plura laud. DÜRR §. 11. et in diss. de *capitulis clausis.*]

(*b*) *c.* 2, *X. de donationibus. Petr.* MÜLLER de *bonis parochialibus c. iii. th.* 7. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 5. §. 159. et in *Iur. paroch. Sect. V. c.* 2. §. 18.

§. 557. Fructus beneficii *speciatim* in *capitulis Canonicorum* duplicis generis sunt, vel I) *annui* et *grossi*, qui per annum capitularem debentur intuitu residentiae, tam verae quam fictae; vel II) *simplices distributiones*, quae continent reditus tenuiores, determinatis diebus intuitu officii diuini, in iisdem praestiti, inter canonicos distribuendos, et vel *quotidianae* vel *anniuersariae* sunt, prout vel *singulis diebus* vel *semel* per annum exhibentur. *Hae tantum vere residentibus* acquiruntur, non vero *ficte residentibus*, nisi ob valetudinem absint, vel ob vtilitatem ipsius ecclesiae, cui inseruiunt (*a*).

(*a*) *c. vn. de Clericis non resident. in* 6. *c.* 7. *X. eod. c.* 32. *X. de Praebend. Io. Petr.* MONETA *de distribut. quotid. P. II. qu.* 1. ESPEN. *de instituto et officiis Canonicorum P.* 3. *c.* 4. *tom. II. op. p.* 618.

§. 558. *Quaecunque beneficiato per beneficium acquiruntur*, constituunt ACQVAESTVM ECCLESIASTICVM, seu eius PECVLIVM. Cum beneficiati fructus bonorum ecclesiasticorum *titulo beneficii* percipiant, et quidem in *congruam sustentationem*; eos-

eosdem etiam *ſuos faciunt*, quousque iisdem indigent in *vitae honeſtae ſuſtentationem*; et eàtenus illis datur ius de *acquaeſtu eccleſiaſtico inter viuos* diſponendi (*a*). Hinc ad debita contracta ex eodem *ſoluenda* cogi poſſunt (*b*), dummodo ipſis, ad inopiam redactis, ſalua permaneat congrua portio, ad *vitae ſuſtentationem* idonea, hoc eſt ſaluo *beneficio competentiae* (*c*).

(*a*) *c. vn. de Clericis non reſid. in 6. c. 16. X. de praeb.*

(*b*) *c. 2. X. de fideiuſſoribus* GONZALEZ TELLEZ *ad decretal. ad cit. c. 2. X. de dolo et contumacia.* B. Parens *tom. III. conſult. et deciſ. P. I. reſ. 50.*

(*c*) ex interpretatione uſuali *c. 3. X. de ſolutionibus*, cui adſtipulatur ratio beneficiorum, quod dentur in honeſtam beneficiati ſuſtentationem. B. Parens in *I. E. lib. 3. tit. 23. §. 29.*

§. 559. E contra beneficiatis Iure Canonico negatur ius de aqueſtu eccleſiaſtico *teſtandi*, eumque in *heredes transmittendi* (*a*): ECCLESIAE vero, in qua defunctus beneficium habuit, datum eſt ius in eundem *ſuccedendi* (*b*). Natum inde eſt IVS SPOLII, quod eſt *ius acquirendi acquaeſtum eccleſiaſticum defuncti beneficiati tamquam reditum vacantis beneficii:* quod ex obſeruantia obuenit his, qui *iure cuſtodiae et regaliae* gaudebant (*c*) (§. 507.).

(*a*) *c. 7. 8. 9. 12. X. de teſtament. c. 3. X. de peculio clericorum.*

(*b*) *c. 1. X. de teſtament.*

(*c*) *Henr.* MEIBOMIVS in diſſ. *de iure quondam antiquo et antiquato Caeſarum Germ. in decedentium maiorum praelato-*

latorum relictis possessionibus in t. III. rer. Germ. p. 185. *Christ. Gottl.* BVDER in *observ. de praua consuetudine: Rips Raps* in opuscul. p. 695. et de *testament. episc. Germ.* §. 23. THOMASSINVS de *vet. et noua eccl. disc. p.* 3. *lib.* 2. *c.* 48.

§. 560. Iure spolii tandem sublato (*a*), *consuetudine* fere *generali* beneficiatis I. obuenit facultas de acquaestu *testandi* (*b*), eumque in heredes *transmittendi*; nisi quod passim *statutis* et *obseruantia speciali* seruatum sit *ecclesiae* ius in eum succedendi.

(*a*) *c.* 12. *X. de poenis. c.* 9. *de off. ordinar. in* 6. *c.* 13. *de elect. in* 6.

(*b*) Constitutione FRIDERICI II. de a. 1220. rata habentur in German. *testamenta principum ecclesiasticorum* de acquaestu ecclesiastico, apud SCHANNATVM Cod. dipl. N. 110. p. 101. ESPEN. *l. c. p.* 11. *s.* 4. *tit.* 1. *C.* 20. [*Io.* HORIX resolutio quaestionis *vtrum ad testamentum principis ecclesiastici in Germania solemnitates requirantur*; in *Mayeri Thes. nov. iur. eccl.* T. III. n. XII. BVDER *de testamentis episcoporum.* §. 24. s. NELLER *de episcopor. testamenti factione actiua.* Trev. 1761. in *Thes. iur. eccl.* T. VI. n. IX. §. 14. s. Et. d. *de clericorum saecularium testamentifactione actiua* &c. ib. eod. et in Thes. l. n. X.]

§. 561. Ex eadem obseruantia II. in *heredes defuncti beneficiati* ex beneficiis minoribus transmittitur ANNVS DESERVITVS, qui est *complexus redituum, beneficiato defuncto ex beneficio intuitu residentiae debitorum et nondum perceptorum* (*a*); tum ANNVS GRATIÆ, qui est *complexus redituum heredibus defuncti beneficiati ex beneficio vacante per tempus determinatum praestandorum.* Heredibus non tribuitur nisi ex speciali *iuris dispositione*, statuto et obseruantia: ex qua tamen non aliis heredibus,

dibus datur, quam quibus nominatim *prouiſum* eſt, v. c. viduae et liberis (*b*).

(*a*) B. Parens de *anno deſeruito* int. *Exercitt. ad* ff. T. III. p. 572 et in *I. E. lib.* 3. *tit.* 5. §. 211. *ſ.* [Add. BALTHASAR *I. E. Paſt.* T. I. p. 511. LEDDERHOSE *Heſſ. Caſſ. Kirchenr.* §. 350. f.]

(*c*) Conſtitutio regia Georgii II. de a 1738 tom. I. *corp. conſtit. Calemb. p.* 851. CARPZOV. *lib. I. iurispr. eccl. def.* 221. STRYK *de anno gratiae.* *Io. Andr.* HOFFMANN *de an. gratiae et quatenus ad heredes collaterales transferri queat.* PVFENDORFIVS *tom III. obſ.* 50 *et* 129 [*Car. Ott.* RECHENBERG *de anno gratiae.* DÜRR d. *de anno gratiae*, in *Theſ. iur. eccl.* T. VI. n. 4. Aliquando anni gratiae in annos deſeruitos abeunt et cedunt in compenſationem annorum carentiae.]

§. 562. Ceterum beneficiatis de PATRIMONIO, ſeu de *complexu bonorum eis aliunde quam per beneficium acquiſitorum*, ſalua eſt libera *diſponendi* et *teſtandi* facultas; niſi *voto paupertatis* obſtricti impediantur, quales ſunt *Monachi*, *clerici regulares*, *equites ſacri militares* (*a*). Deficiente vero omni herede, illud defertur *eccleſiae*, cui defunctus inſeruiit (*b*).

(*a*) *c.* 2. *c.* 12. *X. de teſtam.* B. Parens in *I. E. lib.* 3. *tit.* 25. §. 19. 21. 26. [Hos igitur teſtamentum condere oportet antequam profeſſionem edant, niſi indulto Superioris vti liceat; quod quidem a magno Ord. Iohannitici magiſtro non ſolum ad facultatem de patrimonio, ſed etiam de quinta parte acquaeſtus ex bonis ordinis teſtandi, dari ſolet. Proteſtantibus ordinibus militaribus adſcriptis, quatenus votum paupertatis non ediderunt, quemadmodum Abbatiſſis et virginibus monaſteriis A. C. addictis ſalva eſt teſtamentifactio.]

(*b*) *L.* 20. *C. de Epiſcop. c.* 7. *C.* 12. *qu.* 5.

TIT.

TIT. XVI.

DE

RENVNCIATIONE ET RESIGNATIONE BENEFICII.

(Lib. I. Tit. 9. *de Renunciatione.*)

ARGVMENTVM.

§. 563. *Modi finiendi beneficium.* 564. *Renunciatio beneficii.* 565. *Ius eam admittendi.* 566. *Sine admissione quatenus valida?* 567. *Pura est vel conditionalis.* 568. *Modus resignandi.* 569. *Eius vis.* 570. *Vsus inter Protestantes.* 571. *Resignatio permutationis caussa.*

§. 563. *Finitur* prouisio vel *ipso iure*, velvti per mortem beneficiati (*a*); vel interueniente facto, quo is vel *priuatur* beneficio (*b*), veluti per *depositionem* de qua infra, vel *liberatur* a nexu beneficii, per *renunciationem* et *translationem*.

(*a*) *c. 6. X. de rescript. in 6.* *Arn.* CORVINUS *de beneficiis eccl. tract. II. lib. 9.*

(*b*) REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib. 3. tit. 5. §. 12. n. 342. f.* B. Parens in *I. E. lib. V. tit. 37. §. 61.*

§. 564. RENUNCIATIO BENEFICII est *spontanea beneficii collati abdicatio*, Vt legitime fiat, requiritur, vt 1) beneficiatus saltim sit XIV. annis maior, qui in causis *beneficialibus* pro *maiore* ha-

habetur (*a*), et 2) vt ſponte fiat. Metu *iniuſto* extorta inualida eſt (*b*), eaque nec beneficiato *inuito* poteſt a ſuperiori iniungi, niſi ex cauſa, ex qua poteſt beneficio *priuari* (*c*). In beneficiis *maioribus* ad eam praeterea deſideratur *iuſta cauſa*, Superioris iudicio tamen relicta (*d*): quae non exigitur in beneficiis *minoribus non curatis.*

(*a*) *c. vlt. de iudiciis in* 6.

(*b*) *c.* 2. *c.* 4. *X. de his quae vi met. cauſa fiunt.*

(*c*) *c.* 10. *X. in f. de exceſſib. praelat.*

(*d*) Cauſae recenſentur in *c.* 10. *X. de renunciatione*, quae tamen ſolent praetexi ad tegendas *cauſas inidoneas*, commodum *ſolius renunciantis* concernentes *c.* 1. *X. de cleric. non reſident. I. Iac.* MOSERI *Staatsrecht lib.* 3. *c.* 52. §. 4. *tom. XII. p.* 86.

§. 565. Ex nexu *ſubordinationis* beneficiorum intelligitur, quod renunciatio beneficii valida non ſit absque *conſenſu* eius, cuius *iurisdictioni* ſubeſt: quo dato, *renunciatio admitti* dicitur. *Ius* eam *admittendi* eſt *iurisdictionis eccleſiaſticae* (*a*): idque 1) quoad *epiſcopatus* et *praelaturas imp. immediatas*, reſeruatum eſt *Pontifici* (*b*), 2) ratione beneficiorum *mediatorum* eſt pars iuris dioeceſani (*c*). Inter proteſtantes eſt pars *regiminis eccleſiaſtici*, vel principi Euangelico *reſeruati*, vel *vicarii*, intuitu beneficiorum, ad *conſiſtorii inſtitutionem* pertinentium (*d*).

(*a*) *c.* 4. *et* 8. *X. de Renunciatione.* ESPEN. *I. E. p. I. tit.* 15. *c.* 6. *in ſupplem. tom. I. p.* 123.

(*b*) *c.* 4.

(b) *c. 4. X. de translat. episcop. Concordata Nat. Germ.* art. 1. Iure antiquo pertinuit ad *Concilium prouinciale c. 3. C. 6. qu. 3.*

(c) *c. 4. X. de renunciat.* ESPEN. *in I. E. P. II. Sect. 3. c. 2. n. 4. 22. 27. tom. I. p. 809. f.*

(d) *Ahasv.* FRITSCHIVS *de resignatione c. 4. n. 4.* 22. CARPZOV. *I. E. lib. 3. def.* 125.

§. 566. Renunciatio praelatorum, *superiorem non habentium*, valida est *sine admissione.* Libere renunciant 1) *pontifex* (*a*), et 2) *praelati Imp. immediati Euangelici:* nec hi quidem consensu *capituli* sui indigent, nisi ad hunc requirendum vi *capitulationis* obstringantur (b).

(*a*) *c.* 1. *de renunciat. in* 6.

(*b*) MOSERI *Staatsrecht lib. 3. c. 33. §. 10. tom. XI. p. 194. et c. 52. §. 10 f. tom. XII. p.* 88.

§. 567. Prout renunciatio vel sine conditione, vel sub ea fit, *pura* vel *conditionalis* est. Conditionalis renunciatio, ob deficientem facultatem *disponendi* de iuribus beneficii, per se inualida est (*a*); nec valida redditur, nisi et Superior *possit* et *velit* conditionem *admittere.* Renunciatio sub ANNVA PENSIONE *ex beneficio reseruata,* admitti potest vi *ordinariae iurisdictionis* (*b*); non vero renunciatio in FAVOREM TERTII, seu *non aliter nisi hac lege facta, vt beneficium nominatae personae conferatur.* Haec speciatim RESIGNATIO vocatur, eiusque *admissio,* contra canones inde a sec. XIV. introducta, ad *reseruata papalia* referri coepit (*a*).

(c) *c. vlt.*

(a) c. vlt. X. de pactis. c. 5. X. de rer. permut.

(b) Carpzovius in *iurispr. eccl. lib. I. def.* 153. Vſu admittitur penſio reſeruata vsque ad *tertiam prouentuum* beneficii partem. Espen. *l. c. P. II. Sect* 3. *lib. XI. cap.* 7. *tom. I. p.* 848.

(c) Espen. *l. E. P. II. t.* 10. *c.* 1. *n.* 17. *c.* 2. *n.* 10. 13. nouae edit. *tom. I. p.* 811. Thomassinus *de vet. et noua eccl. diſc. P. IV. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 15. Reiffenstuel *l. c. tom II. p.* 355. [*Flaminius* Parisius *de reſignatione beneficiorum* T. I. II. Romae. 1591. Col. Agr. 1683 f. Neller d. *de ſtatu reſignationum ad fauorem apud Germanos.* Trev. 1765. et in *Theſ. iur. eccl.* T. VI. n. 7. p. 280. inpr. §. 13. Hedderich d. *de non vulneranda regula Cancellariae de viginti dum beneficia in fauorem reſignantur;* in *Diſſ.* El. *iur. eccl.* n. II. p. 38. De ſtylo Curiae et quomodo contigerit, vt nomen *reſignationis* in ſpecie conditionatis ſ. in fauorem tertii factis renunciationibus applicatum, *renunciationis* autem vocabulum dimiſſioni purae proprium manſerit ex Pariſio et Eſpenio tradit *Neller* l. c. p. 281.]

§. 568. Hinc 1) reſignatio *cuiuscunque beneficii* fieri poteſt in manus *Pontificis*, modo in beneficiis, iuri *Patronatus* vel *electioni* obnoxiis, acceſſerit conſenſus eorum, ad quos ſpectat electio vel praeſentatio (*a*): 2) fieri poteſt in quolibet menſe, tam *papali* quam in menſe *Ordinarii* (*b*); 3) reſtricta eſt per regulam Cancellariae *de viginti*, vt ſi *in infirmitate conſtitutus in iſta infirmitate intra XX. dies a facta reſignatione deceſſerit*, reſignatio nulla ſit, et beneficium per obitum vacet; quamquam 4) huius regulae derogationem, maiori taxa ſoluta, impetrare haud difficile ſit (*c*).

 (a) *Fla-*

(a) *Flaminius* PARISIVS de *resignat. beneficiar. lib.* 5. *qu* 6. [SCHLOER d. *de beneficiis per resignationem in Curia vacantibus* (1777.) §. vlt.]

(b) *Concordat. Nat. Germ.* §. 1. *Selecta iuris Publ. noviss. tom. XXXII. cap. II. p.* 67. 100. et *tom. XXXV. cap. II. n.* 15. et 18. *p.* 55. *et* 61.

(c) De vsu *regulae de viginti*, eiusque recepta *derogatione* nec non de regula de *publicandis resignationibus* vid. ESPEN. *l. c. in suppl. cap. VI. et VII. p.* 828. *et Selecta iur. publ. tom. XXXII. p.* 92. 103. *tom. XXXV. p.* 62. [SCHLOER d. l. §. 33. f. HEDDERICH in d. modo laudata. §. 9.]

§. 569. Cum resignatio fiat sub *lege prouisionis tertio faciendae*: admissio eius fieri aliter nequit, quam eadem *conditione* simul *admissa*, et *prouisione* resignatario facta (*a*). Itaque I. *ante admissionem* omne ius in beneficio permanet penes *resignantem*, eiusque est facultas *poenitendi* et *resignationem reuocandi* (*b*). II. *Admissione facta* et legitime *publicata*, ius resignantis in beneficium vi *nouae prouisionis* transfertur in resignatarium: quamquam in collegio, cuius membrum simul est, ex indole *receptionis* locum vltimum obtineat (*c*). Ceterum resignationes in fauorem tertii in Germania *sola obseruantia* in variis capitulis inualuerunt: nec vltra eam produci possunt (*d*).

(*e*) *Clem. vn. de rerum permutat.*

(*b*) *Clem. vn. de renunciat. c.* 12. 14. *X. eod.*

(*c*) REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib. I. tit.* 9. §. 6. B. Parens in *iur. eccl. lib. I. tit.* 9. §. 18.

(*d*) *Capitul. Caes. nouiss. art.* 14. §. 1.

§. 570.

§. 570. Inter proteſtantes non niſi in beneficiis, *curam* non habentibus, ſeruata eſt *facultas reſignandi*, praeuia admiſſione vel *principis* vel *capituli*, quoad huic in beneficiis ſuae collationis ius admiſſionis *obſeruantia* obuenit: ceteroquin ex iisdem principiis, vſu receptis, aeſtimatur (*a*).

(*a*) *Nic. Chriſt.* Lyncker *reſp.* 34. B. Parens *l. c.* §. 16. *ſ.* et *tom. I. Conſ. et dec. P. I. reſp.* 55. [Immo nil obſtat, quo minus aliquis beneficium etiam curatum libere reſignet, etiamſi cauſas minus iuſtas vel honeſtas allegare poſſit. Quoad effectus autem non confundenda huiusmodi *reſignatio officii* cum *deſertione ordinis eccleſiaſtici* etiam Proteſtantibus non incognita. Thomasivs d. *de deſertione ordinis eccleſiaſtici*. Halae 1707. §. 8. 9. Boehmer l. all. §. 13.]

§. 571. Reſignationis ſpecies eſt, quae fit PERMVTATIONIS gratia per *mutuam beneficiatorum reſignationem ab alterutro eorum in vtriusque fauorem factam.* Huius *admiſſio*, iure *permutationis beneficiorum*, vi *iurisdictionis ordinariae* peragi poteſt (*a*.)

(*a*) *c.* 5. *c.* 7. *X. de rerum permutat. Clem. vn. eod. Io. a* Chokier *de permutatione beneficiorum n.* 7. Espen. *P. II. Sect.* 3. *lib.* 11. *c.* 2. *n.* 21. *tom. I. p.* 811. [Neque adeo huiusmodi reſignationes alternatiuae menſium ſubeſſe cenſentur. Koch *Sanctio pragm. p.* 226.]

TIT. XVII.

DE TRANSLATIONE BENEFICIATORVM.

(Lib. I. Tit. 7. *de translatione episcopi.*)

ARGVMENTVM.

§. 572. Translatio. 573. Voluntaria et inuoluntaria. 574. Eius vis et effectus.

§. 572. TRANSLATIO est actus, *quo quis dimisso beneficio, quo prouisus est, ad aliud beneficium promouetur.* Cum in ea interueniat *renunciatio* beneficii: peragenda est auctoritate *competentis Superioris* (*a*) (§. 565.); nec ad eam *patroni* consensus desideratur, nisi fiat per modum *permutationis* (*b*). Translatio *episcoporum* et *praelatorum imp. immediatorum* ad iura *reseruata papalia* refertur (*c*).

(*a*) *c.* 34. 35. 37. *C.* 7. *qu.* 1. *c.* 4. *X. de renunciatione.* CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 125. *n.* 14. MEVIVS *P. V. dec.* 366. proprio ausu priorem ecclesiam derelinquens vtraque priuatur *c.* 2. *c.* 21. *qu.* 2. *c.* 3. *X. h.*

(*b*) *c.* 17. *X. de iure patronatus. Io. Sig.* FINCKELTHAVS *de iure patron. cap. V. n.* 7.

(*c*) *c.* 2. 3. 4. *X. de translat. episc. Concord. Nat. Germ.* §. 1. [Approbante tamen imperatore et cum consensu Capitulorum quorum de iure eligendi interest, exercenda.]

§. 573.

§. 573. Translatio, perinde vt *renunciatio*, fieri debet libero *transferendi* conſenſu (§. 564.); niſi cauſa interueniat, ex qua is ad *dimittendum* beneficium auctoritate eccleſiaſtica cogi poteſt, veluti ob *exceſſum*, vel ex cauſa *ſalutis* eccleſiae. Translatio inuoluntaria *translocatio* vocatur (*a*).

(*a*) *c.* 9. *D.* 81. *c.* 6. *X. de aetate et qual. et ordine praeficiendorum. I. Sam.* STRYK *de translocatione miniſtrorum eccl.* §. 6. [*Guſt. Henr.* MYLII diſſ. *de mutatione clerici.*]

§. 574. Translatione a Superiore *admiſſa*, PRIVS BENEFICIVM vacat, ſaluis priori beneficiato reditibus *deſeruitis* (§. 561.); idque ſubeſt *ordinariae prouiſioni*: niſi quod *Pontifex* in *reſeruata* maiorum beneficiorum *translatione* ſibi reſeruauerit poteſtatem, *vacanti beneficio* prouidendi (*c*).

(*a*) *c.* 4. *in f. X. de Poſtulatione praelatorum.*

(*b*) *c.* 3. *C.* 21. *qu.* 2. B. Barens in *I. E. lib.* 1. *tit.* 7. §. 27.

(c) *Concordata Nat. Germ. art.* 1. [In quem caſum Capitula indulto pontificio ſibi proſpicere ſolent; quo tamen opus non eſt, ſi translationem non immediate auctoritate Pontificis, ſed vel poſtulationis admiſſione fieri contingat. Vid. de vniuerſa hac materia binae diſſertationes *Ge. Chph.* NELLERI *de translatione Epiſcopi ad h. tit. X.* Trev. 1763. et in *Theſ. iur. eccl.* T. III. n. 1. 2.]

TIT. XVIII.

DE IVRE CIRCA INNOVATIONEM BENEFICIORVM.

(Lib. III. Tit 12. *Vt beneficia ecclesiastica sine diminutione conferantur*).

§. 575. *Innouatio beneficiorum.* 576. *Eorum vnio.* 577. *Per coniunctionem aequalem.* 578. *Per subiectionem.* 579. *Per suppressionem.* 580. *Sectio beneficii.* 581. *Diminutio beneficii.* 582. *Per impositas pensiones.* 583. *Et annatas.* 584. *Retentio beneficii.* 585. *Eius reformatio.* 586. *Et Suppressio et secularisatio.*

§ 575. *Beneficium*, vel quaelibet alia *fundatio innouari* dicitur, *si quid fit aduersus eius fundationem vel erectionem.* Innouatio beneficii *ordinaria* vel *extraordinaria* est, prout fit vel vi *potestatis ecclesiasticae;* vel *vi iuris circa sacra.* Ordinaria *iure episcopali* decerni potest (*a*), modo 1) interueniat *iusta causa*, ab vtilitate vel a necessitate ecclesiae repetita, et 2) *consensus* eorum, quorum ex speciali ratione interest, v. c. patroni, vel *capituli* in beneficiis ad illud spectantibus (*b*). Est et illa, perinde vt erectio beneficii, subordinata *iuri circa sacra*, per eamque ideo nihil agendum est aduersus *leges imp. publicas* (§. 472.)

(*a*) c. 8.

(a) c. 8. 10. X. de praebendis.

(b) c. 10. 26. 33. X. eod. c. vn. X. vt ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur. [*Frid.* BOEHMER progr. *de iure episcopi innouandi fundationes ecclesiasticas.* Gotting. 1784.]

§. 576. Quae dicta sunt de *innouatione beneficiorum*, valent *de omnibus eius speciebus*, nec non de omnibus ecclesiis, fundationibusque innouandis. Pertinet ad eam VNIO beneficiorum, quae est *coniunctio duorum pluriumue beneficiorum eo fine facta, vt ab vno eodemque administrentur.* Beneficia vnita, respectu beneficiati, pro *vno* habentur. *Ius* ea *vniendi* est ius *potestatis ecclesiasticae* (*a*).

(a) c. 8. X. de excessibus praelatorum. Clem. 2. de rebus eccl. non alienand. Io. Bapt. TVRRICELLIVS *de beneficiorum vnione cap. 2. Io. Phil.* SLEVOGT *de vnione eccles. et beneficior. diss. 2. §. 5. 13. 15. Petr.* LEVRENIVS *de foro beneficiat. P. III. Sect. II. cap. I.* CARPZOV. in *iurispr. eccl. lib. 1. def.* 153.

§. 577. Vnio beneficiorum fieri potest vel *saluo beneficio*, quod cum altero vnitur, vel *eodem extincto. Prius* contingit, 1) per VNIONEM AEQVALEM, *in qua* seruantur *aequalia vnitorum beneficiorum iura.* Ita vnita, *distincta* beneficia manent, ab vno eodemque rectore *aequali prorsus iure* administranda (*a*).

(a) c. 1. X. ne sede vacante aliquid innouetur. c. 33. X. de praebend.

§. 578. 2) Per SVBIECTIONEM, qua iura eorum aequalia non ſeruantur, ſed *alterum eorum ab altero dependet in his, quae beneficii adminiſtrationem concernunt. Principale* beneficium eſt illud, cui fit vnio, et *acceſſorium*, quod alteri ita vnitur. Beneficiis *parochialibus* ita vnitis, ecclefia principalis *mater*, acceſſoria *filia* vocatur (*a*): et *filia ſequitur matrem* intuitu eorum, quae ex *fine* huius *vnionis* intelliguntur, ſaluis eis, quae *iurisdictionem* reſpiciunt (*b*). Vnde *patronus* filiae, in hanc vnionem ſimpliciter conſentiens, ius *nominandi* et *praeſentandi* amiſiſſe praeſumitur; niſi hoc ab ipſo *reſeruatum* eſſe, ipſa obſervantia vel aliunde appareat (*c*).

(*a*) De probatione, quaenam ſit *mater* vel *filia*, vid. CARPZOV. *l. c. lib.* 2. *def.* 343. *n.* 5. 6. 7.

(*b*) *c.* 2. *X. de domibus religioſis c.* 30. 33. *X. de praebendis. Io. Nic.* HERTIVS *de eccleſiis filiabus* §. 9. [*Io. Chph.* BAVMGAERTNER d. *de eccleſia matre.* Altorf. 1713. c. IV. §. 4. Quodſi itaque eccleſiae vnitae in diuerſis territoriis ſitae ſint, parochus communis ad vtriusque principis ordinationes eccleſiaſticas adſtringitur, nec ſuperiori eccleſiae matris iura ſua in filiam protendere licet.]

(*c*) *c.* 7. *X. de donat.* De obſeruantia in Saxonia vid. FINCKELTHAVS de *iure patr. c.* 5. *n.* 64. [LEDDERHOSE *Heſſ. Caſſ. Kirchenr.* §. 382.]

§. 579. *Poſterius* contingit per SVPPRESSIONEM, quae fit *extincto officio, quod annexum eſt, vnito beneficio.* Eccleſia ita vnita amittit ius *ſeparatae* eccleſiae, et vnam eandemque cum ea conſtituit,

ſtituit, cui vnitur, ſalua ceteroquin *iurisdictione eccleſiaſtica*, in vnita eccleſia competente (*a*).

(*a*) *c.* 2. *cit. de dom. rel.* B. Parens in I. E. L. 1. T. 5. §. 191.

§. 580. II. SECTIO ſeu *diuiſio* beneficii fit, quando ex *vno beneficio plura eriguntur*: eiusque ſpecies eſt *diſſolutio vnionis*, qua vnita beneficia rurſus ſeparantur. In ea ineunda eadem obſeruanda ſunt, quae valent de innouatione beneficiorum (§. 575.) (*a*).

(*a*) *c.* 8. 10. 20. 25. 26. 36. *X. de praebend.* HERTIVS *l. c.* §. 16. B. Parens *l. c.* §. 206. *ſ.*

§. 581. III. DIMINVTIO beneficii fit *diminutis beneficii et officii iuribus.* Fieri non poteſt niſi ex *iuſta cauſa* et ex *decreto Superioris.* Collatori, *qua tali*, non competit: et quidquid diminuendi beneficii cauſa ab eo agitur, nullum et irritum eſt (*a*).

(*a*) *c. vn. X. vt eccl. beneficia ſine diminutione conferantur c.* 7. *X. de Cenſibus c.* 15. *C.* 1. *qu.* 3. *Caſp. Henr.* HORNII diſſ. ad. tit. Decret. *vt eccleſ. benef. ſine diminut. conf.* CARPZOV. *lib.* 1. *def.* 95.

§. 582. Beneficium *diminuitur*, *oneribus* eidem impoſitis, quae ſunt *praeſtationes*, *ex reditibus collati beneficii alteri faciendae.* Huc pertinent 1) PENSIONES, quae conſiſtunt in *determinata portione redituum beneficii, vi ſpecialis conceſſionis Superioris, alicui ſoluenda.* Imponi beneficiis nequeunt niſi ex *iuſta cauſa* et ex *Superioris* auctoritate (§. 575.),

(§. 575.), et *laicis* aeque ac *clericis*, maxime *vicariis* conſtitui ſolent (*a*).

(*a*) c. 10. 21. 30. *X. de praebend.* c. 4. *X. de clerico aegrotante.* ESPEN. in *I. E. P.* 2. *Sect. III. tit. XI.* REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 3. *tit.* 12. §. 4. *n.* 89. *ſ.* [de MEAN *obſeruationes ad ius ciuile Leodienſe* T. III. obſ. 282. p. 22.]

§. 583. 2) ANNATAE ſunt *determinata pars redituum primi anni, Superiori ex nouiter collato beneficio praeſtanda.* Beneficiis vniuerſis inde a Sec. XIV. abuſu poteſtatis papalis impoſitae (*a*), in Germania *per Concordata* ita ſunt determinatae, vt 1) Pontifici ſoluantur de eccleſiis *Cathedralibus* et *monaſteriis virorum*, iuxta quantitatem in libris *camerae Romanae* taxatam (*), 2) de ceteris beneficiis vero non aliter, quam ſi ſecundum taxam Rom. valorem *XXIV. Flor. auri* excedunt, et quoad a pontifice conferuntur (*b*). Sublatae ſunt in *beneficiis Euangelicorum* (*c*): nec principi Euangelico debentur, niſi vi ſpecialis obſervantiae.

(*a*) De earum origine et fatis vid. B. Parens in *iur. eccl. lib. I. tit.* 10. §. 36. *Io. Casp.* BARTHEL de *Concord. Germ. Cap. III. ſect. I. et II. tom. II. op. p.* 251. *I. Petr. de* LVDEWIG de *iure annatarum.* [Halae 1707 et in *Opuſc.* T. II. l. III. n. 4.] *cap. I.* §. 10. *I. Iac.* MOSERI *Staatsrecht lib.* 3. *c.* 46. *tom. XII. p.* 9. *I. G.* ESTOR [*Unterſuchung: wie und woher die Bezahlung derer Annaten in Deutſchland entſtanden, ſammt einigen Nachrichten von dem Anſchlag der Deutſchen Stifter in der Apoſtoliſchen Annatentaxrolle*] *kleine Schriften. t.* 2. *p.* 263. [THOMASSIN. *de vet. et. n. eccl. diſc.* P. III. lib. II. c. 48. ESPEN. *ius eccl.*

eccl. vniv. P. II. NATALIS ALEXANDER d. *de Annatis* in T. VIII. *Hiſt. Eccleſiaſt.* *Guil. Franc.* BERTHIER d. *de Annatis* praefixa T. XV. *Hiſtoriae Francicae.* DÜRR de *Annatis Pontificiis intuitu Canonicatuum in Germania ſublatis* in Diſſ. *de Annis Carentiae* §. VII. *Io. Phil.* GREGEL *de iurib. N. G. ex acceptatione Decretor. Baſil. quaeſitis* inde a §. 67. EDITOR *Sanctionis Pragm. Germ.* p. 230. SARTORI *g. u. w. Staatsr. d. Deutſchen Cath. Erz-Hohen u. Ritterſtifter.* T. I. P. II. c. 17. *Warum können römiſche Päbſte die Annaten fordern und wie ſollen deutſche Biſchöfe dieſelben bezahlen.* Augsb. 1789. 8.]

(*) Prodiit hinc inde, neſcimus quo fato, in publicum taxa camerae apoſtolicae; veluti: *Taxationes annatarum per totum orbem cum actis legationis pontificiae.* Norimb. 1523. 4. item *Taxae annatarum ſ. taxationes eccleſiarum et monaſteriorum per vniuerſum orbem.* Frf. 1612. 4. nec non *Taxae S. Cancellariae Apoſtolicae ſ. index prouentum et annatarum Romanae eccleſiae* ex variis codicibus impreſſis et MSS. inter ſe collatis, edidit . . . BANCK Norcopenſis Gothus. Franeq. 1651. 8. Verum nunquam quod ſcimus vera annatarum taxa ab ipſa Curia Romana in lucem data eſt, nec ceſſarunt inde a Saec. XVI. ad noſtra vsque tempora de auctis idemtidem inique annatis epiſcoporum Germaniae querelae. Cf. ESTOR l. c. et VON SARTORI l. c. c. 17. §. 539. 40. 41. 42.

(c) *Concord. Germ. art. V.* Vid. *I. C.* BARTHEL *l. c. cap. III. Sect. III.* §. 3. *p.* 264. qui et §. 1. obſeruat, dignitates inferiores et canonicatus hodie nullas annatas ſoluere, eo quod omnes ad *valorem dumtaxat XXIV. Ducatorum* in camera apoſtolica taxati ſint. [Curia Romana quatuor ſpecies annatarum diſtinguit, nimirum 1) *Annatas ſimplices* ſ. *proprie ſic dictas,* quae conſtant quantitate pecuniae pro dimidia parte redituum beneficii vnius anni, ad ſolum papam pertinens ex beneficiis non conſiſtorialibus ſeu minoribus iis, quorum fructus annui XXIV. aureos de Camera non excedunt, vnde in Germania canonicatus et alia beneficia minora, etſi multa millia aureorum valeant, annatis non ſunt obnoxia. 2) *Seruitia communia,* quae nobis proprie Annatae dici ſolent, ex beneficiis conſiſtorialibus eccleſiis ſcilicet cathedralibus et abbatiis conſiſtorialibus ſoluenda et inter Pontificem et Cardinales diſtribuen-

buenda 3) *Seruitia minuta* f. taxae minores officialibus Pontificis soluendae; de quarum proportione vide elegantem obseruationem laud. GREGEL. l. c. §. 83. Denique 4) *Quindennia* f. annatae proprie sic dictae intuitu beneficii vniti, singulis quindecim annis ab eo, in cuius fauorem vnio facta est, soluenda. Quod autem verum valorem *florenorum aureorum* attinet, obserues, proprie intelligi *florenos de camera* i. e. fiorenos aureos, quales c. a. 1312. primum cudi fecit Ioannes XXII. ad instar Florentinorum. Sed in Gallia et Belgio, notantibus REBVFFO in tr. *nominationum* qu. IX. et ESPENIO l. l. Tit. II. tit. 24. c. 4. n. 23. pridem inualuerat consuetudo, neglecto vero hoc valore, beneficia non consistorialia omnia sub taxa 24 *Ducatorum auri* de camera exprimendi; quod etiam de Germania in Camera Apostolica fertur. — Denique dantur etiam *Annatae episcopales*, de quibus v. DÜRR de *annis carentiae* §. VIII.]

(c) *Instr. Pac. Osn. art. V.* §. 19. [LVDEWIG l. l. c. I. qui ius principum Protestantium ex *iure Regalium* deducit. ad eum refutandum potissimum scripta est d. *Vdalr.* HVHNDORFF *de iure annatarum in terris Protestantium Germaniae.* Elvaci 1734. 4. *Aeg.* STRAVCH *de annatis ad I. P. W.* art. V. Ien. 1683. *I. H.* BOEHMER *I. E. P.* L. I. t. XI. §. 33.]

§. 584. Innouatio IV. fit RETENTIONE beneficii, *reditibus vacantis beneficii*, *suspensa huius ad certum tempus collatione*, *aliis ecclesiae vsibus applicatis*. Licita non est, nisi vi *potestatis ecclesiasticae* decreta (§. 575.), vbi eam exigit *iusta causa*, v. c. aes alienum ecclesiae, vel templi reparatio (a).

(a) *c. vn. X. vt ecclesiast. benef. sine diminut. confer. ibi: ipsi prouentus retineantur ad tempus pro causa iusta et necessaria.* c. 32. *X. de verb. signif.* c. 10. *de Rescriptis in* 6. *c. vlt. X. de aedificand. et repar. eccles. Frid. Wilh.* DANNREVTHER *de iure retentionis fructuum beneficii eccles. c. II.* §. *VII.*

§. 585.

§. 585. V. Reformatio beneficii fit, *officio, iis annexo, ad puriora ſacra et ad vſus eccleſiae magis ſalutares reuocato.* Reſtricta eſt inter *diuerſae religionis conſortes* tum 1) per ſtatum *anni decretorii*, ne aduerſus hunc ſuſcipiatur (*a*), tum 2) per *reſeruatum eccleſiaſticum*, vi cuius beneficiatus alterutri religioni addictus, ſi ad alterius religionis ſacra tranſierit, beneficio ipſo iure excidit (*b*).

(*a*) *Inſt. Pac. Osn. art. V.* §. 14. 25.

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 15. *Fr. Dom.* Haeberlin *de reſeruato eccleſiaſtico ex mente pacis religioſae. Alb. Phil.* Frick *de reſeruato eccleſ. ex mente pacis Weſtph.*

§. 586. VI. Svppressio et *extinctio beneficiorum* vel I. *ordinaria* eſt, quae fit iure *poteſtatis eccleſiaſticae* (*a*), vel II. *extraordinaria*, quae fit vi *iuris circa ſacra* (§. 575) (*b*). Oritur inde ratione *temporalium* secvlarisatio (*), qua bona, *beneficiis* aliisue fundationibus *extinctis annexa, auctoritate poteſtatis ſecularis aliis publicis vſibus deſtinantur.* Facta eſt in Germania 1) tum *Domini territorialis*, tum totius *imperii* auctoritate: *illa* quidem ſecundum generalem normam *anni decretorii* (*c*), *haec* ſecundum *ſpeciales diſpoſitiones* Pacis Weſtphalicae aeſtimanda eſt (*d*). II. Per eam bona, beneficiis ſeculariſatis annexa, vel *ſecularia* facta ſunt, ſi reipublicae vſibus, vel *eccleſiaſtica* permanſerunt, ſi aliis eccleſiae vſibus impenſa ſunt (*e*). Differunt ergo *ſeculariſata bene-*

beneficia a *beneficiis integris* ſeruatis, ſed reformatis (§. ant.)

(a) c. 12. *X. de Conſtitut.* Exemplum ſec. XIV. occurrit in beneficiis *ordinis templariorum* extinctis (§. 448.). Ordo Iesuitarum extinctus eſt per Breue Suppreſſionis CLEMENTIS XIV. *d. d.* 21. *Iul.* 1773.

(b) Exemplum nouiſſimum intuitu fundationum ordinis *Ieſuitarum* in Gallia, Hiſpania, Sicilia, Luſitania ante totius Ordinis ſuppreſſionem, *auctoritate ſeculari* extinctarum.

(*) De *ſeculariſatione* in genere cf. *Er.* MAVRICII d. *de bonorum eccleſiaſticorum ſeculariſatione.* Kil. 1679. 4. et in Opuſculis eiusd. ab Hertio editis. p. 416. *Io. Frid.* RHETII d. *de ſeculariſatione.* Frf. 1678. 4. *Chriſti.* THOMASIVS d. *de natura bonorum ſeculariſatorum.* Hal. 1707. 4. *Lud. Phil.* BEHLEN d. *de cauſis ſeculariſationis illegitimis et legitimis.* Mogunt. 1746. et in *Theſ. iur. eccl.* T. VI. Nupera ſollicitudo ex pace Lunaeuillenſi iam non amplius euitandum diſcrimen multarum immediatarum Imperii praelaturarum, noua ſcripta peperit, ex quibus memoraſſe ſufficiat *E. F.* WEISSE *üb. Sekulariſationen.* Leipz. 1796. *Freymüthige Gedanken eines Teutſchen Staatsbürgers über die Säculariſirung der geiſtlichen Wahlſtaaten Teutſchlands in rechtlicher und polit. Hinſicht.* Altona u. Hamb. 1798. 8.

(c) *I. P. O. art. V.* §. 14. 25.

(d) De *Praelaturis imperii immediatis* nec non de *Canonicatibus* titulo *Satisfactionis* et *Compenſationis* per pacem Weſtphalicam ſeculariſatis vid. *I. Pac. Osn. art. X.* §. 1. 7. 9. *art. XI.* §. 1. 4. 5. 6. 9.. *art. XII.* §. 1. *art. XV.* §. 2. quae ſaeculariſatio in archiepiſcopatibus et epiſcopatibus ita facta eſt, vt, ſublata *praelaturae* qualitate, ſeruata ſit ſola *ducatuum Principatuumue dignitas* iisdem annexa, ſaluis ceteroquin *capituli, qua talis,* iuribus.

(e) In *terris Brunſuicenſibus* eccleſiaſtica permanſerunt, vid. *Io Chriſt.* CLAPROTH *de natura bonorum ſeculariſatorum* §. 23. 26. *Eſ. Frid.* PVFFENDORFII *obſ. iur. tom. I. obſ.* 136.

TIT.

Tit. XIX.

DE

COMMENDIS ET COMMENDATVRIS.

ARGVMENTVM.

§. 587. *Commendae.* 588. *Commendaturae ordinum militarium, maiores et minores.* 589. *Immediatae et mediatae.*

§. 587. Beneficia, quae conferuntur ob officium, actu obeundum, titulatu sunt: quae vero alicui *citra officii rationem* hoc *solo fine* conferuntur, vt ipsi ex reditibus beneficii prouideatur, commendata seu commendae dicuntur. Commendae *titulo* carent, et dari possunt ad beneficia inidoneis; easque concedendi potestatem pontifices contra canones sibi vindicarunt (*a*). Originem ducunt ab instituto antiquo et iusto, quo *administratio beneficii vacantis vel impediti* alicui committi, et ad tempus commendari solet (*b*).

(*a*) *c.* 54. *X. de Elect. c.* 2. *Extrav. Comm. de Praebend.* Corvinvs *de beneficiis lib. V. tit.* 11. *n.* 4. In Gallia Rex ad plerasque abbatias et prioratus clericos seculares aliosue in commendatarios perpetuos *nominat*, a Papa necessario confirmandos. Espen. *Iur. eccles. P. I. tit.* 31. *c.* 7. *n.* 35. *p.* 324. *edit. nov.*

(*b*) *c.* 15. *de electione in* 6. Thomassinvs de *vet. et noua eccl. disc. P.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. Inter Protestantes haec prouisio *Consistorio* et *Superintendentibus* relicta est. Carp-

zov. *I. E. lib. I. def.* 164. 165. *Casp.* ZIEGLER de *Superint. c.* 19.

§. 588. A Commendis nomen et *originem* ducunt COMMENDATVRAE, quae ſunt *beneficia equitibus Ordinum Sacrorum Militarium intuitu officii ſacri, ex ordinis inſtitutis obeundi, conferenda* (§. 449.). Cenſentur iure beneficiorum (*a*), et vel *Dignitates* ſunt vel *commendaturae ſimplices*, prout vel *Dignitatem Ordinis* annexam vel *non annexam* habent (§.450.) Prouiſio de *illis* fit per *electionem* capituli Ordinis, et *de his* per *Collationem*; ſalua nominatione, ſi quae alicui iure *patronatus* et *aduocatiae* competit (*b*). *Equites* in Ordinem *recepti*, inſtar Canonicorum ſupernumerariorum (§. 517.), *iuxta ſenium* ius habent adſpirandi ad commendaturam vacaturam (*c*.)

(*a*) *Henr.* COCCEII de *tituli* et *commendae conuenientia* §. 15.

(*b*) Exemplum eſt in *Inſtr. Pac. Osn. art. XII.* §. 3. *I. Chriſt.* BECKMANN *vom ritterlichen Iohanniter-Orden. c.* 4. §. 9. *p.* 200.

(*c*) arg. *c.* 8. 9. 19. *X. de praebend.* B. Parens *in iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 8. §. 28.

§. 589. Ratione imperii R. G. vel *immediatae* ſunt, vel *mediatae*, prout bona ordinis, iisdem annexa, vel *Imperatori et imperio* ſubſunt, vel *ſuperioritati territoriali* ſtatuum imp. (§. 568.) (*a*). In vtrisque 1) ratione *diuerſae religionis conſortium*, quibus conferendae ſunt, normam praeſtat *dies*

decre-

decretorius, et 2) in iisdem *reseruato ecclesiastico* locus est (§. 585.) (*b*).

(*a*) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 14 25. *Frid. Lud.* Bergeri diquis. de *iure territoriali Archiduci Austriae et aliis S. R. I. principibus in bona ab Ordinibus equestribus eccles. possessa competente* in append. ad eius animadv. in Coccеii *Ius publ. Ge. Christ.* Wolfii diss. *de sacris ordinib. equestr.* §. 22. *Selecta iur. publ. Nouiss. P.* 37 c. 8. *et P.* 39. c. 10 *Io. Heinr.* Fricke diss. de *Commendatoris Ord. Teut. qualitate ciuili et foro in Actionib. personal.*

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 15. *Io. Wilh.* Goebel *Helmstädtische Nebenstunden P. I. obs.* 1. c. 2.

SECTIO V.

DE

IVRE CIRCA RES SACRAS RELIGIOSAS ET ECCLESIASTICAS.

TIT. I.

DE

ECCLESIIS AEDIFICANDIS ET REPARANDIS.

(Lib. III. Tit. 48. *de ecclesiis aedificandis vel reparandis.* Tit. 40. *de consecratione ecclesiae vel altaris.* Tit. 37. *de capellis monachorum et aliorum religiosorum*).

ARGVMENTVM.

§. 590. Quomodo res fiat sacra. 591. Ecclesiae, capellae et altaria. 592. Fundatio earum et erectio. 593. Ius principis circa earum erectionem. 594. Inaugurationis solennia et feste. 595. Ius in subsellia. 596. Reparatio ecclesiarum. 597. Cuius sumtibus facienda?

§. 590. Res *sacrae* fiunt per actualem destinationem ad vsum immediatum cultus diuini (§. 458.). Est haec vel *simplex*, vel *solennis*, interueniente solennitate ecclesiastica celebrata, *dedicatio* dicta; cuius species est *consecratio*, interueniente inunctione peracta (*a*), inter Protestantes haud agnita.

(*a*) Iure

(*a*) Iure Canonico ad actus *ordinis episcopalis* refertur *c*. 9. *X. de consecratione ecclesiae.*

§. 591. Aedes sacra, quae cultui diuino in illis exercendo destinantur, ECCLESIAE *in specie* dicuntur, si *religionis exercitio publico dicatae* sunt; sin secus, CAPELLAE seu ORATORIA PVBLICA vocantur. Dantur Capellae, 1) tum *religionis erercitio priuato* intra coetum exercendo, tum 2) *sacris priuatis* eorum, qui ius habent *sacrorum priuatorum* (§. 15.), tum 3) certis sacris *specialibus* in certa ecclesia destinatae (*a*). ALTARIA sunt *mensae*, *sacris eucharisticis dicatae*, quae digniorem ecclesiae vel capellae partem faciunt.

(*a*) Notae sunt capellae *Palatinae, Legatorum, Nobilium, Monasticae, Xenodochiales, coemeteriales*, capellae intra *ipsam ecclesiam* constructae, quae et *sacella* dicuntur. B. Parens in *iur Eccl. lib. III. tit.* 37. §. 2. 16. 18. 35. *Io. Phil.* CARRACH *de iure condendi capellas.*

§. 592. *Fundatio* ecclesiarum, capellarum, nec non altarium in illis, cuilibet libera, (§. 471. 525.) earum vero *erectio* iuris liturgici est (§. 276.). Haec ergo decernenda est a *competente Superiore* (*a*), modo adsit 1) causa *necessitatis* vel *vtilitatis* ecclesiae (*b*), nec non 2) *dos* ad eas exstruendas et conseruandas idonea (*c*), nec 3) inde *iuribus tertii* fiat praeiudicium (*d*).

(*a*) c. 9. *de Consecr. D.* 1. c. 6. *X. de eccl. aedif. vel rep.*

(*b*) *c.* 3. *X. eod.*

 (*c*) *c.* 3.

(c) c. 3. c. 8. *de consecratione ecclesiae vel altaris* c. 30 X. *de priuil. Nov.* 67. c. 2. *Casp.* ZIEGLER *de dote ecclesiae c. IV.* Dos, altari assignata, medio aeuo *altaragium* vocatur. *Ern. Mart.* CHLADENIVS *de altaragio eiusque infeudatione* §. 15 17.

(d) c. 1. 2. X. *de noui operis nunciatione.*

§. 593. Cum ecclesiae ad *publicum*, et capellae ad *priuatum* religionis exercitium pertineant; neutrae in republica *erigi* possunt sine principis consensu (*a*). Pertinet ius concedendi illarum erectionem ad ius *reformandi*: normamque habet ex *lege publica* (*b*), ne inter *vtriusque religionis* consortes aduersus *statum anni decretorii* exerceatur, inuitis his, quorum ob statum religionis ex dicto anno interest (§. 263. 264.)

(a) *Iustinianus* id demandauit *episcopis*, legemque tulit, ne sine eorum consensu exstruerentur ecclesiae. *Nov.* 67. B. Parens in diss. *de iure ciuili in templa* cap. II. Sect. 3 et 4. *Io. Ge.* REINHARD. de iure princ. Germ. ante temp. reform. c. 2. §. 9. 10.

(b) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 25. 26. 33. SCHAVROTH *Concl. Corp. Euang. tom. II. p.* 587. 597. *Sammlung der Schriften von der Selbsthülfe und vom Simultaneo p.* 239 344 353 391. *I. Vlr. de* CRAMER *obs. iur. vniv. tom. I. obs.* 419. §. 86. 87.

§ 594. Exstructae ecclesiae *sacrae* fiunt ipsa destinatione et appellatione ad cultum diuinum (*a*), ritu *consecrationis* inter Catholicos, et *dedicatione* inter Protestantes interueniente (*b*) (§ 590). In memoriam huius inaugurationis constitutae sunt *encaeniae*, seu festa anniuersaria, tan-

to

to zelo celebrata, vt opus fuerit *encaeniarum protectione*, iudicis ſecularis ordinarii auctoritate praeſtanda (*c*).

(*a*) *c. 9. X. de immunitate eccleſiarum.*

(*b*) *Rudolph.* HOSPINIANVS *de origine templor. lib. IV. c.* 2. B. Parans *in. iur. eccl. lib. III. tit.* 40. §. 19. 34. 44.

(*c*) *c.* 16. *de conſecr. D.* 1. B. Parens *l. c.* §. 54. *Henr.* LINCK de *encaeniis templor.* Ien. 1672. c. 7. [Vernacula *Kirchweihe, Kirchmeſs, Kirmſen* audiunt. Add. O. S. M. *von der* VENNE *de iure circa encaenia templorum* Erf. 1718. et *I. S. I.* DEDELL *de protectione encaeniorum.* Altd. 1728. Abuſus eorum paſſim vi iuris circa ſacra territorialis conſtringi coeperunt.]

§. 595. Fundantur et eriguntur eccleſiae ad cultum publicum vel *coetus* alicuius in certo loco, vel *ſpecialis vniuerſitatis eccleſiaſticae* (*a*). Sunt ergo *res ſacrae* illius *vniuerſitatis*: et quoad *vſus ſacros* membris eius patent. Subſellia templi vel *communia* ſunt, quae in communem membrorum vſum deſtinantur, vel *propria*, in quorum vſum ius proprium ſpeciali titulo competit, quo dari ſolent vel in ius *hereditarium* vel ad *tempus determinatum* (*b*).

(*a*) *c.* 1. *X. de Capellis monach. Clem.* 1. *de priuileg.*

(*b*) CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* 2. *tit.* 23. B. Parens *in iur. Paroch. Sect. V. c.* 2. §. 2. 8. *Io. Balthaſ.* WERNHER *obſ. ſelect. Part. III. obſ.* 119. *Part. VI. obſ.* 462. *Frid. Eſ.* PVFENDORFII *obſ. iur. vniv. tom. I. obſ.* 39. [*Frid.* PHILIPPI d. *de ſubſelliis templorum vulgo von den Kirchenſtühlen.* Lipſ. 1683. 4. ... HOMMEL *de ſubſelliis eccleſiarum earumque commercio.* Liqſ. *Ioh. Chriſt.* KOEHLER *von den Kirchenſtühlen in Churſächſ. Landen. Dresd.* 1790. 8.]

§. 596. *Refectio* et *inſtauratio* templi pertinet ad ius eccleſiae in illud conſeruandum. Templi ergo reficiendi et reſtaurandi *ius* et *obligatio* penes eccleſiam eſt; ſubordinatum tamen *inſpectioni eccleſiaſticae*, quo ex vtilitate eccleſiae exerceatur (*a*). *Modus refectionis* et *reſtaurationis* magis ex *vtilitate eccleſiae*, quam ex *priſtina forma* aeſtimandus eſt, quoad nihil agitur *aduerſus ius* et in praeiudicium tertii (*b*).

(*a*) *L. 42. §. 7. C. de Epiſc. et Cleric.* B. Parens in *iur. eccl. lib. 3 tit. 48. §. 35. 42. 51.*

(*b*) FABRI *Staatscanzlei tom. XV. c.* 10. *et tom. XXXI. c.* 1.

§. 597. Inſtuenda eſt reparatio 1) ex *reditibus bonorum eccleſiaſticorum*, qua talium (*a*), adeo vt et *beneficiati* ex reditibus beneficii, quoad vltra congruam ſuſtentationem *eis ſuperſunt*, contribuere obligentur (*b*). In ſubſidium 2) tum membra eccleſiae et inprimis in Parochiis *Parochiani*, qua tales (*c*), tum 3) *patroni* ad illam conferre tenentur (*d*) pro ea parte, qua vel *conuentione* vel *obſeruantia* vel iſto *ſuperioris arbitrio* definitur.

(*a*) *c. 28. ſ. C. 12. qu. 2.* B. Parens *Conſult. et deciſ. tom. I. P. I. reſp. 4.*

(*b*) *c. 4. X. de eccleſ. aedificand. vel. repar.*

(*c*) B. Parens in *iure paroch. Sect. 7. c. 3. §. 7. Io. Tob.* REINHARDT in obſ. ad Chriſtinaei deciſ. Vol. II. obſ. 3. *Frid. Eſ.* PVFENDORFIVS in *obſ. iur. vniv. tom. I. obſ.* 229. Ex eadem ratione ad parochianos pertinet refectio aedium parochia-

parochialium CARPZOV. *l. c. lib.* 2. *def.* 339. Vid. *Conft. regia Georgii II. de a.* 1733 *Tom. I. Conftit. Calemb. p.* 821. PVFENDORFIVS *l. c. tom. I. obf.* 165. *tom. III. obf.* 184. [Quatenus ipfe parochus ad reparanda aedificia parochialia teneatur, disquifitum ab *Andr. Flor.* RIVINO in d. de *onere parochi conferuandi aedificia parochialia.* Vitemb. 1746. Idem egit de quaeftione: an forenfes teneantur necne? in d. *de immunitate forenfium ab onere reficiendi aedificia ecclefiaftica.* Vitemb. 1746. De obligatione decimatoris ad refectionem aedium facrarum concurrendi egit b. Auctor *in den Rechtsfällen* T. I. P. II. N. 87. et T. II. P. I. N. 118.]

(*d*) Obligatio patronorum innititur praxi et obferuantiae, ex qua etiam repetita eft fanctio *Concil. Trid. feff.* 21. *de reform. c.* 7. *Petr.* PECKIVS *de reparandis ecclef. c.* 14. CARPZOV. *l. c. lib.* 2 *def.* 336. *n.* 9. B. Parens *in iur. paroch. Sect. VII. c.* 3. §. 5.

TIT. II.

DE DOMIBVS RELIGIOSIS.

(Lib. III. Tit. 36. *De religiofis domibus vt Epifcopo fint fubiectae*).

ARGVMENTVM.

§. 598. *Domus religiofae.* 599. *Iura in illas.* 600. *Monafteria. Iura in illa,* 601. *in fpecie inter diuerfae religionis confortes.*

§. 598. DOMVS RELIGIOSAE funt *aedes, caufae piae auctoritate publica addictae* (§ 461). Sunt vel *ecclefiafticae* vel *laicales*, prout eriguntur vel auctoritate *ecclefiaftica* vel *feculari* (*a*). Vtraeque ratione *finis* religiofae funt, et hoc intuitu

 ad

ad annexa *religionis exercitii* referuntur (*b*), ac iure bonorum ecclesiasticorum aestimantur (*c*).

(*a*) *c.* 3. 4. *X. h. t. Clem.* 2. *eod.* Iure Iustinianeo inspectio in illas demandata est *episcopis L.* 42. §. 6. *C. de Episc. et Cleric.* Nov. 131. *c.* 10. quae deinde vsu seculorum in *iurisdictionem* mutata est.

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 26. 31.

(*c*) *I. P. O. art. V.* §. 25. 31.

§. 599. Iura in illas tum I) vi *fundationis* et iure patronatus competunt (§. 525.), tum II) vi *erectionis* (*a*); siquidem domus religiosae *ecclesiasticae* iurisdictioni ecclesiasticae, et *laicales* iurisdictioni *seculari* subsunt. Inde descendunt iura *inspectionis*, *visitationis*, *correctionis*, *confirmandi* et similia: quae etiam in domus religiosas *diuersae religionis* competunt vi *anni decretorii* (*b*).

(*a*) *c.* 3. *X. h. t. Clem.* 2. *eod.*

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 26. *Quodsi quoque A. C. addicti in eiusmodi bonis ecclesiasticis mediatis, dicto anno dieque a Catholicis realiter plene vel ex parte possessis, iura praesentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturae, hospitationis, seruitiorum, operarum habuerunt, item parochos praepositos ibi aluerunt, iura ista illis sarta tectaque maneant.* B. Parens tom. I. *Cons. et decis. Part. I. resp.* 35. *Io. Tob.* Reinhardt *in obseruat. ad Christinaei decis. tom.* 3. *obs.* 26.

§. 600. Monasteria sunt *domus religiosae, vitae religiosae in iisdem agendae destinatae* (§. 419.). In illis fundandis et erigendis eadem valent, quae obtinent in *templis* et *capellis* (§. 592. 593.). *Iu-*

ra

ra in illa non minus ex *fundatione*, quam ex *erectione* oriuntur (§. 593.): ideoque monaſteria tam *iurisdictioni eccleſiaſticae*, quam *iuri* territoriali *circa ſacra* ſubſunt (*b*).

(*a*) *I. P. O. Art. V.* §. 29. 31. B. Parens *in I. E. L.* 3. *tit.* 36. §. 8.

(*b*) *Nic.* HERTIVS de *iactitata Ordinis Ciſtert. exemtione a ſuperioritate in tom. II. op.* 160. *Collegia et fundationes Ieſuitarum* ex inſtituto ordinis vna cum omnibus bonis *exemta* ſunt a poteſtate et iurisdictione omnium Ordinariorum. *Corpus Inſtitut. Soc. Ieſ. vol.* I. *p.* 21. Cum ergo in territoriis Statuum imp. non niſi iuri territoriali circa ſacra ſubfuerint: toto ordine extincto, diſpoſitio de iisdem ad Dominum territorii pertinet ſine diſcrimine religionis. [B. Auctoris *Rechtsfälle* T. II. P. II. N. 165. T. III. P. I. N. 183-187. Nec non T. II. P. II. N. 170. et T. III. P. I. N. 285.]

§. 601. Inter vtriusque religionis conſortes *iura circa monaſteria* determinantur per normam *anni decretorii*, prout vel *Status imp. A. C. addicti* vel *Status Catholici* illa *poſſederunt* (*a*): idemque obtinet in reditibus bonisque, quae eis debentur ex alieno territorio (*b*). Circa monaſteria, quae *Status Catholici* poſſederunt in ditionibus Statuum, A. C. addictorum, ſpeciatim cautum eſt, ne in alios ordines, quam quorum regulis dicata ſunt, commutentur, niſi talis ordo interciderit (*c*).

(*a*) *I. P. O. art. V.* §. 25. 26. Agitur hoc loco de monaſteriis aliisque bonis eccleſiaſticis mediatis, quae Status Imp. *poſſederunt:* de qua poſſeſſione, *iure Status* habita, vid. HENNIGES *ad I. P. l. c. p.* 333.

(*b*) *I. P. O. art. V.* §. 46. 47.

(*c*) *I.*

(c) *I. P. O. art. V.* §. 26. *Sam.* PVFENDORF in *hist. Sueciae lib.* 18. *c.* 60. Applicari cit *art. V.* §. 26. nequit ad *Collegia Iesuitarum,* in territoriis Statuum A. C. addictorum constituta, quorum intuitu non adsunt magistratus Catholici, qui illa *possederint.* vid. not. *vlt.* §. *ant.* Reditus vero et bona, quae Collegiis Iesuitarum, in territoriis Catholicorum constitutis, debentur ex ditionibus Statuum A. C. addictorum, aestimanda merito sunt ex *I. P. O. art. V.* §. 46. 47. [*I. F. E.* BÖHMER comment. de iure occupandi statuendique de bonis extincti ordinis Iesuitarum. Goett. 1780. ROTH *rechtliche Staatsbetrachtungen über die Frage: ob die im fürstlich Hessischen Gebiete gelegenen Güter und Einkünfte der von dem Churfürsten zu Mainz im Jahr* 1781. *aufgehobenen drey Klöster dem Churfürsten von Mainz oder d. Landgrafen von Hessen von Rechtswegen zugefallen sind. Offenbach* 1783. DESSELBEN *Vertheidigung der Staatsbetrachtungen. Leipz* 1783. — KOCH *kurze Revision d. Staatsbetrachtungen. Frankf. u. Leipz.* 1783 DESSELBEN *Neuer Aufschluss über die Stellen des Westphälischen Friedens, welche die Mediatklöster und deren Güter und Gefälle betreffen. Giesen* 1783 *Nebst zwey Postscripten.* SCHNAVBERT *Wiederlegung der rechtlichen Staatsbetrachtungen. Giesen* 1783. DERSELBE *Ueber die Antwort auf H. Roths Vertheidigung. Giesen* 1784 SCHLETTWEIN *die Gerechtigkeit in Absicht auf die Klöster und ihre inn- und ausländischen Gefälle. Giesen* 1784. (*E. C.* WESTPHALS in *Halle*) *Gedanken von der Wirkung des Eingehens u. Aufhebens katholischer Klöster in Ansehung d. Protestanten in Teutschland u. s. w. Halle* 1784. *I. C.* MAYER *Erläuterungen des Westph. Friedens über geistl. Mediatstifter: Güter, deren inn- und ausländische Renten u. s. w. Tübingen* 1785. DESSELBEN *zwey Abhandlungen über den Heimfall d. geistl. Güter bey vergebenden Stifts-Innovationen. Ulm* 1786. *I. N. Fr.* BRAVER *Abhandlungen zur Erläuterung des Westph. Friedens P. II. Offenbach* 1784. VON STECK *von Einziehung der Güter eines eingezogenen Klosters in desselben gemeinnützigen Abhandlungen. Halle* 1785. PÜTTERS *Litteratur d. Staatsrechts* Th. III. S. 699 n. 816. KLÜBERS *Fortsetzung.* S. 551. u. f. n. 682-85.]

TIT-

TIT. III.

DE

COEMETERIIS ET IVRE SEPVLTVRAE.

(Lib. III. Tit. 28. *de Sepulturis*).

ARGVMENTVM.

§. 602. *Coemeteria.* 603. *Eorum fundatio et erectio.* 604. *Ius sepeliendi* 605. *Sepultura Christiana.* 606. *Solennis et minus solennis.* 607. *Censetur iure actuum parochialium.* 608. *Eius denegatio.*

§. 602. COEMETERIA Christianorum sunt *loca publica, sepulturae Christianorum vnius pluriumue ecclesiarum destinata.* Sunt vel templis *contigua*, intra atrium eorum constituta, vel *separata.* Vtraque ratione vsus et destinationis *ecclesiastica* sunt et *religiosa*, iurisdictioni *episcopi*, et inter protestantes, *consistorii* subiecta (*a*).

(*a*) c. 13. *X. de Sepultur.* c. 2. *de immunitate eccl. in* 6. CARPZOV. *respons. iur. lib. I. resp.* 86. et in *iurispr. eccl. lib.* 2. *dec* 385 De origine Coemeteriorum vid. B. Parens in *I. E. lib.* 3. *tit.* 28. §. 3 *Christ. Godofr.* HOFMANNI diss *de coemeteriis ex vrbibus tollendis c. I. II.* [in *I. V.* EYBEL collect. selectar. lucubrat. distribut. XI. p 30 KIRCHMANN de funerib. Roman. Lib. III. cap. 14. DEYLING Instit. Prud. Pastoral. P. III. c. 10. §. 15. seqq.]

§. 603. I. *Concessio* de coemeterio in territorio erigendo a Principe pendet. II. *Fundatio* eius

eius ad *onera vniuerſitatis* pertinet, ita vt vrgente eccleſiae neceſſitate et priuatus ad fundum iuſto pretio vendendum *principis auctoritate* cogi poſſit (*a*). III. *Erectio* eius, qua fundus, cauſa cognita, ſepulturae addicitur in vſus certae eccleſiae, eſt *iurisdictionis eccleſiaſticae*. Hinc coemeterium ſine *auctoritate eccleſiaſtica*, quae demandata eſt *conſiſtorio*, inter proteſtantes nec erigi, nec conſtitutum ampliari poteſt (*b*).

(*a*) CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 387. 388.
(*b*) c. 4. X. *de religioſ. dom.* CARPZOV. *l. c. def.* 385 *Ge. Ad.* STRVV. in *ſynt. iur. ciuil. exerc. III. th.* 72. In eccleſia Romana inde a ſec. X. inualuit ritus *benedictionis* in coemeterio tum *inaugurando* tum *reconciliando*, qui *ordinis epiſcopalis* eſſe cenſetur; cum erectio coemeterii ſit *iuris dioeceſani* [B. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. II. P. II. N. 157.]

§. 604. *Ordinarium* eſt ſepulcrum, quod ex regula datur in coemeterio: nec amplius ius competit, mortuum in locum *priuatum* inferendi (*a*). *Extraordinarium* eſt, quod tribuitur alio loco vel publico vel religioſo. Tale eſt quod in *templo* conceditur vel ex iure honorifico, ex quo debetur *principi*, *patrono*, *clericis*, vel quod *ab eccleſia* ſpeciatim impetratur (*b*). Eſt porro ſepulcrum vel *commune*, quod *iure vniuerſitatis* bebetur membris eccleſiae (*c*), vel *particulare*, quod vi *ſpecialis tituli* acquiſitum eſt, idque vel *familiare* vel *hereditarium* eſt (*d*)

(*a*) c. 3. X. *de Sepult. Andr.* BEYER in *addit. ad* CARPZOVII *iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 373. *p.* 179

(b) c. 13. 16. 18. C. 13. qu. 2. *Fr. de* Roye *de iure honorifico in ecclef. lib. I. c.* 9. Carpzov. *l. c. def.* 390. [Winckler diff. de iure fepultur. in templis. Lipf. 1780.]

(c) c. 13. *X. de fepulturis. Guil. Henr.* Bruckner *de fepultura gratis concedenda* §. 19.

(d) *Dav.* Mevius *P. IX. dec.* 141. 142. *Auguftin.* Leyser *ad Pand. fpec.* 129. *m.* 1. B. Parens in *iur. Paroch. Sect. IV. c.* 2. §. 14. 15. [*G. L.* Mencken diff. de iure fepulchror. familiar. atq. hereditarior. eiusdemque illicita non omnib. confentientib. diuifione aliaue alienatione. Lipf. 1739.]

§. 605. Sepultura christiana feu ecclesiastica eft, quae fit loco modoue legibus ecclefiafticis conueniente: cum qua coniunctus eft *honor fepulturae*, in *deductione mortui ad fepulturam more Chriftiano peracta* (*a*). Cum per eam praeftetur officium erga defunctum, *qua Chriftianum:* id quoque 1) ex aequitate, inter Proteftantes agnita, debetur infantibus Chriftianorum *non baptizatis* (§. 305.) (*b*), et 2) ex lege publica *approbatarum religionum* conforțibus inter fe, etiamfi religionis exercitio careant (*c*).

(*a*) Sola *honeftas fepulturae* in fenfu ciuili aeftimatur ex loco honefto, et ex modo, moribus legibusque conueniente.

(*b*) B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 28. §. 47. 48.

(c) *I. P. O. art. V.* §. 35. ibi: *multo minus publicis coemeteriis honoreue fepulturae arceantur.* Conf. Beyer *l. c. def.* 383.

§. 606. Eft illa vel solennis, *quae fit interueniente liturgia*, vel minus solennis, quae *fine*

ea

ea peragitur. Liturgia circa ſepulturam, in qualibet eccleſia *iure liturgico* determinata (§. 276.), continet normam in ſepultura *membrorum eccleſiae* obſeruandam; niſi *ex iuſta cauſa* remittatur.

§. 607. Sepultura, quatenus in parochia peragitur, *iure actuum parochialium* cenſetur. Vnde I. *Parocho* competit *cura liturgiae* circa ſepulturam intra parochiam demortuorum, et ex conſuetudine *ius circa funeralia* (*a*); 2) quilibet *parochianus* in coemeterio parochiali eſt ſepeliendus, niſi vel *ſepulchrum particulare* habeat, vel alibi ſibi *elegerit* ſepulturam; quod poteſt, modo parochiae ſatisfiat, ſoluta *quarta canonica*, vel hodie ſolutis *funeralibus* (*b*); 3) *peregrinus* in coemeterio eius parochiae ſepeliendus eſt, intra cuius fines moritur, ſalua libertate, funus ad parochiale coemeterium deducendi (*c*).

(*a*) *c.* 5. *X. de Sepult. Clem.* 2. *eod. c.* 42. *X. de Simonia.*

(*b*) *c.* 8. 10. *X. de Sepultur. c.* 2 *eod. in* 6.

(*c*) *c.* 3. *eod. in* 6. *Frid. Eſ.* PVFENDORF *tom. I. obſ. iur. obſ.* 281. *Chriſt. Lud* CRELL. *de translatione mortuorum per alienum territorium.*

§. 608. Denegatio *ſepulturae eccleſiaſticae* fit denegatione vel *loci religioſi*, vel *liturgiae* ſepulchralis. Locus ei non eſt, niſi ex cauſa approbata, quae iure Canonico cadit in excommunicatos, haereticos, autochiros, in pereuntes in duello,

duello, in vſurarios (*a*). Denegatio *ſepulturae humanae*, quae fit denegatione vel inhumationis vel moris ſepeliendi humani, ad iurisdictionem *criminalem* pertinet.

(*a*) *c.* 11 12, 13. *X. de Sepultur. Clem.* 2. *eod. c. X. de torneament. c.* 3. *X. de vſur. c.* 12. *C.* 23. *qu.* 5. De huius poenae moderato vſu inter proteſtantes vid. Carpz. *l. c. def.* 376. *ſ.* B. Parens *l. c.* §. 40. *ſ.* et *in Ex. ad Pand. tom II. ex.* 42.

Tit. IV.

DE
IVRIBVS ET IMMVNITATIBVS LOCORVM SACRORVM ET RELIGIOSORVM.

(Lib. III. Tit. 49. *de immunitate eccleſiarum, coemeterii, et rerum ad eas pertinentium*).

ARGVMENTVM.

§. 609. *Loca ſacra et religioſa ab vſu ſeculari exemta.* 610. *Eorum Sanctitas et immunitas.* 611. *Ius aſyli.*

§. 609. Loca ſacra et religioſa non aliis vſibus adhibenda ſunt, quam qui cum *ſpeciali fine*, cui auctoritate eccleſiaſtica deſtinantur, conſiſtere poſſunt: nec in illis *iudicia criminalia* et *ciuilia*, *negotiationes*, vel *iudicia* exercere fas eſt (*a*).

 (*a*) *c.* 1.

(a) *c. 1. 5. X. de immunitate ecclesiae et coemeterii, c. 2. eod. in 6. c. 12. X. de vita et honestare clericorum.*

§ 610. Ad eundem finem tuendum data illis sunt *iura singularia*, ab Imperatorum *aduocatia* et *concessione* originem ducentia, et *decretis ecclesiasticis* confirmata. Fruuntur I) SANCTITATE EXTERNA, qua *securitas publica specialis* datur adversus aliorum iniuriam (*a*), et II) IMMVNITATIBVS, quae sunt *iura singularia exemtionum tum a iurisdictione seculari tum ab oneribus reipublicae praestandis* (*b*). Quae iura, a potestate seculari data, 1) *dependentia* permanent ab eadem (*c*), nec 2) loca sacra et religiosa ab hac prorsus eximuntur, sed *iuri maiestatico circa Sacra* subiecta manent (*d*).

(a) *L. 4. 12. 16. C. de sacrosanctis ecclesiis. c. 9. X. de immunit. eccles.* Hinc violatio personarum et rerum in iisdem *grauiori poena* vindicata. *L. 10. C. de episc. et Cler. Auth. Sed iure nouo. C. eod. Art. 171. C. C. C.* Sanctitas *interna* ratione destituitur. Vid. B. Parens in *Iur. eccl. lib. 3. tit. 49. §. 5.*

(b) *c. 3. 4. 7. X. de immunit. eccl. c. 1. eodem in 6. c. 4. de Censibus in 6.* Fata immunitatis recenset ESPEN. in *iur. eccl P. II. Sect. IV. tit. 4. c. 1. tom. II p. 86.* [L. THOMASSINI vetus ac noua ecclesiar. discipl. P. 3. L. 3. c. 5. seqq. C. ZIEGLER de dote eccles. c. XII. n. 49. seqq.]

[(c) VEREMVND V. LOCHSTEIN (v. OSTERWALD) *von der geistlichen Immunität*, 1766.]

(d) Hinc ecclesiae et monasteria, quibus specialis *immunitatis* concessio regiis diplomatibus facta est, sub *mundiburdio, tuitione regali, tuitione immunitatis* esse dicuntur. Vid. *Frid. Es.* PVFENDORFIVS *obs. iur. univ. tom. I. obs. 33.*

§. 611.

§. 611. Ab eorum ſanctitate et immunitate dependet III) IVS ASYLI, quo *ſecuritas publica tribuitur ad loca ſacra et religioſa confugientibus.* IVSTVM eſt, quoad conſtitutum eſt aduerſus omnem iniuriam et vim iniuſtam, quale datum eſt *iure Iuſtinianeo* (*a*). SINE IVRE vero *decretis eccleſiaſticis* productum eſt aduerſus *iura reipublicae* in vindicandis criminibus (*b*). Quae decreta, ſaluti publicae aduerſa, nec vbique *recepta*, et [paſſim reſtricta (*c*)] paſſim *abolita* ſunt (*d*); nec vſum ferunt inter *Proteſtantes*, inter quos ius aſyli ad *limites iuſtitiae* reuocatum eſt, vt *oppreſſis* et *laeſis* pateat in eccleſia, non facinoroſis, ad requiſitionem iudicis ſimpliciter exhibendis (*e*).

(a) Nov. XVII. c. 7. Templorum cautela non nocentibus ſed laeſis datur a lege.

(b) c. 6. X. de immunitate eccleſ. Conſtitutio *Gregorii* X. de a. 1591. et *Innocentii* XIII. de a. 1725. *C.* BARTHEL de iure aſyli *tom. II. op. p.* 668. REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 3. *tit* 49. §. 5. [ZECH diſſ. de iure Aſyli eccleſiaſt. Ingolſt. 1761. in *Ant.* SCHMIDT theſ. iur. eccleſ. Tom. V. num 7. HAHN diſſ. de ancipiti in terris vel ciuitatib. mixtae religionis aſylorum iure. Mogunt. 1765. in *A.* SCHMIDT l. c. nr. 3.]

[*(c)* DAHMEN diſſ. de iure Aſyli reſtricto ex ſpeciali Clementis XIII. priuilegio. Heidelb. 1768. in *Ant.* SCHMIDT inſtit. iur. eccl. T. I. p. 451.]

(d) Nic. MYLERVS AB EHRENBACH *de iure aſylorum cap. IV.* §. 11. *ſ. Io. Conr.* ENGELBRECHT *de iniuſta aſyli immunitatisque eccleſiaſticae ad crimina doloſa extenſione.* In *Gallia* ius aſyli iam abolitum eſt a. 1539. vid. *Petr.* GIBERT in *corp. iur. Can. tom. II. p.* 535. [*Ph.* HEDDERICH diſſ. de vero ac genuino ſtatu hodierno Aſyli; in Diſſert. iur. eccl. T. I. n. XV.]

(e) *Sam.* STRYK in obſ. *ad Brunnemanni ius eccl. lib.* 2. *c.* 2. §. 7. *Henr.* HORN in obſ. ad *Schilteri inſt. iur. Can. lib.* 2. *tit.* 7. §. 12.

TIT. V.

DE
IVRE CIRCA BONA ECCLESIASTICA ACQVIRENDA.

(Lib. III. Tit. 49. *de immunitate eccleſiarum*, Tit. 26. *de teſtamentis et vltimis voluntatibus*).

ARGVMENTVM.

§. 612. *Bona eccleſiaſtica dotalia et nouiter acquiſita.* 613. *Ius eccleſiae bona acquirendi, quatenus reſtrictum?* 614. *Iura circa eorum acquiſitionem.* 615. *Iura ſingularia in acquiſitione ex vltima voluntate.* 616. *Sanctiones iuris Can. de cauſis teſtamentariis in genere.* 617 *Iura eccleſiae circa acquiſita.* 618. *Eorum immunitates.*

§. 612. *Bonorum eccleſiaſticorum* appellatio, perinde ac *eccleſiae* nomen, late patet, pertinetque ad bona, quae tum in *eccleſiae* tum in *corporum eccleſiaſticorum* patrimonio ſunt (*a*). Ratione acquiſitionis vel *dotalia* ſunt, vel *nouiter acquiſita*, prout vel per *fundationem* (*b*), vel alio *acquiſitionis titulo* obuenerunt (*c*): Ratione finis ſeu deſtinationis vel *communia* ſunt, vel *particularia* (§. 459.).

(*a*) *L.* 17.

(a) *L.* 17. 23. *C. de SS. Eccles.* Num. 7. *et* 120.
(b) *c.* 8 *de rebus eccles. alienand. C.* Ziegler *de dote eccles.* Vit. 1717 *cap.* 4. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 26 §. 25 *et lib.* .. *tit.* 23. § 21.
(c) *Lud. Ant.* Mvratorivs in *tom. V. Antiquit. Italiae medii aeui* diss. 67. *de modis, quibus ecclesiae, episcopi, canonici, monasteria terrenis opibus et commodis auctae sunt.*

§. 613. Ecclesiae, et corpora ecclesiastica *publica, acquisitionis bonorum* in republica capacia sunt (§. 19). nisi quoad haec pro bono publico *lege speciali* est circumscripta. Hoc passim factum est per sanctiones speciales, quibus interdictum est ecclesiis ius acquirendi *bona immobilia secularia absque speciali impetrata concessione:* cuiusmodi concessio *amortizatio* appellatur (*a*).

(*a*) Espen in *I. E. P. I. tit.* 29. *c.* 3. *et* 4. *tom. I.* novae edit. *p.* 280 *Petr.* Peckivs *de amortizatione bonorum. Bernh.* Glettle *anatomia iuris amortizandi.* Heidelb. 1740. *Io. Christ.* Cramer de *alienatione bonorum equestrium ad manus mortuas per statutum prohibita. Wigul. Aloys.* L. B. A. Kreitmayer in *Anmerkungen ad Cod. Maximilianeum tom. II. p.* 411. [Kerner's *Staatsgenossenschaftsrecht der unmittelbaren Reichsritterschaft* p. 273. *Ant.* Schmidt thes. iur. eccl. Tom. V. nro 13. 14. *F. X. von* Moshamm *über die Amortizationsgesetze überhaupt und besonders in Baiern. Regensb.* 1798. B. Avctoris *Rechtsfälle* T. III. P. II N. 241.]

§. 614. Circa *acquisitionem* bonorum ecclesia vtitur *iure communi* (*a*); nisi quoad ei *per leges* ius singulare datum est. Neque enim pars *potestatis ecclesiasticae* est, iura ecclesiae circa acquisitionem in *republica* definire: nec id per *canones* tentatum est (*b*), praeterquam in acquisi-

 tione,

tione, quae fit per *vltimam voluntatem:* cuius rei prima origo a *cura et executione piarum dispositionum*, episcopis a *Iustiniano* demandata, repetenda est (*c*).

(*a*) *L.* 1. *et vlt. C. de SS. ecclesiis Fr.* BALDVINVS *de legibus Constantini M.* in tom. I. *Iurisprud. Rom. Atticae p.* 581.

(*b*) Ne quidem circa sanctiones imperiales, quae *donationes* vltra *quingentos solidos*, ecclesiae factas, *insinuationis legi* subiiciunt, *L.* 19. *C. de SS. eccl.* in iure Canonico quidquam tentatum est, nec etiam iure tentari potuit. V. B. Parens in *iur. Paroch. Sect. V. c.* 1. §. 12. [b. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. I. P. I. N. 12.]

(*c*) *L.* 46. §. 6. *C. de episcop. et Clericis L.* 28. 49. *C. eod.* Nov. 131. *c.* 11. *Obs.* meae *iuris Can.* obs. IV. de *originibus iurisdictionis ecclesiasticae in causis testamentariis* §. 2. 7.

§. 615. Inde natales ducunt sanctiones iuris Canonici, ad promouendam *bonorum ecclesiasticorum acquisitionem* constitutae, quod 1) *testamenta* et *legata* ad *pias causas* non secundum leges ciuiles sed secundum decretorum statuta iudicanda sint, quae *solennitatem nullam* exigunt, sed tantum vltimae voluntatis *probationem*, non minus *duobus testibus* quam ex *idoneo instrumento defuncti* instruendam (*a*); indeque 2) valida sit *pia* dispositio, in testamento, respectu *aliorum* imperfecto, relicta (*b*); quod 3) *filio familias* de bonis *profectitiis* et *aduentitiis* cum patris consensu ad *pias causas* testari liceat (*c*), et 4) ad pias causas relicta, in *alterius arbitrium* conferri possint (*d*); 5) de-

5) denique cura et *executio* piarum diſpoſitionum pars ſit *iurisdictionis eccleſiaſticae* (*e*).

(*a*) *c.* 11. *X. de teſtamentis.* [*Didacus* COVARRVVIAS *a* LEYVA de teſtamentis ad c. relatum 11. in prim. n. 12. in Opp. T. 1. fol. 25.] Ex vſu Codicis *Theodoſiani* per Gallias idem in conciliis ſtatutum eſſe, obſeruaui in *cit. Obſ. IV.* §. 5. De vſu fori vid. WERNHER *obſ. for. P. I. obſ.* 21. *et Suppl.* REINHARTH *obſerv. ad Chriſtinaei deciſ. Vol. IV. obſ.* 36. *I. Casp.* HEIMBVRG *de his quae vltima voluntate per ſcript. declarata piis cauſis relinquuntur* §. 14. *Gottf. Leonharth* LOECHER *de teſtamento ad pias cauſas ſine teſtibus valido* §. 16.

(*b*) [NOV. 107. c. 1.] *Io. Vlr. de* CRAMER *de eo quod impium eſt in piis cauſis tom. III. opuſc. p.* 421.

(*c*) *c.* 4. *de ſepulturis in* 6.

(*d*) *c.* 13. *X. de teſtamentis. c.* 3. *eod. in collect. II. ant. decretal. Chriſt. Frid.* HARPPRECHT *de eo qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit. Chriſtiani Frid.* GLÜCK *Innocentius III. in c.* 13. *X. de teſtament. Iuri ciuili haud derogans. Erlang.* 1784.

(*e*) *c.* 6. 17. 19. *X. de teſtamentis Clem. vn. eod.* LAVTERBACH *de executione vltimar. voluntatum.*

§. 616. Obſeruare hoc loco iuuat, *occaſione piarum diſpoſitionum* poteſtatem eccleſiaſticam productam eſſe ad *cauſas teſtamentarias quascunque*: et has quidem I) ad *forum eccleſiaſticum* olim reuocatas eſſe (*a*), II) ſpecialem coram *parocho* et *duobus teſtibus* teſtandi formam praeſcriptam eſſe (*b*), licet aetatem non tulerit: nec non III) circa *fideicommiſſa* hoc eſſe innouatum, quod liberi, fideicommiſſo grauati, tam *legitimam*, *grauaminis* impatientem, quam *Trebellianicam*, iure cuiuslibet *heredis fiduciarii*, detrahere queant:

id quod constitutum est nulla habita ratione, vtrum fideicommissum *purum*, an *sub conditione* vel *in diem* relictum sit (*c*).

(*a*) In Anglia caussae testamentariae omnes hodienum ad forum ecclesiasticum pertinent. Vid. *cit. Obs. IV.* §. 10.

(*b*) *c.* 10. *X. de testam. de* CRAMER *tom. I. obs.* 350.

(*c*) *c.* 16. 18. *X. eod.* HARPPRECHT de *iure deducendi duas quartas n.* 345. B. Parens in *I. E. lib. III. tit.* 26. §. 56. *Frid. Es.* PVFENDORFIVS in *obs. iur. vniv. tom. II. obs.* 82. 83. diss. mea de *liberis fideicommisso oneratis* §. 17. [b. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. I. P. I. N. 16.]

§. 617. Bonorum ecclesiasticorum *dominium*, vi *acquisitionis*, ex rectiori sententia est penes *ecclesiam, qua vniuersitatem* (*a*): id vero tum 1) per politiam ecclesiae subordinatum est *inspectioni ecclesiasticae* (*b*), tum 2) ex nexu potestatis ciuilis subiectum *iuri circa Sacra*.

(*a*) GONZALEZ TELLEZ *ad Decretales tom. III. p.* 254. *Fr.* SARMIENTO *de reditibus eccles. p.* 1. *c.* 1. *Paul.* SARPII *traité des Benefices art.* 21. *qu.* 1. B. Parens *I. E. lib.* 3. *tit.* 5. §. 30 *et in iur. Paroch. Sect.* 5. *c.* 3. §. 4.

(*b*) *c.* 2. 3. 5. 6. *C.* 10. *qu.* 1. *c.* 7. *C.* 10. *qu.* 2. CARPZOV. in *iur. eccl. lib.* 2. *def.* 299. *n.* 2.

§. 618. Per acquisitionem *bonorum* ab ecclesia factam naturali ratione nec minui nec tolli possunt iura *imperii ciuilis*, in bonis competentia. Itaque non nisi Imperantium *indulgentiae et concessionibus* debetur, quod I) bona ecclesiastica, qua talia, *iurisdictioni ecclesiasticae* subiecta sint (*a*), et quod II) *immunitate* ab oneribus publicis fruantur;

tur: quae illis ideo non vlterius competit, quam quoad *conceſſione* vel *antiqua obſeruantia* eſt acquiſita (*b*). Hinc 1) bona eccleſiae *nouiter acquiſita* oneribus publicis obnoxia permanent: bona eccleſiaſtica vero 2) etiamſi immunia ſint, ex *cauſa neceſſitatis* reuocari ſub nexum onerum extraordinariorum poſſunt (*c*).

(*a*) *Casp.* ZIEGLER *de dote ecclef. cap.* 12. *n.* 23. 24. *Dav. Ge.* STRVBEN *de iure dirimendi lites de bonis eccleſ. obortas* inter obſeruat. iur. Germ. *obſ. VII. p.* 242. [DESSELBEN *Unterricht von Regierungs - und Juſtizſachen* Sect. I. §. 3. lit. c.

(*b*) Origines et progreſſus immunitatis, *beneficio principum* datae, recenſent ZIEGLER *l. c. c.* 12. *n.* 49. 59. STRVBEN *l. c. obſeruat. III.* §. 4. ESPEN. in *iur. eccl. P. II. Sect. IV. tit.* 4. *c.* 1. et ſq. Conf. *Ecrits pour et contre les Immunités prétendues par le Clergé de France.* Hagae Comit. 1751.

(*c*) *c.* 4. *X. de immunitate eccleſ. c.* 3. §. 2. *eod. in* 6. *Clem. vn. eod.*

TIT. VI.

DE IVRE CIRCA BONA ECCLESIASTICA ALIENANDA.

(Lib. III. Tit 13. *De rebus eccleſiae alienandis vel non.*)

ARGVMENTVM.

§. 619. *Eorum alienatio prohibita.* 620. *Niſi interueniat iuſta cauſa.* 621. *Et iuris ſolennitas.* 622. *Vis aliena-*

alienationis rite vel non rite factae. 623. *Probatio et praesumtio pro iustitia alienationis.*

§. 619. Ius ecclesiae in *alienandis* rebus *sacris* nec non rebus *ecclesiasticis* immobilibus mobilibusque pretiosis, lege tam *seculari* quam *ecclesiastica*, ex ipsius ecclesiae commodo restrictum est: nec earum alienatio ecclesiae permittitur, nisi interueniente *iusta causa*, et seruata *forma a legibus praescripta (a)*; quae *solennitas ecclesiastica* vocatur. Alienatio autem hoc loco in sensu *generali* accipitur pro qualibet translatione iuris in re (*b*).

(*a*) Historia sanctionum, quibus bonorum ecclesiasticorum alienatio primum a Leone in sola *maiori ecclesia Constantinopolitana* in *L.* 14. *C. de SS. eccles.* deinde ab Anastasio in ecclesiis, eidem *patriarchatus titulo* subiectis, tandem a Ivstiniano per ecclesias *Orientis* et *Occidentis* interdicta est, recensetur in Nov. 7. *pr.* Nov. 120. Cum iisdem conspirat tot. tit. X. *de rebus ecclesiae alienandis vel non.*

(*b*) c. 5. *X. h. t.* [c. 6 9. 11. 12 X. eod. De locatione bonorum perpetua vid. b. Avctoris *Rechtsfälle* T. I. P. I. N. 92.]

§. 620. *Causa* alienationis I. *iusta* censetur, si eam poscit vel 1) ecclesiae *necessitas*, ad quam tam aeris alieni quam officii pietatis soluendi obligatio pertinet, vel 2) *euidens* eius vtilitas (*a*). Vtraque causa in rebus ecclesiae immobilibus, prior tantum in rebus sacris alienandis legitima est (*b*).

(*a*) *c.* 1. *eod. in* 6. *c.* 8. *X. eod. c.* 53. *C.* 12. *qu.* 2. *Io. Casp.* Barthel de *rebus eccl. non alienand. art. II.* §. 6. *tom.* 2. *op. p.* 821.

(*b*) *c.* 13.

(b) c. 13. 14. [15. 53. 68.] 70. C. 12. qu. 2. [c. 6. X. de eccl. aedif. c. 8. X. h. t. a RIEGGER inſtit. iurispr. eccleſ. P. III. §. 307]

§. 621. II. *Solennitas alienationis* in eo conſiſtit, quod praeuio *tractatu* eorum, qui eccleſiae praeſunt eamque repraeſentant, et adhibita *cauſae cognitione*, auctoritate legitimi ſuperioris *decernenda* ſit (*a*): id quod fit interpoſito *decreto de alienando*. Vnde in *dioeceſi* deſideratur auctoritas *epiſcopi*, et quidem in *bonis epiſcopatus alienandis* conſenſus *capituli*, capitulariter congregati (§. 505.) (*b*), inter *proteſtantes* vero auctoritas principis Euangelici, cuius iure fungitur *conſiſtorium* intuitu bonorum ipſi ſubiectorum (*c*).

(a) c. 52. C. 12. qu. 2. c. 1. h. t. tit. in 6. Nov. VII.

(b) c. 1. h. t. in 6. c. vlt. X. de his quae fiunt a maiori parte capituli [C. 8. X. h. t. C. vn. ambitioſae extrav. comm. h. t.] REIFFENSTVEL in *iur. can. lib. III. tit.* 13. §. 2 *n.* 25. Idem iuris in praelaturis Proteſtantium KLOCK *tom. I. Conſ.* 35. *n.* 84. REINHARTH in *obſ. ad Chriſtinaei deciſ. Vol. I. obſ.* 41. Nec maior ſolennitas in alienatione bonorum *menſalium* vel *dotalium* deſideratur: LYNCKER *reſp. II. n.* 71. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 13. §. 22. 24. 26. [SCHOLLMAYER diſſ. de reb. eccleſiae non alienandis. Mogunt. 1780. SCHNAVBERT's *Komment. über das Lehnrecht* S. 89. b. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. I. P. I. N. 53.]

(b) CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 299. 300.

§. 622. Alienatio bonorum eccleſiaſticorum nulla eſt, quae nec ex *iuſta cauſa* nec ſecundum formam praeſcriptam inita eſt. Datur inde 1) eccleſiae ius *vindicandi* alienata a quolibet

bet possessore vna cum fructibus, idque et ipse *alienans* et *successor* eius, nec non *patronus* exercere potest (*a*): 2) ecclesiae simul consulitur actione in factum aduersus *alienantem* eiusue heredes ad indemnitatem (*b*). Rite vero suscepta alienatio *valida* est, salua *restitutione in integrum*, si ecclesia *laesa* est (*c*).

(*a*) c. 4. 6. 9. 12. *X. h. t. c.* 2. eod. in 6. Clem. 1. eod. BARTHEL *l. c. art.* §. 3 4. *p.* 845.

(*b*) c. 18 *C.* 12. *qu.* 2. *c.* 3. *X. de pignor.*

(*c*) [c. 2. C. 10. qu. 2] *c.* 11. *X. h. t.*

§. 623. *Probationis* causa interest, omnia, quae in alienatione interueniunt, *ad acta* referri. *Adhibita* vero *iuris solennitate*, praesumtio est pro *iustitia causae*, donec eius defectus ab allegante probetur (*a*): eaque non minus ex *antiquitate temporis* infertur (*b*).

(*a*) *c.* 5. *X. de probationibus. Gail. lib. II. obs.* 71.

(*b*) HARPPRECHT *resp.* 57. *n.* 292. B. Parens *l. c.* §. 33.

TIT.

Tit. VII.

DE

IVRE ECCLESIAE CIRCA FEVDA ACQVIRENDA ET CONSTITVENDA.

(Lib. III. Tit. 20. *de feudis*).

ARGVMENTVM.

§. 624. *Ius ecclesiae circa feuda acquirenda.* 625. *Obligatio circa acquisita.* 626. *Infeudatio bonorum ecclesiasticorum.* 627. *Ius ecclesiae circa illa.* 628. *Natura feudorum ecclesiasticorum.*

§. 624. I. Ecclesiae, ceu feudorum ab origine incapaci, *ius feuda acquirendi* non competit, nisi ex *domini directi* indulgentia (*a*). Ratione *acquisitorum* iisdem obstringitur *obligationibus*, quae *iure* et *contractu feudali* constituuntur, nisi quid vel *expresse* vel *tacite* remissum vel relaxatum sit; idque *tacite* et ex *obseruantia* actum censetur, vt ad officia, intuitu feudi obeunda, constituat PROVASALLVM, qualis est *ecclesiae Praelatus* (*b*).

(*a*) *Casp.* Ziegler *de clerico milite.* B. Parens de *feudis ecclesiast.* et in *iur. eccl. lib.* 3. *tit* 20. §. 72 *f.*

[(*b*) b. Avctoris princ. iur. feudal. L. I. Sect. I. C. V. §. 94. not. c.]

§. 625. Praelatorum, ceu *Prouasallorum ecclesiae*, eadem sunt *iura* et *obligationes*, ac *Vasallo-*

ſallorum. Vnde 1) intra *annum*, ex quo *electi* vel *perfecte poſtulati* vel *nominati* ſunt, *inueſtituram* feudorum eccleſiae petere (*a*), 2) *iuramentum fidelitatis* cum *homagio*, vbi *qualitas feudi* id exigit, praſtare (*b*), 3) *ſeruitia feudalia* vel per *ſubſtitutum* exhibere vel aere *redimere*, et 4) intuitu bonorum cauſarumque feudalium *iurisdictionem domini feudi* agnoſcere obligantur (*c*). 5) *Feloniae* rei facti, iuribus omnibus, quae ipſis tamquam *prouaſallis* in feudo competunt, priuari poſſunt, ſaluo per omnia *ipſius eccleſiae* iure (*d*).

(*a*) *Inſtr. Pac. Oſn. art. V.* §. 21. *in. f.*

(*b*) *c.* 30. *X. de iureiur. c. vn.* §. 2. *de ſtatu regular. in* 6,

(*c*) *c.* 6. 15. *X. de foro compet. c.* 13. *X. de iudic.*

(*d*) *II. F.* 40. *in f.*

§. 626. II. Ad *infeudationem bonorum eccleſiaſticorum* eadem deſiderantur, quae ad *alienationem.* Valida ergo non eſt absque *eccleſiaſtica ſolennitate* (*a*), niſi ſint bona in *feudum dari ſolita* (*b*); cum noua conceſſio, eodem titulo facta, ſit priſtinae conceſſionis continuatio; vel 2) tantum agatur de *feudo redintegrando* (*c*). Talia feuda ratione *obiecti* eccleſiaſtica dicuntur, *Krumſtaebiſche Lehn*, eaque vel *data* ſunt, quae in bonis, quae iam eccleſiaſtica ſunt, vel *oblata*, ſi in bonis ea lege in eccleſiam translatis conſtituuntur, vt ipſi tradenti ab ea in feudum concedan-

dantur. In feudis oblatis conſtituendis nulla iuris ſolennitas deſideratur.

(a) c. 5. 11. 12. *X. de reb. eccl. alienand.* Reinharthi *obſeruat. ad Chriſtinaei deciſ. Vol. I. obſ.* 41. *I. Paul* Kressii diſſert. praelim. ad *Thummermuti tr. Krumſtab ſchleuſt niemand aus* §. 34. 51.

(b) c 2. *X. de feudis.* [Zepernick's *Miscellaneen zum Lehnr.* III. B. N. 13]

(c) c. 5 *X. de donationibus.*

§. 627. Feudorum eccleſiaſticorum *dominium directum* eſt penes *eccleſiam.* Praelato vero competit *ius proprium*, *ſuo nomine exercendi iura, quae domino directo eccleſiae inſunt*, quod *prodominium* vocatur, ac praelato *ſoli* competit, niſi quoad in certis cauſis adſtrictum eſt ad *conſenſum capituli.* Sunt ergo, 1) qui feuda ab eccleſia tenent, *eccleſiae* et *praelati* Vaſalli (*a*). 2) *renouatio inueſtiturae* facienda eſt *mutato praelato*, ceu *prodomino*, eaque petenda eſt intra *annum*, a tempore *canonicae prouiſionis.* 3) Ipſius eſt *iurisdictio* de cauſis, iura et obligationes circa feuda eccleſiaſtica concernentibus; quae eſt *ſpecies ſecularis iurisdictionis*, et prouocationi ad *ſecularia tantum iudicia* obnoxia (*b*). 4) Sine eius conſenſu feuda eccleſiaſtica nec *alienari* nec *hypothecae* nexu obligari poſſunt (*c*).

(a) Diſſ. mea de *impedita feudorum conſolidatione* §. 4. 18. 19.

(b) c. 7. *X. de foro compet.* B. Parens *l. c.* §. 86.

(c) c. 7. *de conſtitutionibus.*

§. 628.

§. 628. Quae ad naturam feudorum iure feudali communi definitam pertinent, in *feudis ecclesiasticis* tamdiu obtinent, donec aliud in eorum *datione* vel *oblatione* placuisse, vel *speciatim* constitutum esse appareat (*a*).

(*a*) KRESSII *diss. praelim. cit.* §. 56. *s. Henricus* COCCEII de *feudis fuldensibus cap.* I. *Io. Frid.* SCHANNAT in *Clientela Fuldensi P. I. c.* 2.

TIT. VIII.

DE IVRE CIRCA BONA ECCLESIASTICA ADMINISTRANDA.

(Lib. III. Tit. 14. *de Precariis* Tit. 15. *de Commodato.* Tit. 16. *de deposito.* Tit. 17. *de emtione venditione.* Tit. 18 *de locato conducto.* Tit. 19. *de rerum permutatione.* Tit. 21. *de pignoribus.* Tit. 22. *de solutionibus.* Tit. 23. *de donationibus*).

ARGVMENTVM.

§. 629 *Administrationis fundamentum.* 630. *Contractus alienationem continentes.* 631. *Emphyteusis bonorum ecclesiasticorum.* 632. *Contractus vi administrationis initi, et obligatio ecclesiae ex illis.* 633. *Iura singularia crediti et debiti ecclesiae.*

§. 629. Administratio bonorum ecclesiasticorum geritur vel 1) ex *lege* (§. 507.), vel 2) iure *beneficii*, qualis est fructuaria, ad officium boni

patris

patris familias adſtricta (§. 556.), 3) vel vi *ſpecialis functionis*, quae iure *tutelae* et *curae* cenſetur (*a*); quo nomine pro eius ſecuritate eccleſiae hypotheca tacita in *bonis adminiſtratorum* tribuitur, perinde vt in bonis tutorum et curatorum (*b*).

(*a*) Cauetur in *Clem.* 2. *de domib. religioſ.* vt adminiſtratores ad *inſtar tutorum et curatorum* iuramentum praeſtare, de bonis *inuentaria* conficere, et *ſingulis annis* de adminiſtratione ſua *rationes reddere* teneantur. De ipſa adminiſtratione et rationibus eius reddendis vid. B. Parens in *Iure Paroch. Sect. IV. c.* 3.

(*b*) Eccleſia enim fungitur iure minoris *c.* 3. *X. de reſtitut. in int.* B. Parens *Sect. VI. c.* 3. §. 13.

§. 630. Adminiſtratione bonorum eccleſiaſticorum 1) non continetur facultas ea *alienandi*, exceptis eis, quae ſeruando ſeruari nequeunt; nec ideo ius de eis ineundi *contractus*, quibus *alienatio* ineſt (*a*), niſi adhibita *ſolennitate eccleſiaſtica* (§. 621.). Tales ſunt *venditio*, *permutatio*, *donatio*, *pignoris*, *hypothecae* ac *ſeruitutum* conſtitutio, *transactio*, *compromiſſum*, ſimilesve (*b*). Eodem pertinet ab *antiquitate* magis quam *ab vſu* commendata *datio in precariam*, qua bona eccleſiae alicui ad ſubleuandam eius indigentiam in vſumfructum dantur ad tempus determinatum (*c*).

(*a*) *c.* 2. *X. de donationibus.* Ibi: *cum epiſcopus et quilibet praelatus eccleſiaſticarum rerum ſit procurator, et non dominus.*

 (*b*) *c.* 1.

(*b*) *c.* 1. 2. *X. de rer. permutat. c.* 2. *X. de donat. c.* 1. *X. de pignor.*

(*c*) Forma precariae in *L.* 14. §. 5. *C. de SS. eccleſ.* Nov. 7. *c.* 4. *C.* 10. *qu.* 2. praeſcripta, vt videlicet finito precariae tempore res data vna cum alio praedio *eiusdem aeſtimationis* reſtitueretur, eccleſiae admodum proficua fuit. [NELLER de precariis. Trev. 1750. in SCHMIDT.ti eſ. eccl. tom. VII. De locatione perpetua vide b. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. I. P. I. N. 92.]

§. 631. Ex eadem ratione bona eccleſiaſtica dari nequeunt in *emphyteuſin* (*a*) vel in contractum *villicationis*, absque ſolennitate eccleſiaſtica; niſi ſunt bona in hunc contractum *ab antiquo dari ſolita* (*b*). Poteſt vero emphyteuſis 1) non minus *ad tempus*, quam in *perpetuum*, ſed non niſi *interueniente ſcriptura* in bonis eccleſiae valide conſtitui (*c*). In conſtituta emphyteuſi 2) eccleſia fungitur iure *dominii directi* et iure inde dependente, ob canonem, *per biennium* non ſolutum, emphyteutam expellendi, niſi *celeri ſatisfactione*, hoc eſt, ſolutione ante litem conteſtatam facta, ſibi conſulere ſtuduerit (*d*).

(*a*) *c.* 5. *X. de reb. eccl. alienand.*

(*b*) *c. vn. Extrav. Comm. eod. c.* 2. *X. de feudis.*

(*c*) Nov. 7. *pr.* Nov. 120. *c.* 5. 6.

(*d*) *c. vlt. in f. X. de locato conducto.*

§. 632. E contra II) *vi adminiſtrationis* bonorum eccleſiaſticorum competit ius ineundi contractus, eorum *conſeruationem*, legitimum *vſum*, perceptionemque *redituum* concernentes: modo

ex

ex *vtilitate ecclesiae* et secundum *limites* demandati officii ineantur (*a*). Obligatur ecclesia ex his contractibus *probata versione in rem ipsius* (*b*). Quodsi contractus initur *ex consensu* eorum, qui ecclesiam repraesentant; haec simpliciter obligatur, nec opus est probatione versionis (*c*): saluo tamen ob laesionem beneficio *restitutionis in integrum* (*d*).

(*a*) Nov. 120. *c*. 6. §. 3. *Auth. Hoc ius porrectum inf. C. de SS. eccles. c*. 4. *X. de fideiussoribus c*. 1. *X. de deposito c*. 4. *X. Ne praelati vices suas sub ann. cens. conc. c. vn. Extrav. comm. de reb. eccl. non alienand.*

(*b*) *c*. 1. *X. de solutionib. c*. 2. *X. de donat. c*. 4. *X. de fideiuss.* Probandae versionis partem facit *numeratio pecuniae.* vid. BRVNNEMANNI *Ius Eccles. lib.* 2. *c*. 15. §. 27.

(*c*) *c*. 4. *X. de fideiuss.* MEVIVS *p. VIII. dec.* 162. B. Parens in *iur. eccl. lib*. 3. *tit*. 23 §. 33. 37.

(*d*) *c*. 3 *X. de restit. in integrum.* [HOMMEL in Rhaps. Iur. obs. 324.]

§. 633. Ecclesia ratione crediti et debiti, vel ipsius nomine vel ab ipsa immediate contracti, vtitur *iure communi*, nec ratione *crediti* gaudet *tacita hypotheca* vel iure *praelationis* (*a*); nisi quod *vsu fori* locum praecipuum prae chirographariis in *quarta* classe obtineat. Ecclesia *debitrix* vero, aere alieno onerata, 1) beneficio fruitur *offerendi res in solutum*, quas dare ipsi expediuerit (*b*); eique 2) succurrendum est vel *moderatione* vsurarum vel *remissione* (*c*).

(a) Iure ecclesiastico particulari ecclesiae datur *ius hypothecae* vel ius *praelationis*. Exempla recenset Brvnnemann *l. c. c.* 2. B. Parens *l. c. lib.* 3. *tit.* 16. §. 23. 24.

(b) Nov. 120. *cap.* 6. §. 2. *in f.*

(c) *Auth. Hoc ius porrectum C. d. SS. eccles.* B. Parens *l. c.* §. 48.

Tit. IX.

DE

IVRE CIRCA PRAESCRIPTIONEM BONORVM ECCLESIASTICORVM.

(Lib. II. Tit. 26. *de Praescriptionibus.*)

ARGVMENTVM.

§. 634. Praescriptio acquisitiua et extinctiua. 635. Vtriusque iustitia in bona fide. 636. In acquisitiua desideratur b. f. possessio. 637. Quatenus titulus? 638. Tempus praescriptionis. 639. Eius interruptio. 640. Praescriptio simplex et qualificata seu immemorialis. 641. Fundamentum extinctiuae. 642. Vis eius in iuribus ecclesiae amittendis; 643. in iure annuorum redituum.

§. 634. Bona ecclesiastica amitti possunt per praescriptionem: quae in genere est *modus excludendi ius alterius, ob neglectam eiusdem iuris persecutionem per tempus lege definitum.* Est illa vel extinctiva, *si fundatur sola neglecta iuris persecutione;* vel acqvisitiva, *si fundatur simul per bonae fidei possessionem determinato tempore continuatam.*

tam. *Illa* tantum habet effectum *extinctiuum* ratione eius, aduersus quem praescribitur, *haec* simul effectum *acquisitiuum* ratione praescribentis, tam in iure per praescriptionem *constituendo*, quam in iure ab altero neglecto *acquirendo*.

§. 635. Ad *iustitiam* praescriptionis iure *Canonico* desideratur BONA FIDES, sed in significatu paulo ampliori ac iure Romano, quo denotat *opinionem, in qua quis est ex ignorantia iuris, alteri vel erga se vel erga res a se possessas competentis*; vti e contra *mala fides* oritur ex *scientia* contrarii. Nascitur *bona fides* tum ex *ignorantia rei alienae, quam tamquam suam possidet*, tum ex *ignorantia debiti*, quod *interpellatus* non praestat: vti *mala fides* descendit tum ex *scientia rei aliena*, quam quis habet pro sua, tum ex *scientia debiti*, quod *monitus* alteri non praestat (*a*). Sola scientia debiti, quod ab altero intra tempus lege definitum *non exigitur*, non inducit malam fidem: cum *ius alterius*, cuius nulla facta est interpellatio, per lapsum temporia lege definiti extinctum iure praesumatur (*b*). Peccati euitandi causa bona fides in *omni praescriptione* et per *totum praescriptionis tempus* desideratur. Pro *bona fide* tamen militat *praesumtio iuris*: et *mala fides* ab allegante *probanda* est.

(*a*) Notiones *bonae* et *malae fidei* conueniunt cum *rationibus* et cum tota *sententia cap. vlt. X.* de praescript. *Quo-*

 niam

niam omne, quod non est ex fide, peccatum est: synodali iudicio definimus, vt nulla valeat absque bona fide praescriptio, tam canonica, quam ciuilis: cum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quae absque mortali peccato non potest obseruari. Vnde oportet, vt qui praescribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienae. Conf. c. 5. X. eod. *Gratianus* post c. 44. *de poenit. D.* 3. *Nic. Christ.* LYNCKER *de bona fide in praescriptionibus tam de iure civ. quam Can. necessaria th.* 16. *s. August.* LEYSER *ad Pand. spec.* 455. *med.* 1. *et* 12. *Frid. Es.* PVFENDORF in *obs. iur. vniv. tom. I. obs.* 115. *Io. Vlr. de* CRAMER *tom. I. obs.* 433. Non pauci tamen strictiorem iuris Romani significatum sequuntur. Vid. *Henr.* COCCEII binis diss. *de finibus b. f. in praescript. de iure Can.* [Francof. 1694. 99] WERNHERVS in *select. obs. for. P. I. obs.* 185. [*Ern. Chr.* WESTPHAL de indole b. f. in praescriptionibus, Halae 1764.]

(r) *Casp.* BARTHEL in *Annot. ad ius Can. lib.* 2. *tit.* 26. § 4. *n.* 106. 108. REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 2. *tit.* 26.

§. 636. Continetur I) fundamentum PRAESCRIPTIONIS ACQVISITIVAE in *bonae fidei possessione per tempus lege definitum continuata (a).* Quantum itaque *b. f. possessum*, tantum praescriptum est (*b*).

(*a*) *c.* 5. 19. 20. *X. h. t. c.* 2. 3. *de reg. iur. in* 6.

(*b*) *c.* 18. *h. t. c.* 30. *X. de decimis.*

§. 637. Ex natura acquisitionis ad eam in genere requiritur *ius possidendi*, quod quilibet habet ex iure communi, quoad *ex speciali ratione* non ademtum vel restrictum est *(a).* In *longi temporis* praescriptione *titulus* desideratur (*b*). In praescriptione *longissimi temporis* titulus ex tanti temporis possessione *praesumitur*,

modo

modo praefcribens ius poffidendi ex iure communi habet Quodfi ius commune *ipfi contrarium* eft, ideoque *praefumtio* ex eo habetur *contra ipfum*; probandus eft *titulus*, qui poffeffori *caufam* tribuat *praefcribendi*, veluti in *praefcriptione rerum ecclefiafticarum* (*c*).

(*a*) *c.* 7. *X. de praefcript.*

(*b*) *L.* 4 *C. de vfuc. pro herede. L.* 24. *C. de rei vind.*

(*c*) *c.* 1. *de praefcript. in* 6. *c.* 7. *eod.*

§. 638. II. *Tempus lege definitum* in praefcriptione *aduerfus ecclefiam* intuitu bonorum immobilium et iurium eft tempus *longiffimum* faltem XL. annorum; etiamfi ecclefia *aduerfus ecclefiam* praefcribere velit (*b*); *triennii* praefcriptione in rebus mobilibus in fuo vigore manente (*c*). Obferuandum vero, 1) in *computando* tempore praefcriptionis fubducendum effe tempus *legitimi* in perfequendo iure *impedimenti*, quale eft tempus *hoftilitatis*, *vacantiae* et *fchifmatis* (*d*), 2) eodem toto elapfo, ecclefiae *intra quadriennium* faluam effe *reftitutionem in integrum* (*e*).

(*a*) Ecclefia *contra priuatos* vtitur iure communi, resque priuatorum praefcribere poteft non minus *longo* quam *longiffimo* tempore XXX. annorum; eoque pertinet *c.* 3. *X. h. t. c.* 8. *C.* 16. *qu.* 3.

(*b*) *c.* 8. *X. h. t.* Centum annorum praefcriptione gaudet *ecclefia Romana* ex priuilegio IVSTINIANI in Nov. 131. c. 6. vid. c. 13. 14 17. *X. eod.* *Io. Aug.* BACHII diff. de *praefcriptione c. annorum in actionibus ecclefiae Rom. de iure ciuili.* [in eiusd. Opufculis diff. II.]

 (*c*) *Auth.*

(c) *Auth. Quas actione C. de SS. eccleſ.*

(d) *c. 4. 10. 14. 15. X. h. t.*

(e) *Clem. vn. de reſtitut. in integr.* [*C. F.* KÜHNE de beneficio reſtitutionis in integrum eccleſiae contra praeſcriptionem denegando. Helmſt. 1791.]

§. 639. III. Poſſeſſio b. f. *continuata* eſſe debet per *totum praeſcriptionis tempus. Interrumpitur* praeſcriptio, ſi inchoata ex poſt vim amittit ob ſuperuenientem defectum *eorum, quae ad eius naturam deſiderantur. Naturaliter* interrumpitur amiſſa poſſeſſione, vel ſuperueniente mala fide (*a*). *Ciuiliter* interrumpitur, *ſi ex legis diſpoſitione pro interrupta habetur*, veluti iure Can. per *citationem reo inſinuatam* (*b*). *Naturaliter* interrupta vim omnem amittit, quamuis ſublato impedimento de nouo inchoari queat; *ciuiliter* interruptae vis ab *exitu litis* pendet (*c*).

(a) *c. vlt. X. h. t. c. 8. X. eod.*

(b) *L. 1. C. de annali except. Clem. 2. Vt lite pendente nihil innouetur.*

(c) REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib. 2. tit. 26. §. 7. n.* 218.

§. 640. *Praeſcriptio acquiſitiua* eſt vel SIMPLEX, quae tantum fundatur in b. f. poſſeſſione per tempus *iure determinatum* continuata, vel QVALIFICATA, quae vocatur IMMEMORIALIS, cum ſimul fundata ſit in *praeſumtione iuris olim legitime acquiſiti*, quam quis habet ex *b. f. poſſeſſione per immemoriale tempus continuata.* Hac probata, naſcitur

ſcitur violenta *iuris praeſumtio* iuris olim legitime acquiſiti, quae vice *tituli* et legitimae conceſſionis fungitur. Praeſcriptio immemorialis itaque (*a*) in omnibus caſibus obtinet, vbi *ius commune* poſſeſſori eſt aduerſum, ac praeſumtio *contra ipſum* habetur, etiamſi *ſpecialem titulum* oſtendere nequeat. Omni praeſcriptione *excluſa*, 2) non cenſetur excluſa *immemorialis*, vim tituli habens (*a*).

(*a*) *c.* 1. *de praeſcript. in* 6. ibi: *Vbi tamen eſt ei ius commune contrarium, vel habetur praeſumtio contra ipſum, bona fides non ſufficit, ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat praeſcribendi. Niſi tanti temporis allegetur praeſcriptio, cuius contrarii memoria non exiſtat.* Conf. *c.* 26. *X. de verb. ſignif. Rec. Imp. de a.* 1548. §. 54. 55. *et de a.* 1575. §. 100. 104. B. Parens in *iur. eccl. Lib.* 2. *tit.* 26. §. 39. 42. *ſ.* WERNHER [de vera ſententia praeſcriptionis immemorialis in] *obſ. for. P. IV. obſ.* 5. *Paul.* KRESSIVS de *indole vetuſtatis ſeu praeſcript. immemor. c.* 11. §. 18. *et c.* 3. [*A.* REIFFENSTVEL ius can. vniv. L. II. tit. 26. nro, 144.]

§. 641. Fundamentum PRAESCRIPTIONIS EXTINCTIVAE conſiſtit in *ſola neglecta iuris ſui perſecutione per tempus, lege definitum:* quod in praeſcriptione longiſſimi temporis *aduerſus eccleſiam* eſt tempus *XL. annorum*, ſecundum §. 638. computandum. Ad eius *iuſtitiam* iure Canonico deſideratur, vt praeſcribens toto praeſcriptionis tempore in *bona fide* ſit conſtitutus: ac proinde nec *debitor rei alienae*, quam *talem* eſſe ſciuit, nec *debitor rei propriae*, de ea praeſtanda per illud

 tem-

tempus *interpellatus* (*a*), praeſcribere poteſt (§. 635.). Hoc ſenſu *bona fides* in omni praeſcriptione actionum tam realium quam perſonalium requiritur (*b*).

(*a*) *c.* 8. *X. de praeſcript.* *Dav. Ge.* STRVBEN *Rechtliche Bedenken N. XXI.* *And. Flor.* RIVINVS *de effectu quaſi interpellationis ſeu legalis et extraiudicialis.*

(*b*) *c.* 6. *et vlt. X. de praeſcript.* STRVVIVS in *Synt. iur. civ. ex* 43. *th.* 21. PVFENDORF *l. c. tom. I. obſ.* 116. *tom. II. obſ.* 194. Vid. *not.* (a) ad §. 671.

§. 642. Oritur ex ea *exceptio* ad ius agendi alterius excludendum (*a*): ideoque per eam amitti poſſunt *iura eccleſiae priuata*, ſiue ex iure communi ſiue ex priuilegio competant (*b*). Eidem vero non obnoxia ſunt 1) iura iurisdictionis et *poteſtatis eccleſiaſticae*, quae publica habentur (*c*), nec 2) res ſeu iura *merae facultatis*, quae tam quoad facultatem quam quoad modum agendi poſita ſunt in libero agentis arbitrio. In his tamen non minus quam in *illis* (*d*), *interueniente b. f. poſſeſſione*, locus eſſe poteſt *praeſcriptioni acquiſitiuae* tum *ordinariae*, ſi titulus interuenit, tum *immemoriali* (*e*) (§. 637. 640.).

(*a*) *c.* 6. *X. h. t.* ibi: *Quadragenalis praeſcriptio omnem prorſus actionem excludit.*

(*b*) *c.* 6. 15. *X. de priuilegiis c.* 4. *h. t.*

(*c*) *c.* 11. 12. 16. *X. h. t.*

(*d*) *c.* 16. *X. h. t.* ibi: *nec contra viſitationem ipſam et procurationem poteſt aliquo modo praeſcribi, etſi alius contra eum praeſcribere poſſet vtramque.*

(*e*) *Sam.*

(e) *Sam.* L. B. DE COCCEII in *iure Controv. lib.* 41. *tit.* 3. *qu.* 13. PVFENDORF *l. c. tom. III. obſ.* 160. 161.

§. 643. *Iuris annuorum redituum* haec eſt natura, quod ſingulis annis *naſcatur* ius eosdem percipiendi. Hinc exactione eorum per longiſſimum tempus intermiſſa, *ipſum ius* praeſcriptione non extinguitur, ſed *cuiuslibet anni* debitum (*a*). Aliud eſt, ſi praeſcribens ſimul fuerit in *b. f. poſſeſſione* vel quaſi *libertatis* et *immunitatis* ab annuis reditibus: quippe per quam fundari poteſt praeſcriptio *acquiſitiua immunitatis* (*b*), et quidem vel *ſine titulo*, ſi haec immunitas iuri communi vel praeſumtioni iuris non eſt aduerſa, vel *cum titulo* vel *per immemorialem* poſſeſſionem, ſi eſt eidem aduerſa (637. 640.).

(*a*) L. 7. §. *vlt. C. de praeſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* ibi: *In his promiſſionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quae dationem per ſingulos annos vel menſes — continent, tempora praeſcriptionum non ab exordio talis obligationis, ſed ab initio cuiusque anni vel menſis computari manifeſtum eſt.* L. 46. §. 9. *C. de epiſcop. et cler.* BVLGARI, praeſcriptionem admittentis, et MARTINI, eandem negantis, et ICtorum ſequacium diſſenſum recenſet *Io. Nic.* HERTIVS de *praeſcriptione iurium per temporum interualla renaſcentium,* ipſe poſteriorem ſuccincte explicans *Sect. I. Frid. Eſ.* PVFENDORF. *obſ. iur. tom. I. obſ.* 116. *tom. II. obſ.* 78. [B. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. III. P. II. N. 226.]

(*b*) HERTIVS *l. c. Sect. II.* §. 1. CARPZOV. *P. II.* c. 3. *def.* 17. *Ferd. Chriſt.* HARPPRECHT de *praeſcriptione immunitatis.*

TIT. X.
DE IVRE CIRCA DECIMAS.

(Lib. III. Tit. 30. *de Decimis, primitiis et oblationibus*).

ARGVMENTVM.

§. 644. Ius decimandi et decimae. 645. 646. Debentur vel ex lege ecclesiastica vel titulo speciali. 647. 648. Ecclesiasticae et seculares. 649. Reales et personales. 650. Vis consuetudinis cisca illas. 651. Ius decimandi vniuersale et particulare. 652. Immunitas ab eo. 653. Decimae debentur in natura, 654. ex omnibus fructibus. 655. Quomodo praestandae sint. 656. Debentur a quolibet fundi possessore, 657. ex agris cultis et noualibus. 658. Quatenus debeantur inter vtriusque religionis consortes.

§. 644. Bonorum ecclesiasticorum eminentem speciem constituunt DECIMAE. Accipiuntur vel formaliter pro IVRE DECIMANDI, quod est *ius singulare, exigendi determinatam partem fructuum ex re aliena prouenientium;* vel *obiectiue*, dum denotant *ipsam determinatam fructuum partem ex bonis alteri praestandam, vi iuris singularis ipsi competentis.* Ex regula est *decima* fructuum pars: etiamsi *maior* vel *minor* pars obseruantia vel conventione definiri possit (*a*).

(*a*) *Achat. Lud. Car.* SCHMIDT *diss. de nouis Sect.* 2. [STRVBEN's *rechtl. Bedenken.* 4r *Th. Bed.* 169. SCHNAVBERT's *Frläuterung des Lehnrechts* §. 73. *n.* 74.]

§. 645.

§. 645. Insigni clericorum arte et sub colore praecepti diuini constituta est *lex ecclesiastica* (*a*), de decimis ecclesiae, inprimis *ecclesiae parochiali* soluendis ex omnibus fructibus intra fines eius perceptis, ad ministrorum ecclesiae sustentationem aliaque eius onera ferenda (*b*). Decimae, quae ex lege ecclesiastica debentur, in sensu speciali *ecclesiasticae*, et quae aliunde vi alius specialis tituli debentur (*c*), *laicales* dicuntur.

(*a*) Primo, quidem sponte oblatae et commendatae sunt, instituto *reipublicae Iudaicae* in exemplum proposito; deinde ex erronea *praecepti diuini* opinione lege mere ecclesiastica imperatae sunt poenisque munitae *c.* 14. 25. 26. 33. *X. de decimis. Io.* SELDEN *history of Tithes in Op. Vol. III. P. I. Lond.* 1726 THOMASSINVS *de vet. et nov. eccl. discipl. P.* 3. *lib. I. c.* 9. Ierome a Coste, seu Rich. Simon *histoire de l'origine des revenus ecclesiast. p.* 5 *ſ. I. C.* BARTHEL *de decimis t.* 2 *op. p.* 711. *Dav. Ge.* STRVBEN *Nebenstunden obs. XXXIV. p.* 190. *ſ. Christ. Ferd.* HARPPRECHT *de iure decimatoris vniuersalis Sect. I.* [*Io. Christ.* TREITLINGER *diss. de origine decimar. ecclesiasticar.* Argent. 1783. *Theorie des dimes par Mr. Hervé* Tom. II. Paris. 1790. *I. I.* REINHARDT *rechtliche Gedanken vom Zehntrecht.* Francf. u. Leipz. 1799.]

(*b*) *c.* 7. 13. 20. *X. h. t. c.* 5. *X. de parochiis.*

(*c*) *c.* 9. 25. *X. h. t.* Documenta hanc caussam illustrantia adiunxi diss. de *orig. et rat. Decimar. in Germ. in Elect. iur. civ. tom. III. p.* 111.

§. 646. Quamquam seculo XII. per Concilium *Lateranense III. laicis* negatum sit ius possidendi decimas, et ius possessas in laicos transferendi (*a*): huius concilii sanctio tamen in Germa-

mania vim non obtinuit (*b*). Laicis non modo ſaluae permanſerunt decimae ante hoc concilium poſſeſſae (*c*), verum etiam generali conſuetudine ſeruata eſt libera de iis *diſponendi* facultas (*d*). Nec in his eccleſiae *parochiali* tribui poteſt vllum ius, niſi *nominatim* reſeruatum (*e*).

(*a*) *c.* 19. [c. vlt.] *X. h. t. c.* 7. *X. de Praeſcript.*

(*b*) Sanctio concilii *Lateranenſis III.* in Comitiis Gelnhuſ..nis a. 1186. publice impugnata eſt. Arnoldvs Lvbec. *Chron. Slav. lib* 3 *c.* 18. apud Leibnitivm *tom.* II. *Script. Brunſu. p.* 619.

(*c*) *c.* 7. *X. de his quae fiunt a Praelat. c.* 2. §. 2. *h. t. in* 6. *c.* 1. *de praeſcript. in* 6.

(*d*) Barthel *l. c. Sect.* 5. §. 4. *tom. II. p.* 756.

(*e*) Conf. B. Parens in *Conſult. et dec. tom. I. P. I. reſp.* 4. *Io.* Horix de *differ. decim. eccleſ et ſecular. praecipue quoad onus reparandi eccleſias*, *in* Crameri *obſ. tom. IV. obſ.* 1180. [et *Ant.* Schmidt *theſ. iur. eccl.* Tom. 7. nro. 13.]

§. 647. Rectius decimae, ratione acquiſitionis ab eccleſia factae, iure *bonorum eccleſiaſticorum* aeſtimantur (*a*): eoque intuitu vel *eccleſiaſticae* ſunt, vel *ſeculares*, prout vel *eccleſiae* vel *aliis*, ac eccleſiae, acquiſitatae ſunt.

(*a*) *I. P. O. art. V.* §. 45. 46. 47.

§. 648. Decimae *eccleſiaſticae* inter proteſtantes ſecundum normam *pacis Religioſae* et *Weſtphalicae* ad bona eccleſiaſtica pertinent, et iure *bonorum eccleſiaſticorum* reguntur (*a*). *Seculares* iure bonorum ſecularium cenſentur, et a lai-

cis

eis non minus *iusto titulo* acquiri possunt, quam praescriptione longissimi temporis, quae nec *titulum* desiderat, nisi aduersus ecclesiam parochialem (*b*).

(*a*) *Pax Relig.* de a. 1555. §. 16. I. P. O. art. V. §. 45. Carpzov. in. I. E. lib. I. def. 125. 138.

(*b*) *c.* 1. *de Praescr. in* 6. B. Parens de *praescriptione contra decimas* §. 28. et in *iur. Parochiali Sect.* 7. *c.* 1. §. 14. [B. Avctoris *Rechtsfälle* T. III. P. II. N. 242. 12.]

§. 649. Sunt porro decimae vel REALES, vel PERSONALES, prout obligatio eas praestandi annexa est vel *bonis*, ex quibus debentur, vel personae, quae eas debet. Illae debentur ex *fructibus*, ex *substantia bonorum* prouenientibus; quales sunt decimae *praediales* et decimae *animalium*, der Blutzehnte: hae ex lucro, solo facto humano acquisito (*a*).

(*a*) *c.* 5. 6. 7. 20. 21. 23. 26. 28. *h. t. c.* 4. *C.* 16. *qu.* 7.

§. 650. Hodie ius exigendi cuiuscunque generis decimas simul regitur et determinatur *consuetudine* (*a*): cuius *rationes* positae sunt in iure, quod principi ex iure circa sacra competit circa nimias exactiones decimarum, reipublicae nociuas. Hinc I) decimae ecclesiasticae *reales*, siue sint *praediales* siue decimae *animalium*, ecclesiae non aliter debentur, quam quatenus *obseruantia* simul introductae: *personales* vero *contraria obseruantia* prorsus abolitae sunt (*b*). II) Consuetudi-

tudine non minus definitur *modus* eas praeſtandi quam *genus fructuum*, ex quibus praeſtantur. Itaque qualitates decimarum, *iure* non minus quam *conſuetudine* determinatae, pertinent ad *naturalia* decimarum (*c*).

(*a*) Exactio decimarum de rebus et fructibus, decimis per conſuetudinem *non obnoxiis*, ad *abuſum poteſtatis eccleſiaſticae* refertur, auctoritate *Imperantium* emendandum, *Petr. de* MARCA *de concord. Sac. et imp. lib.* 4. *c.* 10. *per tot. C.* FEVRET *traité des appellations qualifiées du Nom d'Abus tom. II. tit.* 6.

(*b*) *c.* 18. *c.* 20. *c.* 31. 32. *h. t.* [*c.* 26. *X. eod.*] BARTHEL *l. c. Sect.* 2. §. 1. *p.* 716. [*P. I. a.* RIEGGER inſt. iurispr. eccl. P. 3. §. 478.]

[(*c*) B. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. III. P. II. N. 231.]

§. 651. Ius decimandi *vniuerſale* eſt, quod per vniuerſum loci diſtrictum, et *particulare*, quod per certa praedia tantum competit. Illud fundatum eſt tum intuitu omnium *fundorum* per diſtrictum conſtitutorum, tum intuitu omnium *fructuum*, donec exemtio doceatur (*a*): ratione fructuum tamen decimae praediorum in *maiores* et *minores* diſtinguuntur.

(*a*) *c.* 13. 30. *X. h. t. vlt. X. de parochiis.* HARPPRECHT *l. c. Sect.* 2. §. 13. [SCHNAVBERT *Erläuter. des Lehnrechts* §. 73. p. 189. B. AVCTORIS *Rechtsfälle T.* II. P. II. 141. et 168.]

§. 652. *Exemtio*, ſeu *immunitas* a iure decimandi, vel intuitu *omnium* vel intuitu *certorum* fundi fructuum competere (*a*) poteſt 1) *conceſſione ſuperioris* (*b*), 2) *conuentione* rite et legitime ini-

inita (*c*), 3) *praeſcriptione* XXX annorum, ſi decimae ſunt laicales, vel XL annorum *titulo* munita, ſi ſunt eccleſiaſticae ſtricte ſic dictae (§ 637.): quae cum ſit *acquiſitiua* praeſcriptio, *poſſeſſionem vel quaſi libertatis* a decimis deſiderat, ſiquidem ſolo non vſu ius decimandi non amittitur (§. 643.) (*d*); 4) *praeſcriptione* vel *obſeruantia immemoriali* (§ 640. 650).

(*a*) *c.* 10. 12. 24. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 25. *X. h. t.*

(*c*) *c.* 5. 8. *X. de Transactionib. c.* 3. *X. h. t.*

(*d*) *Chriſtoph.* HARPPRECHT de *praeſcriptione immunitatis a collect. c.* 11. *n.* 16. *Caſp.* KLOCK *Vol. IV. Conſ. I. n.* 331. BARTHEL *l. c. Sect.* 7. §. 2. *p.* 777. *Ioſ. Valentin.* EYBEL introd. in ius eccl. Cathol. tom. IV. §. 461. [*I. H.* BÖHMER ius eccl. Prot. Lib. III. tit. 30. §. 42. ſeqq. SAMES *rechtl. Bedenken über das Zehntrecht und die dabei ſtatthabende Verjährung. Gieſsen.* 1782.]

§. 653. EXERCITIVM *iuris decimandi* conſiſtit in ipſa decimarum perceptione Cum decimae *reales* ſint *pars fructuum*, ex bonorum ſubſtantia prouenientium: debentur 1) ex *ipſis fructibus* (*a*), nec in *aeſtimatione* fructuum, vel in fructibus, in aliam *ſpeciem* conuerſis, praeſtari poſſunt, niſi eas ita conſtitutas eſſe appareat. Eiusmodi decimae extraordinariae vocantur *ſaccariae, Sackzehnden*, et tales fieri poſſunt 1) vi *primae conſtitutionis*, vel 2) vi dationis in *locationem perpetuam iure colonario* factam, 3) vi praeſtationis decimarum per tempus immemoriale in

aestimatione factae (*b*) (§. 641. 650.), 4) vi *possessionis vel quasi* negandi praestationem decimarum in natura, per logissimum tempus continuatae (*c*).

(*a*) *c*. 21. [24.] 30 *X. h. t.*

(*b*) MEVIUS *P. VIII. dec.* 66. PUFENDORFIUS *tom. I. obs.* 2. *tom. II. obs.* 137. CRAMER *Nebenst. P. XV. N.* 13. [*I. I.* REINHARD: *ob ein Sackzehend dergestalt widerruflich sey, dass man den Zehend wieder in Garben auf dem Felde nehmen könne?* In EIUSD. *Kl. Ausführungen* T. I. 355 f. GRASMANNDORF diss. de decimis per longissimum tempus in aestimatione praestitis; in *A.* SCHMIDT thesauro iur. eccl. T. 7. n. 15. VON BÜLOW und HAGEMANN *pract. Erörterungen* B. III. N. 32.]

(*c*) BARTHEL *l. c. p.* 730.]

§. 654. Debentur II) ex *omnibus* bonorum decimalium *fructibus*, nisi vel ius decimandi ad *certam fructuum speciem* adstrictum (§. 650.), vel ratione certae fructuum speciei *immunitas* acquisita sit (*a*). Perdurat ergo 1) haec obligatio, *mutato* licet *fructuum genere* (*b*), nec 2) fas est, fundum, decimis obnoxium, in *fraudem decimatoris* in aliam formam redigere, eiue quidquam inaedificare, nec 3) eum ultra *morem regionis* incultum relinquere ad pastum pecudum (*c*).

(*a*) c. 6. 21. 24. 30. *X. h. t.*

(*b*) c. 4. 21. *h t.*

(*c*) PUFENDORF. *l. c. tom. II. obs.* 157. *tom. III. obs.* 202. §. 4. *p.* 554. *Ordinatio decimaria Brunsuico Luneburg.* de a. 1709. tom III. *Corp. Const. Calemb. p.* 997. [*P. L.* BEHLEN diss. de defraudationib. decimar; in *A.* SCHMIDT thes. iur. eccl. Germ. T. 7. p. 430.]

§. 655.

§. 655. Praestandae III) sunt, simulac fructus *percepti* et *collecti* sunt; quam ex praedio euehere prius non licet, quam *admonito* decimatore (*a*). Debentur vero nullis deductis *expensis*, et *ante tributorum* et *mercedis* exactionem (*b*).

(*a*) *c.* 7. *X. h. t.* PVFENDORF. *l. c. tom. I. obs.* 112. *tom. II. obs.* 32.

(*b*) *c.* [26. 28.] 33. *X. h. t.*

§. 656. IV) Exigi possunt a quolibet *possessore bonorum*, decimis obnoxiorum (§. 647.), nulla habita vel *iuris*, quo bona possidentur (*a*), vel *status* et *religionis* ipsius possessoris ratione. Vnde et *clerici* et diuersae religionis consortes iisdem obstriguntur (*b*).

(*a*) *c.* 8. 24. *X. h. t.*

(*b*) *c.* [4.] 10. 16. [29.] 31. *X. h. t. c.* [2.] 18. *de vsuris.*

§. 657. V) *Decimae praediales* vel VETERES sunt, quae ex praediis cultis, vel NOVALES, quae ex praediis per *hominum memoriam hactenus incultis et de nouo ad culturam redactis* debentur (*a*). Si I) in districtu, *decimis obnoxio*, quaeritur de noualibus; ei, cui debentur decimae *ecclesiasticae* stricte sic dictae, ius etiam competit in *Nouales* (*b*): ei vero, cui debentur decimae *seculares*, non competit ius in *Nouales* intra eundem districtum (*c*), nisi interveniat *iusta causa*, ex qua titulus, ex quo competunt *decimae*, referri possit ad Nouales (*d*).

II) In districtu vero iuri decimandi *vniuersali* non obnoxio, *ius circa Nouales* inter Protestantes dependet a iure, terras incultas aliis concedendi sub lege praestandi *nouales:* ex eoque est vel *Domini fundi inculti priuati*, *vel domini territorii* in praediis *desertis publicis* (e).

(*a*) *c.* 1. *de verbor. signif. in* 6. [C. 21. X. eod. c. vlt. X. de priv. *I. H.* BOEHMERI *ius eccl. Protest.* L. III. tit. 30. §. 60. *Phil.* HEDDERICH *diss. de eo, quod circa decimas nouales in Germania ac praecipue in dioec. Colon. iustum est.* Bonnae 1782. *I. F.* RVNDE *über den Begriff des Neubruchs oder der terrae noualis;* in EIVSD. *Beyträgen zur Erläuter. rechtl. Gegenstände* T. I. n. 14. *Götting.* 1799. *G. M.* WEBER *diss. de decimis noualib.* Bamberg 1793.]

(*b*) *c.* 13. 27. 29. *X. h. t. Dav. Ge.* STRVBEN *Nebenstunden tom V. p.* 226.

(*c*) *c.* 25. *X. h. t.* [VNGER *diss de iure noualium parocho loci cum exclusiua decimatoris vniuersal competente.* Wirceb. 1759. b. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. II. P. II. N. 141. u. 168. v. BÜLOW et HAGEMANN *rechtl. Erörterungen* B. III. N. 33.]

(*d*) *c.* 29. *X. h. t. Ad. Lud.* BOEHMER in diss. sub Praes. Dan. *Nettelbladtii* habita de *feudo decimarum, quoad pertineat ad nouales cap.* 2. [Halae 1770.]

(*e*) *Recessus Gandersheim. de a.* 1601. §. 15. *Recess. Luneb. a.* 12. *Iul.* 1570. *Dav. Ge.* STRVBEN *rechtl. Bedenken N.* 100. *p.* 239. Nonnulli tamen id domino territoriali simpliciter *sine iure* vindicant. PFEFFINGER in *Vitriario illustr. lib.* 3. *tit.* 18. §. 75. HERTIVS *de superioritate* §. 50. [*H. A.* DE BERGER *diss. de origine et ratione decimarum in Germania* §. 31. 32. Götting. 1749.]

§. 658. Inter vtriusque religionis consortes ius ecclesiae decimas et Nouales *ex alieno territorio* exigendi non nisi iuxta normam *diei decretorii* competit, ita tamen vt, quod ad nouales attinet, *nihil*

nihil noui iuris in posterum quaeratur (a); in eodem territorio vero secundum *ius commune* vel loci *consuetudinem* aestimandum est (*b*).

(*a*) *Inst. Pac. Osn. art. V.* §. 47.

(*b*) Hoc volunt verba I. P. O. *art. V.* §. 47 priori dispositioni, quae nouales *ex alieno territorio* percipiendas concernit, apposita: *Inter ceteros status imperii et subditos id iuris esto, quod ius commune vel cuiusque loci consuetudo et obseruantia de decimis ex noualibus constituunt, aut per pactiones voluntarias conuentum est.* [Brauer *Abh. zur Erläuterung des Westphäl. Friedens* T. II. p. 458. Samhaber *diss. de normis pace Westphalica praescriptis, iuxta quas controuersia de iure decimar. noualium, maxime catholicos inter ac Protestantes decidenda est.* Wirceb. 1788. S. 53. b. Auctoris *Rechtsfälle* T. II. P. II. N. 160.]

Liber IV.

DE

IVDICIO CAVSARVM ECCLESIASTICARVM.

Pars I.

DE

IVDICIO CAVSARVM ECCLESIASTICARVM CIVILIVM.

SECTIO I.

DE

IVDICIO IN GENERE ET DE REMEDIIS IVRIS IN IVDICIVM DEDVCENDIS.

Tit. I.

DE IVDICIIS.

(Lib. II. Tit. I. *De iudiciis.*)

ARGVMENTVM.

§. 659. Iudicium. 660. Ordinarium et summarium. 661. Quando locus sit summario. 662. Intuitu obiecti est Ecclesiasticum et seculare, ciuile et criminale. 663. De iudice et iudicis suspecti recusatione. 664. Gradus seu instantiae iudicii.

§. 659. Ivdicivm est *legitima causae litigiosae disceptatio coram iudice decisionis obtinendae causa*

ſa ſuſcepta. Conſtat duabus partibus, I) diſceptatione cauſae inter litigantes iudice dirigente ſuscepta (*a*), ad quam pertinent omnia, quae *cauſae cognitionem* reſpiciunt, II) eius *deciſione*, cauſa cognita facienda, et ſi opus eſt, vi executionis in effectum deducenda.

(*a*) c. 19. *X. h. t.*

§. 660. SVBSTANTIALIA iudicii ſunt, *quae ad eſſentiam iudicii pertinent*, et SOLENNIA, *quae lege addita ſunt ad efficiendam exactiorem cauſae tractationem* (*a*). Eſt inde iudicium vel ORDINARIVM, in quo *tam ſubſtantialia* quam *ſolennia iudicii obſeruanda* ſunt, vel SVMMARIVM, in quo *ſubſtantialia obſeruare ſufficit.* Negligi ergo in hoc poſſunt ſolennia: eorumque vſus *a iuſto* iudicis *arbitrio* et a *conſenſu litigantium* dependet (*b*).

(*a*) *c.* 19. *X. de iudiciis. Clem.* 2. *eod. Clem.* 2. *de verb. ſignif.*

(*b*) *Clem.* 2. *de Verb. ſignif.* in f. *ſi vero in praemiſſis caſibus ſolennis ordo iudiciarius in toto vel in parte non contradicentibus partibus obſeruetur, non erit proceſſus propter hoc irritus.*

§. 661. Iudicio ſummario locus eſſe poteſt 1) ex *ſpeciali iuris diſpoſitione*, vi cuius cauſae, vel ob *vtilitatem publicam*, vel ob *periculum in mora*, vel ob *ius ſingulare* cauſarum et perſonarum, celerem transactionem deſiderantes, eidem ſubii-

 ciun-

ciuntur (*a*), 2) ex *consensu litigantium*, 3) ex *praescripto superioris* (*b*).

(*a*) Huc pertinent causae beneficiorum, matrimoniales, decimarum, vsurarum. *Clem.* 2. *de iudiciis.* [*K.* GROLMANN *Theorie des gerichtlichen Verfahrens in bürgerlichen Rechtsstreitigkeiten, nach den gemeinen deutschen Gesetzen. Giessen und Darmstadt* 1800. §. 223-26.]

(*b* *c.* 4. *X. de Off. et pot. iud. del. Clem.* 2. *de V. S. Sam.* STRYK de *iudicio principis secundum solam facti veritatem.*

§. 662. *Obiectum* iudicii sunt *causae litigiosae.* Pro harum diuersitate iudicium I) est vel ECCLESIASTICVM vel SECVLARE, prout in eo agitur de *causis* vel *ecclesiasticis*, vel *secularibus*: et II) vel CIVILE, vel CRIMINALE. In illo de *causis ciuilibus*, hoc est, *quae iura priuatis acquisita concernunt*; in hoc de iure *reipublicae* vel *ecclesiae in poenis delictorum sumendis* contenditur. Vtrumque tam *ecclesiasticum* quam seculare esse potest.

§. 663. Iudicem, coram quo est iudicium, non modo *competentem* esse oportet (§. 121.), verum etiam *bonum virum*, hoc est, *iustitiae et aequitatis amantem, et a partium studio alienum. Suspectus* vocatur, in quem ex speciali ratione cadit praesumtio contrarii. Pertinet ad ius *vtriusque litigantis*, *recusare* iudicem tam *ordinarium*, quam *delegatum* (*a*), vel *probata causa recusationis*, vel praestito *iureiurando perhorrescentiae* (*b*). Iudice ordinario recusato, causa ad *superiorem* defer-

defertur, vel ab hoc iudici *delegato* committitur *(c)*.

(a) c. 5. *X. de Exceptionib. c.* 36. 41. *X. de appellat. c.* 10. *X. de foro comp.* [Etiam collegium recusari poteſt. vid. GÖNNER *Erörterungen über den gem. Proceſs.* N. 3. *Bamb.* 1799.]

(b) Hoc originem ducit ex *vſuali interpretatione c.* 11. de *reſcriptis in* 6. *I. Ge.* PERTSCH de *origine iuramenti perhorreſcentiae.* Sine omni allegatione cauſae id admittunt *Ger.* FELDMANNVS de *iuram. perhorr. diſp.* 1. *c.* 4. et STRYK in *praxi for. c.* 9. §. 17. Rectius et ex *iuris analogia* cauſam recuſationis ſpeciatim exprimendam eſſe exiſtimant MEVIVS *Part. VIII. dec.* 71. BERGERVS *diſcept. for. tom I. p.* 354. WERNHERVS *obſ. for. P. V. obſ.* 165. VON BÜLOW und HAGEMANN's *Erörterungen. Th. II. N.* 19.]

(c) a. 4. *de Off. iud. del. in* 6. *Ord. Cam. P.* 2. *tit. I.* §. 1. WERNHER *l. c. P. VII. obſ.* 84. [Recuſatio iudicis delegati non coram arbitris interponi ſolet, vt quidem C. 39. X. de iud. del et C. 4. eod. in 6to ſtatuitur, nempe ex male intellecta lib. 16. C. de iudiciis: ſed ad ipſum principem defertur, qui nouos delegatos denominare ſolet. *I. H.* BÖHMER ius eccleſ. Proteſt. L. 1. tit. 29. §. 22.]

§. 664. Dantur gradus iudicii, ſiue in his tantum *repetitae eiusdem cauſae tractationis*, ſiue ſimul *foro* ratio habeatur. Gradus iudicii inſtantia vocatur. Ab *inſtantia abſolui* dicitur reus, qui liberatur ab obligatione, iudicium tale, quale actor inſtituit, cum eo ſuſcipiendi vel proſequendi. Cum id fiat ſaluo *iure agendi* actoris: abſolutio ab inſtantia non impedit, quo minus actor poſſit rectius inſtituere iudicium, refuſis tamen prioris inſtantiae expenſis *(a)*.

 (a) c. 15.

(a) c. 15. X. *de iudiciis* c. 1. X. *de dolo et contumacia* L. 13 § 2. L. 15. C. *de Iudic.* Chrift. Ferd. HARPPRECHT *comment. de abfolutione ab inftantia.*

TIT. II.

DE
FORO COMPETENTE ECCLESIASTICO.

(Lib. II. Tit. 2. *de foro competente.*)

ARGVMENTVM.

§. 665. Forum ecclefiafticum eiusque competentia. 666. Tam ratione caufarum quam perfonarum. 667. Eft vel commune vel fpeciale. 668. Primae et fuperioris inftantiae.

§. 665. FORVM, tamquam *locus exercendae iurisdictionis*, vel ECCLESIASTICVM eft, in quo *iurisdictio ecclefiaftica*, vel SECVLARE, in quo *iurisdictio fecularis* exercetur. Forum ergo eft coram quolibet iudice *ordinario* et *delegato:* et a competentia *iurisdictionis* aeftimatur *fori competentia* (§. 121.).

§. 666. Forum ecclefiafticum competens eft I) ratione *caufarum ecclefiafticarum* (a) (§. 240. 241.); tum vero ex fola qualitate *caufae* aeftimatur, nulla habita *perfonarum* ratione; II) intuitu *clericorum* et *perfonarum ecclefiafticarum* et *fcho-*

ſcholaſticarum in cauſis perſonalibus quibuscunque, etiam ſecularibus non exemtis (§. 242.) (*b*). Aeſtimatur ex *perſona rei*, ſeruato principio: actorem ſequi forum rei (*c*).

(*a*) *c.* 2. *X. de iudiciis. Mart.* SCHRADER *de cauſis eccleſiaſticis.* [Hildeſiae. 1692.] *Felicianus de* OLIVA *de foro eccleſiaſtico. Io. Vlr.* CRAMER de *non ente fori mixti eccleſiaſtici praeſertim in actionibus realibus tom. III. op. p.* 694. 718.

(*b*) *c.* 2. *X. h. t.* In actionibus realibus clerici etiam foro *rei ſitae* ſubſunt, quod generatim agnoſcitur in *c. vlt. X. h. t.* [De foro eccleſiaſtico in terris Hannoueranis egregie diſputauit *I. C. F.* SCHLEGEL in *Churhannöverſchen Kirchenrecht* T. I. L. 3.]

(*c*) *c.* 5. [6] 8. [17.] *X. h. t.*

§. 667. Eſt vero forum eccleſiaſticum vel I) COMMVNE, cui cauſae et perſonae eccleſiaſticae ſecundum *ius commune eccleſiaſticum* ſubſunt; idque perſonae eccleſiaſticae tum per *domicilium* tum per *beneficium*, reſidentiam poſtulans, tum per *delictum* ſortiuntur (*a*); vel II) SPECIALE, cui cauſae et perſonae eccleſiaſticae vi *iuris ſpecialis* ſubſunt, v. c. coram his, quibus iurisdictio eccleſiaſtica vi ſpecialis tituli acquiſita eſt (§. 173.). Inter Proteſtantes *canonici* et *conuentuales* vel foro ſpeciali coram *capitulo* ſubſunt, vel ſi hoc iurisdictione caret, coram tribunali, cui princeps Euangelicus iurisdictionem in eos, quippe quae ad iura eius reſeruata pertinet (§. 172.), demandauit (*b*).

(*a*) c. 1.

(*a*) *c.* 1. 2. 4. *X. h. t. c.* 7 *de officio Ordinarii in* 6. *c.* 3. *de temporibus Ordinat. in* 6 Forum commune inter catholicos est coram *Officiali generali* et inter proteſtantes coram *conſiſtorio* (§. 145. 181.)

(*b*) B. Parens in *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 1. §. 39.

§. 668. Ratione ſubordinationis, *forum* eſt *primae* inſtantiae, vel *ſecundae* et *vlterioris* (§. 534.), prout reus ratione cauſae vel perſonae eidem vel *immediate* ſubeſt, vel *mediante* iudice prioris fori. Beneficio *primae inſtantiae* fruitur reus: nec ideo iudicium in foro ſuperiori prius ſuſcipere tenetur, quam finitum ſit iudicium in iudicio inferiori (*a*): cuius conſequens eſt, vt forum ſuperius incompetens ſit, ſi cauſa ad illud defertur, praetermiſſo foro inferiori.

(*a*) *c.* 39. *C.* 11. *qu.* 1. *Ord. Cameral. P. II. Tit. I.* §. 2 *tit.* 8. §. 16. Forum et *beneficium primae inſtantiae* coram quibuscunque Ordinariis confirmatum eſt quoque in *Concilio Tridentino Seſſ.* 24. *de reform. c.* 20. [*Ueber das Verhältniſs der Inſtanzen in Teutſchland* copioſe quidem at non ſatis accurate egit Gönner in *Handbuche des Proceſſes* T. III. p. 1-104.]

Tit.

Tit. III.

DE IMPLORATIONE OFFICII IVDICIS.

(Lib. I. Tit. 32. *De officio iudicis.* Lib. II. Tit. 11. *De plus petitionibus.*)

ARGVMENTVM.

§. 669. *Iudicium nullum sine actione.* 670. *Actio et imploratio officii iudicis.* 671. *Eius fundamentum.* *Denunciatio euangelica.* 672. *Ius agendi probatione non indiget, nisi ex speciali ratione.* 673. *Plus petitio.*

§. 669. In omni iudicio *duplex ius* intelligitur, *alterum*, quod persequimur, *alterum* vero, virtute cuius illud in iudicio persequimur. Vltimum ACTIO vocatur, quippe quae, definiente CELSO et IVSTINIANO (*a*), nihil aliud est, quam *ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur.* Nullum iudicium ergo esse potest sine actione.

(*a*) *L.* 51. *D. obligat. et act. Pr. I. de actionib.* [MARTIN *Lehrbuch des Processes.* §. 59-65.]

§. 670. Actio, ad ius certum persequendum instituenda, vel *lege ipsa* determinata est, eaque vocatur *actio specialis*; vel lege determinata non est, et vocatur IMPLORATIO OFFICII IVDICIS (*a*), quae est *ius, implorato solo officio iudicio, perse-*

quen-

quendi in iudicio, quod ſibi debetur, licet eius nomine ſpecialis actio prodita non ſit.

(a) *c. 2. X. de officio iudic.* ibi: IVDICIS OFFICIVM *vbicunque* PRO ACTIONE *proponitur, veluti cum reſtitutio in integrum principaliter poſtulatur, litis conteſtationem expoſcit.* Hanc implorationem *ius* vocare licet ad analogiam actionis (§. ant.). Simulac *actio* vel *imploratio officii iudicis* actu exercetur in iudicio, vtraque fit *remedium ius ſuum perſequendi. Frid. Alex.* KVNHOLD *de remedio implorationis officii iudicis, actionum forenſium vicario.* Lipſ. 1770.

§. 671. *Implorationi officii iudicis* locus non eſt, niſi *ius perfectum* vel *ex lege* competat, vel ex *aequitate* lege agnita (*a*). Male applicatur, vbi *ius imperfectum* tantum interuenit, et aequitas lege non *agnita* et approbata (*b*). Inde rationibus iuris deſtituitur DENVNCIATIO EVANGELICA, quae eſt *imploratio iudicis eccleſiaſtici ad perſequendum id, quod ab altero iure interno ſeu imperfecto tantum debetur, peccati euitandi cauſa propoſita* (*c*).

(a) *Iudicium non eſt, antequam debeatur L. 35. D. de iudiciis.*

(b) *L. 64. §. 9. D. ſoluto matr. quem. dos repet.* [b. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. III. P. I. N. 204. 9.]

(c) *Chriſt.* THOMASIVS de *vſu pract. denunciationis Euangelicae.* B. Parens in *I. E. L. 1. tit. 32. §. 7.*

§. 672. Quoniam omne ius perfectum *vi legis* coniunctum eſt cum iure agendi: *ius agendi* ſpeciali probatione non indiget: niſi a *facto quodam dependeat*, quo poſito demum competit: vel-

vti

vti ſi ius, in iudicium deductum, ſub *certa qualitate* vel *vi ceſſionis* tantum competit. *Probatio facti, a quo ius agendi pendet,* LEGITIMATIO AD CAVSAM vocatur (*a*).

(*a*) *Iac. Frid.* LVDOVICI de *legitimatione ad cauſam.* [Halae 1712.] *Io. Tob.* CARRACH *de vera indole* [*exceptionis*] *legitimationis ad cauſam.* [Halae 1737. recuſ. 1755.]

§. 673. Actione *plus* peti non poteſt, quam quod debetur (§. 669.). Si 1) actor ſciens *re* vel *cauſa* plus petit, in expenſas condemnatur, modo reus verum debitum agnouerit; ſi 2) plus *tempore* petit, reus ab inſtantia obſoluitur, duplicatis induciis temporis, illius videlicet, in quo plus petiit; ſin 3) *loco* plus petit, ad intereſſe loci tenetur (*a*).

(*a*) *c. vn. X. de plus petitionibus.* GONZALEZ TELLEZ in *comment. ad Decret. tom. II. p.* 215. [PVFENDORF obſ. iur. T. IV. obſ. 160.]

TIT.

TIT. IV.

DE

IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

(Lib. I. Tit 41. *De in integrum restitutione.* Tit. 40. *De his quae vi metusque causa fiunt.* Tit. 42. *De alienatione iudicii mutandi causa facta*).

ARGVMENTVM.

§. 674. *Restitutio in integrum.* 675. *Maioribus non datur nisi ex causa speciali.* 676. *Minoribus et ecclesiis laesis simpliciter.* 677. *Contra quae negotia detur?* 678. *Modus eam petendi principaliter et incidenter.* 679 *Tempus eam petendi.* 680 *Vis interpositae et impetratae.*

§. 674. IN INTEGRVM RESTITVTIO est *beneficium iuris, vi cuius actus validus ob laesionem interuenientem auctoritate iudiciali ex iusta causa rescinditur.* Proponitur per *implorationem iudicis* (*a*), quae ipsa *restitutio in integrum* appellatur. Desiderat iustam causam, quae vel in *causa laesionis*, quae culpa vacat, vel in statu et qualitate *personae laesae* continetur.

(*a*) c. 2. X. *de officio iudicis.*

§. 675. MAIORIBVS *XXV. annis*, ex negotio laesis, in integrum restitutio non datur, nisi ex *speciali causa*, *ex qua laesionem aliunde, quam*

ex

ex eorum culpa descendere apparet: qualis est vel *causa iure determinata*, veluti *dolus* alterius, *metus* non vanus et sine iure illatus (*a*), *absentia*, *alienatio* ab aduersario iudicii mutandi causa facta, vel *alia iusta causa*, secundum *analogiam iuris* iusto iudicis arbitrio aestimanda (*b*). Ob causam iure reprobatam, veluti ob metum reuerentialem, *officio iudicis* dari nequit (*c*).

(*a*) c. 2. 4. 6. X. *de his quae vi metusque causa fiunt.*

(*b*) c. 4. *X. h. t. Dominicus* GALESIVS in *tract. de in int. restit. c.* 8. *p.* 101. [GATZERT pr. de restitutionis in integr. effectu nonnunquam declaratorio. Gissae 1780.]

(*c*) c. 6. *X. de his quae vi met. caus.* B. Patens in *iur. eccl. lib. I. tit.* 40. §. 2.

§. *676.* MINORIBVS datur ob laesionem quamcunque ex negotio emergentem, etiamsi a facilitate et culpa originem ducat (*a*). *Iure minorum* vtuntur *ecclesiae* (*b*), quo nomine in sensu latiori omnia corpora ecclesiastica, monasteria, domus religiosae et scholae veniunt (*c*): iisque per quaeuis *gesta* vel *neglecta* laesis (*d*), in integrum restitutio competit non contra priuatos modo et laicos, verum etiam contra *aliam ecclesiam* (*e*).

(*a*) c. 8. *X. h. t.*

(*b*) c. 1. et 3. *X. h. t.*

(*c*) c. 6. *X. eod.* c. 11. *X. de reb. eccles. alienand.* c. 2. *X. de consuetud.* Clericis vero in bonis *patrimonialibus* restitutio in integrum non competit. REIFFENSTVEL in *iur. C. lib.* 1. *tit.* 41. §. 2. *n.* 33.

(d) *c. 1. 2. 3. 5. 7. X. h. t. c. 1. h. t. in 6. Clem. vn. h. t.*
(e) *c. 3. 5. X. h. t. c. 1. 2. h. t. in 6.*

§. 677. Cum reſtitutio in integrum detur ob laeſionem: ob hanc etiam datur aduerſus negotia *eccleſiaſtica*, quoad pantiuntur *reſciſſionem.* Locus ergo ei eſt 1) in cauſis *beneficialibus*, veluti ob renunciationem beneficii, 2) in cauſis *matrimonialibus*, quoad non agitur de matrimonio reſcindendo, veluti in cauſis *ſponſalium* (*b*), 3) adverſus ſententiam a *iudice eccleſiaſtico* latam (*c*), et eiusdem generis alia.

(a) *c. 8. X. de rer. permut.* REIFFENSTVEL *l. c. n.* 83.
(b) B. Parens de *reſtitut. in int. contra ſponſalia minorum.*
(c) *c. 5. X. h. t.*

§. 678. Peti poteſt vel *principaliter*, ſeparato iudicio (*a*), vel *incidenter*, hoc eſt, in iudicio de alia cauſa moto (*b*). *Illa* coram *iudice*, cui ſubeſt is, contra quem petitur, ideoque ab eccleſia contra laicum petenda eſt in foro *ſeculari* (*c*); *haec*, tamquam cauſa incidens, in eodem iudicio. *Illa* expedienda eſt ordine iuris ſeruato (*d*); *haec*, quoad de laeſione conſtat, expediri poteſt *breui manu* (*e*).

(a) *c. 8. X. h. t. c. 2. X. de officio iud.*
(b) *c. 3. X. h. t.*
(c) *c. 2. X. de officio iudicis.*
(d) *c. 9. X. h. t. c. 8 X. de foro competente. Henr.* CANISIVS in *Summa iur. Can. lib. 4. tit. 16. §. 6. in oper. p.* 764.

[(e) I.

[(e) *I. C.* ESCHENBACH (*praef. A. F.* REINHARD) de restitutione in integrum, quae fit breui manu. Buetzouii, 1778.]

§. 679. Tempus petendae restitutionis est *quadriennium* continuum, quod *ecclesiae* currit a *tempore cognitae laesionis* (a); veluti a morte praelati, per quem ecclesia laesa est. Semel *denegata* per sententiam, quae transiit in rem iudicatam, denuo peti nequit; nisi noua eius petendae causa interueniat (b).

(a) Veteres interpretes restitutionem in integrum ecclesiae *in perpetuum*, alii eam intra XL. *annos*, exemplo reliquarum actionum, dandam esse existimant. *Ian. a* COSTA *ad Decret. p.* 261. Rectius secundum *c.* 1. *h. t. in* 6. *et Clem. vn. h. t.* eandem quadriennio circumscribi dicendum est. *Dom.* GALESIVS in *commentar. ad singulos textus Decretal. de in integr. restit. p.* 71. *et* 99. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 1. *tit.* 41. §. 8. 9. [GLÜK de vita petendae restitutionis in integrum praetoriae. In EIVSD. Opusculis fasc. IV.]

(b) *c. vlt. X. h. t.* GALESIVS *ad cit. cap. vlt. p.* 69.

§. 680. Cum restitutio in integrum *negotii rescindendi* causa proponatur: 1) eadem in iudicio *pendente*, omnia in suo statu manere debent, per eamque et *sententiae* executio suspenditur; nisi eam morae tantum nectendae causa per fraudem postulari appareat, quo casu victor *praestita cautione* eius executionem petere potest (a); eadem vero 2) in iudicio *decreta*, negotium, in quo quis laesus est, rescinditur; cuius consequens est, vt vnusquisque ius suum recipere debeat, resque

tradita vna *cum fructibus* reſtituenda ſit, exceptis bona fide conſumtis vel vſucaptis refuſis non minus impenſis in rem factis (*b*).

(a) c. 6. *X. h. t.*

(b) c. 1. *X. h. t. c. penult. X. de rebus eccl. alienand.* REIFFENSTVEL *l. c.* §. 8. *n* 127. 130.

TIT. V.

DE
REMEDIO PETITORIO ET POSSESSORIO.

(Lib. II. Tit. 12. *De cauſa poſſeſſionis et proprietatis*).

ARGVMENTVM.

§. 681. *Petitorium et poſſeſſorium.* 682. *Alterutrum quomodo ſeparatim inſtituatur?* 683. *Vtriusque cumulatio.* 684. *Huius effectus.* 1) *ratione proceſſus,* 685. 2) *ratione deciſionis.* 686. *Cumulatio actionnm.*

§. 681. CAVSA PROPRIETATIS eſt, *quae concernit ius ipſum, quatenus nobis proprium eſt,* et CAVSA POSSESSIONIS, *quae concernit tantum ius circa rei poſſeſſionem vel quaſi. Iudicium* ab vtraque diſtinguitur in *petitorium* et in *poſſeſſorium*, prout in eo vel de *cauſa proprietatis*, vel de *cauſa poſſeſſionis* contenditur (*a*). REMEDIVM PETITORIVM eſt, quo ius ipſum, quoad nobis proprium eſt, et POSSESSORIVM, quo ius circa poſſeſſionem perſe-

qui-

quimur (*b*). Vtrumque tendit ad *diuerſa iura* circa *eandem rem* perſequenda: vtrumque tamen *connexum* eſt, quod per poſſeſſorium *facilior* reddatur *cognitio petitorii.*

(*a*) *c.* 5 *X. eod.*

(*b*) *c.* 4. 6. *X. eod.* [*C. F. W. von* SPANGENBERG *Verſuch einer ſyſtemat. Darſtellung der Lehre vom Beſitz. Bayreuth* 1794. §. 178 etc.] De *foro* vtriusque vid. §. 241.

§. 682. Poſitum eſt in arbitrio actoris, alterutrum remedium *ſeparatim inſtituere* (*a*). Finito poſſeſſorio, ſuccumbenti in eo, ſaluum adhuc eſt *petitorium* (*b*); ob vtriusque iudicii nexum tamen in *eodem foro* inſtituendum (*c*), modo hoc etiam *intuitu petitorii* competens ſit (§. 241.) (*d*).

(*a*) *L.* 3. *C. de interdict. L.* 13. *C. de rei vindicat.*

(*b*) *c.* 7. *X. h. t.*

(*c*) *c.* 1. 2. 3. 6. *X. h. t. Clem. vn. h. t.*

(*d*) *c. vlt. X. de iudic.* REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 2. *tit.* 12. §. 8. *n.* 252. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 12. §. 13.

§. 683. Sed permiſſum eſt *iure* Canonico, litis promouendae cauſa *vtrumque remedium cumulare*, hoc eſt, *in idem iudicium ſimul deducere*; modo *forum* intuitu vtriusque *competens* ſit, nec *vtrumque* ſibi inuicem ſit *contrarium* (*a*). Poteſt ergo 1) *petitorium* cumulari cum remedio *adipiſcendae* et *recuperandae* poſſeſſionis, non vero 2) cum remedio *retinendae*, niſi tale concurrat remedium

petitorium, quod etiam datur *possidenti*, v. c. actio confessoria. Ceterum vtrumque tam in *initio iudicii*, quam ex interuallo vsque ad *conclusionem in causa* cumulare integrum est (*b*).

(*a*) *c.* 5. *X. h.* [PVFENDORF tom. 2. obs. 120.] Diversas veterum sententias de hoc argumento recenset GONZALEZ TELLEZ *ad Decret. c.* 2. *p.* 242.

(*b*) *c.* 5. *X. cit.*

§. 684. Vis huius cumulationis est, quod vtrumque iudicium *coniunctim* tractari, et ad decisionem instrui possit (*a*); nisi et media lite actori placuerit *petitorio suspenso*, in *solo possessorio* procedere (*b*).

(*a*) *c.* 1. 2. *X. h. t.*

(*b*) *Clem. vn. h. t. c.* 36. *X. de testib.*

§. 685. *Vtroque* 1) *satis instructo*, in vtroque ferri potest sententia definitiua, ita tamen vt, licet decisio causae possessionis praemittenda sit, in executione tamen causa proprietatis praevaleat (*a*). 2) *Possessorio* vero *tantum* instructo, de hoc solo iudex pronunciare potest, *causa proprietatis* vlteriori disceptationi reseruata (*b*).

(*a*) *c.* 6. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 2. 5. *X. h. t.*

§. 686. Ad analogiam cumulandi petitorii et possessorii permittitur *cumulatio actionum*, quatenus earum intuitu idem forum competens est.

Ita-

Itaque 1) plures actiones, ad *diuerſa* tendentes, *ſimpliciter*, et 2) plures actiones ad *idem* tendentes non niſi *alternatiue* et *ſubſidiarie* cumulari poſſunt (*a*).

(*a*) *c. 3. de reſcriptis in* 6. B. Parens in doctrina *de actionib. Sect. III. Io.* BRVNNEMANN de *concurſu, cumulatione et transmiſſ. actionum.* [vid. GLÜK in commentario ad pandectas T. 4. §. 284 ſqq.]

TIT. VI.

DE REMEDIO SPOLII.

(Lib. II. Tit. 13. *De reſtitutione ſpoliatorum*).

ARGVMENTVM.

§. 686. *Remedia poſſeſſoria.* 687. *Spolium.* 688. *Eius natura et ambitus.* 689. *Actio et exceptio ſpolii.* 690. *Actio contra quem detur?* 691. *Quaenam in eo in cognitionem veniant?* 692. *Ad quid detur?* 693. *Exceptio ſpolii.*

§. 686. Remedia poſſeſſoria vel ad *acquirendam* vel ad *retinendam* vel ad *recuperandam* poſſeſſionem comparata ſunt (*). Duo *priora* ex principiis iisdem aeſtimantur, quae ſunt *iure Ciuili* conſtituta (*a*); *poſterius*, iure Canonico ſpecialius determinatum *remedium ſpolii* vocatur (*b*).

[(*) *C. F. M.* KLEPE de natura et indole poſſeſſionis ad interdicta vti poſſidetis et vtrubi reddenda neceſſariae. Lipſ.

Lipſ. 1794. *F. G.* FLECK Hermeneut. tit. Pand. de acquirenda vel amitt. poſſeſſ. duo Specc. Lipſ. 1796.]

(a) c. 9. *X. de probationibus.*

(b) In *c. redintegranda* 3. C. 3 *qu.* 1. non niſi applicatio interdicti *Vnde vi* occurrit. Interpretatione Doctorum vero ſententia *huius cap.* latius producta nouis conſtitutionibus locum fecit in tit. X. *de reſtitutione ſpoliatorum.* *Casp.* ZIEGLER ad *C. redintegranda* 3. *qu.* 1. *et ad tit. Decretal. de reſtit. ſpoliat.* [*F. G.* FLECK commentationes binae de interdictis vnde vi et remedio ſpolii. Lipſ. 1797.]

§. 687. SPOLIVM eſt *quodlibet factum illicitum, quo rei poſſeſſio vel quaſi alicui aufertur.* Spolium ergo non intelligitur, niſi conſtet, I) alterum in *poſſeſſione vel quaſi* rei fuiſſe, II) et hanc *quolibet facto illicito ablatam* eſſe: quibus duobus momentis *probatio ſpolii* abſoluitur (*a*).

(a) *c.* 10. *X. de offic. iud. deleg. c.* 17. *X. h. t.*

§. 688. Ex quo intelligitur, I) ſpolium committi poſſe in rebus *immobilibus*, *mobilibus*, aeque ac in *iuribus* (*a*), et II) quolibet *illicito* modo, quo inuito aufertur poſſeſſio, ſiue id fiat per *vim* vel *ſine ea* (*b*), ſiue *dolo* vel ſub *ſpecie iuris*, ſiue (*c*) a priuatis, vel a *iudice*, non *ſeruato iuris ordine* ad priuationem poſſeſſionis procedente (*d*). Vnde ſpolii reus fieri poteſt, qui ad ſpolium alterius *moraliter* concurrit, *mandans* illud, vel *ratum* habens (*e*), vel rem ſpoliatam a ſpoliatore *ſcienter* accipiens (*f*).

(a) *c.* 3. *C.* 3. *qu.* 1. *c.* 6. *X. de ſepult. Frid. Eſ.* PVFENDORF in *obſ. iur. tom. II. obſ.* 142.

(b) c. 6.

(b) *c.* 6. 8. 9. 10. *X. h. t.*

(c) Ziegler de *reſtit. ſpoliator. c.* 4.

(d) *c.* 7. *X. h. t.* Mevivs *P.* 4. *dec.* 386.

(e) *c.* 5. *X. h. t.*

(f) *c.* 18. *X. h. t.*

§. 689. Ex *aequitate*, *iure Canonico* agnita, *ſpolii reus* obligatur ad rem ſpoliatam cum omni cauſa *reſtituendam*, data aduerſus eum ACTIONE SPOLII. Spoliatus porro ante praeſtitam ſpolii reſtitutionem cum ſpoliatore *nullum iudicium* ſuscipere tenetur, data ipſi EXCEPTIONE SPOLII *(a)*.

(a) Iuxta *c.* 2 *X. de ordine cognit. quaeſtio ſpoliationis* obiici poteſt vel IN MODVM ACTIONIS *ad reſtitutionem petendam, vel in* FORMA EXCEPTIONIS *ad intentionem adverſarii repellendam.* [c. I. de reſtitut. ſpoliator. in 6.]

§. 690. De ſpolio I) agit ſpoliatus: ideoque de *ſpolio* ſatis conſtare idque *probatum* eſſe ſufficit (§. 687.): nec ſpoliatus *titulum* poſſeſſionis docere tenetur, niſi *ius commune* ipſi ſit aduerſum *(a)*. Vnde 1) nec vlli *exceptioni*, qualitatem *poſſeſſionis* vel *titulum* concernenti, ante reſtitutionem ſpolii reſpondere *(b)*, 2) multoque minus ſpoliatori deſuper *cautionem* praeſtare tenetur *(c)*.

(a) c. 2. h. t. in 6.

(b) c. 2 de ord. cognit. c. 1. 2. 5. 6. *X. h. t. c.* 22. *X. in f. de offic. iud. del. Clem. vn. de cauſ. poſſ. et propr.* B. Parens *l. c.* §. 5.

(c) Io. Vlr. de Cramer *obſ. iur. vniv. tom. I. obſ.* 238. *p.* 547.

§. 691. Datur II) haec actio in genere aduersus *spolii reum*, ideoque tam aduersus *spoliatorem*, qua talem (*a*), quam aduersus *tertium* possessorem, *spolii conscium* (*b*): non vero contra tertium *bonae fidei possessorem* (*b*). Vsum huius actionis vero secundum ius Can. non impedit respectus reuerentiae specialis, reo debitae (*d*).

(*a*) LEYSER *ad Pand. spec.* 504. *m.* 6.

(*b*) *c. saepe* 18. *X. h. t*,

(*c*) [c. 2 X. de restit. spoliat.] *c.* 18. *X. h. t.* Per hoc *cap. correcta* est opinio interpretum, hoc remedium ex can. *redintegranda* contra *quemuis possessorem* producentium. Vid. B. Parens *l. c.* §. 8. 10. *Io. Vlr. de* CRAMER de *restitut. spoliati aduersus tertium b. f. poss. tom. III. op. p.* 91.

(*d*) *c. Grauis* 11. *X. h. t.* LEYSER *l. c. spec.* 505. *med.* 1. Vnde et datur contra *ecclesiam.* MEVIVS *P. VII. dec.* 299.

§. 692. Agitur III) ad Restitutionem spolii, qua continentur tum 1) *res ablata* et *in subsidium* eius aestimatio (*a*), tum 2) *damna* inde orta, *fructusque* a spoliatore *percepti* (*b*), nec non fructus percipiendi, si spolium *vi* vel *dolo malo* commissum est (*c*). Probationem et aestimationem eorundem *proprio iureiurando* instruere, actori integrum est (*d*). Est haec actio *personalis* (§. 689.) ideoque perpetua (*e*).

(*a*) *c.* 8. *X. de transactionib.*

(*b*) *c.* 22. *X. de offic. iud. deleg. c.* 7. 16. *X. h. t.* [CRAMER tom III. obs. 927]

(*c*) *c.* 11. *X. h. t.* ibi: *Vt non tam fructus a nouo et* VIOLENTO POSSESSORE *perceptos, sed quos, si eis possidere fuisset*

fuiſſet licitum, poſſeſſores veteres percepiſſent, reddi faciatis eisdem. MEVIVS *P. VIII. dec.* 387. DE CRAMER *l. c. tom. I. obſ.* 7.

(d) *c. 7. X. de his, quae vi metusue cauſa fiunt.*

(e) *Casp.* ZIEGLER *l. c. cap.* 9. WERNHER *obſ. for. P. VII. obſ.* 51.

§. 693. *Exceptio ſpolii* a ſpoliato opponi poteſt *cuicunque actioni*, a ſpoliatore motae, cum ante reſtitutionem ſpolii huic nullatenus reſpondere teneatur (§. 689.). Opponi poteſt in qualibet litis parte (*a*); modo *probatio ſpolii* in continenti fieri poſſit, videlicet intra terminum *XV. dierum*, qui vſu fori a *ſententia*, probationem iniungente, computari ſolet: qua probata, cauſae principalis cognitio ad ſpoliati preces ſuſpendenda eſt vsque ad plenariam ſpolii reſtitutionem (*c*).

(a) c. 2. et 4. *X. de ordine cognitionum.* WERNHER *P. IV. obſ.* 25.

(b) *c.* 1. *h. t. in* 6. *I. Tob.* REINHARTH in *obſ. ad Chriſtinaei deciſ. Vol.* 5. *obſ.* 10.

(c) *c.* 2. *X. de Ord. Cognit.* WERNHER *P. I. obſ.* 350.

TIT.

TIT. VII.

DE MVTVIS PETITIONIBVS.

(Lib. II. Tit. 4. *De mutuis petitionibus*).

ARGVMENTVM.

§. 694. *Reconuentio* 695. *in quibus causis obtineat.* 696. *Coram quo iudice.* 697. *Propria et impropria.* 698. *Propria simultaneo processu exercetur.* 699. *Impropria finita causa conuentionis.*

§. 694. MVTVAE PETITIONES in sensu stricto sunt *actiones inter litigantes erga se inuicem apud eundem iudicem motae*, quarum altera ex parte actoris est *conuentio*, altera ex parte rei *reconuentio.* Reo conuento *ius* datur, actorem vicissim apud eundem iudicem, *competentem* (*a*) aeque ac *incompetentem*, reconueniendi (*b*); cum et *aequum sit, vt cuius in agendo quis obseruat arbitrium, eum habere etiam contra se iudicem in eodem iudicio non dedignetur* (*c*): ex qua aequitatis ratione *auctoritate legis* prorogatur *iurisdictio* iudicis, qui alias intuitu actoris iudex non est (*d*).

(*a*) *L.* 11. *§.* 1. *D. de iurisdict. L.* 22 *D. de iudiciis.*

(*b*) Apud *incompetentem iudicem* id licere, introductum demum est constitutione Imp. *Zenonis* in *L.* 5. *C. de fructibus et litium expensis*, cuius vestigiis insistit IVSTINIANVS in *Nov.* 96. *c.* 2. *et* Auth. *Consequenter C. de sentent. et interloc.* Vid. *Ianus a* COSTA in *comment. ad Decretal. p.* 393. [*I. A.* CLEEMANN de mutuis petitionibus. Lips. 1770.]

(*c*) C. 1.

(c) c. 1. C. 3 qu. 8. L. 14. C. *de ſentent. et interl.*

[(d) Reus qui iterum actione contra actorem experiri intendit vel finem conuentionis expectare, vel actorem in eodem iudicio reconuentione adire obligatus eſt L. 11. §. 1. D. De iurisdictione. Nov. 96. c. 2. c. 3. De reſcriptis in 6.]

§. 695. Reconuentio I) eſt *ſpecies actionis.* Hinc 1) omnes *reconuenire* poſſunt, qui et *agere* poſſunt (*a*); et 2) reconuentio in *omni cauſa*, ſiue *connexa* ſiue *diuerſa*, exerceri poteſt (*b*), et in *ſeculari* non modo ſed et in *eccleſiaſtica* (*c*): modo iudex *vi ſuae iurisdictionis* de ea *iudicandi poteſtatem* habeat (*d*). Vnde de *cauſa eccleſiaſtica* in foro ſeculari, vel de cauſa *feudali* in foro allodiali non datur reconuentio.

(*a*) *c. 5. X. de exceptionibus.* [De reconuentione contra reconuentionem vid. GÖNNER's *Handbuch* T. I. N. 10.]

(*b*) Nov. 96. *c. 2. auth. Conſequenter C. de ſent. et interl.*

(*c*) *c. 12. X. de fide inſtrument.*

[(*d*) Num iudex ad certam ſummam datus de maiori in reconuentione cognoſcere poſſit diſceptatur. Negat. *I. H.* BÖHMER in introd. ad Dig. L. II. T. 1. §. 23. ob. L. 11. §. 1. D. de iurisd.; affirmat VOETIVS L. V. Tit. I. §. 85. et GLÜCK in comm. ad Pand. T. III. § 204. cf. L. 74. D. de iudiciis L. 28. D. *Ad municipalem.*]

§. 696. Cum II) per reconuentionem *vi legis* prorogetur *iurisdictio:* eidem locus eſt tam coram iudice *ordinario* quam coram iudice, ad cauſam conuentionis ad preces actoris *delegato;* etiamſi actor *foro priuilegiato* gaudeat (*a*). Hinc clericus in foro eccleſiaſtico conuentus *laicum*, vel

vel laicus in foro feculari conuentus *clericum* in caufa *feculari* reconuenire poteft (*b*). Quoniam vero actori reconuento beneficium primae inftantiae adimi nequit: reconuentio in *appellationis inftantia* inftitui non poteft (*c*).

(*a*) *c.* 1. 2. *X. h. t. L.* 5. *C. de fructib. et lit. expenf.* LEYSER *fpec.* 123. *med.* 3. Actori in refpondendo contumaci *audientia* negari poteft *c.* 1. 2. *X. h. t.*

(*b*) Hanc quaeftionem negant *Robert.* KÖNIG in *princ. iur. Can. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 8. PIRHING in *iur. Can. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 9. Rectius eandem affirmant *Profp.* FAGNANVS ad *tit. decret. de obligat. ad ratioc. n.* 57. *Io.* VALLENSIS *ad Decret. lib.* 2. *tit.* 4. §. 1. *n.* 3. *Lud.* ENGEL in *coll. iur. Can. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 6. REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 2. *tit.* 4. §. 2. *n.* 31. BRVNNEMANN *ad L.* 14. *C. de fent. et interl.*

(*c*) MEVIVS *P. V. dec.* 356.

§. 697. *Modus exercendi reconuentionem* duplex eft, vel *iudicio fimultaneo*, vel *fucceffiuo*. Reconuentio PROPRIA eft, *quae iudicio fimultaneo cum conuentione exercetur*, et IMPROPRIA, *quae finito demum iudicio conuentionis in eodem foro inftituitur* (*a*).

(*a*) *c.* 2. *X. h. t.* [*C.* ROBERT de vfu pract. diftinctionis inter mutuam petitionem et reconuentionem etc. Wezlar. 1782.]

§. 698. Cum *propria* reconuentio fimultaneo iudicio expedienda fit cum conuentione: inftituenda 1) eft in ipfo *exordio litis* (*a*); eidem 2) tantum locus eft in caufis, quae poffunt eodem *proceffus genere* et *fimultanea* cognitione tractari:

ctari: ideoque non admittitur in caufa *fpolii*, vel in caufa *moram* non patiente (*b*), vel in caufa *ratione decifionis* cum caufa conuentionis *connexa*, et ab ea dependente (*c*); denique 3) *vtriusque litigantis* in vtroque conuentionis et reconuentionis iudicio *eadem* funt *iura* (*d*).

(a) *Clem. 2. de Verb. Signif.* ibi: *pro parte agentis et etiam Rei, fi quae petere velit, eft in ipfo litis exordio petitio facienda.* BECMANNORVM confil. 1784. tom. 2. N. 90. n. 17.]

[(b) Nifi caufa reconuentionis eiusdem generis eft. KNORR *Anl. z. Procefs* L. II. c. 5. §. 4. GLÜCK in commentario ad P. T. III. §. 205 a.]

(c) *c. 2. et 4. X. de ordine cognitionum.*

(d) *c. 2. X. h. t.* [De effectu reconuentionis quoad fumtum litis vid. GÖNNER *Handbuch* T. I. N. 23.]

§. 699. Reconuentio *impropria* vero cum finita demum conuentione, in iudicium deduci poffit, 1) in *qualibet* quidem primae inftantiae *parte* proponi, *finita* vero *conuentione* demum tractari poteft (*a*). Locus huic eft 2) in caufis, quae *propriam* reconuentionem non admittunt: (§. ant.): in illius *fecuritatem* vero 3) quod videlicet actor finita conuentione in eodem foro ei refpondere velit, *cautio pro reconuentione* praeftanda eft, quae eft fpecies cautionis *de iudicio fifti* (*b*).

(a) *c. 3. in f. de refcriptis in* 6. ibi: *durante iudicio, Ordinat. Camer. P. 3 tit. 30.*

(b) WERNHER *obf. felect. P. IV. obf. I. n.* 48.

TIT.

TIT. VIII.

DE ORDINE COGNITIONVM.

(Lib. II. Tit. 10. *De Ordine cognitionum.*)

ARGVMENTVM.

§. 700. *Causae connexae.* 701. *Ordre cognitionum.* 702. *Praeiudiciales causae praeiudicandae.* 703. *Non praeiudiciales simul tractari possunt.* 704. *Iudex causae incidentis.*

§. 700. Causae in iudicium deducendae CONNEXAE sunt, *quarum altera alterius decisioni inseruit.* Harum numero sunt 1) *praeiudiciales*, a quarum decisione dependet alterius causae decisio: 2) *praeparatoriae*, quae faciliorem reddunt alterius causae decisionem; 3) *incidentes*, quae in lite de re aliena mota emergunt; 4) causae ex *eodem negotio* emergentes, sed ad *diuersa* tendentes.

§. 701. ORDO COGNITIONVM est *ordo*, *in tractatione causarum connexarum et in iudicium deductarum ex legis dispositione obseruandus.*

§. 702. *Causae praeiudiciales prius cognoscendae sunt, quam de eis contendatur, quae ab earum cognitione dependent,* siue illae *ciuiles* sint, siue *crimina-*

minales. Nec quidquam intereſt, vtrum per modum *actionis,* an *reconuentionis* vel *exceptionis* proponantur (*a*).

(*a*) c. 1. 2. 3. X. h. t. c. 3. 4. C. 3. qu. 11. L. 2. C. de ordine cognit. L. 26. D. ad L. Iul. de adulter. L. 10. C. de iniuriis. L. 1. C. de appellat. L. 7. C. ad L. Iul. de vi publ. HERTIVS *de ordine cauſarum in iudicio tractandarum.*

§. 703. *Cauſae ex eodem negotio emergentes, quarum neutra alteri praeiudicialis eſt, ſimul tractari poſſunt* (*a*), ſiue *ſeparato proceſſu* proponantur, ſiue in idem iudicium *deducantur* per *cumulationem* actionum (§. 685.). Vnde nec cauſa *criminalis* ſemper tractanda eſt ante cauſam ciuilem, ex *eodem negotio* emergentem (*b*), niſi illa ſit *praeiudicialis* (*c*).

(*a*) L. 1. C. de ordine cognit.

(*b*) L. 3. 4. C. de ordine iudicior.

(*c*) L. 35. D. de acquir. et amitt. poſſ. L. 13. C. de rei vind. L. 3. C. de interdict. C. Frid. Ge. MEISTER *De ord. cognit. in cauſae civ. et. crim. concurſu* §. 10.

§. 704. Cum cauſa *incidens partem* faciat cauſae principalis: *Iudex cauſae principalis* etiam de cauſa *incidente* cognoſcere poteſt (*a*), etiamſi huius intuitu *incompetens* ſit (*b*). Exceptio eſt, ſi *cauſa incidens* non niſi vi *iurisdictionis priuilegiatae* in *petitorio* definiri poteſt: hinc cauſa *mere eccleſiaſtica*, in iudicio *ſeculari* incidens (*c*), et cauſa de *ſtatu nobilitatis* in iudicio eccleſiaſtico inci-

Nn dens,

dens, ad forum *competens* remittenda (*d*), quoad in vtroque caſu *de petitorio* agitur.

(*a*) *c.* 5 *c.* 21. §. 2. *in f. X. de off. et poteſt. iud. deleg. c.* 9. *X. de in integr. reſtitut. c.* 5. *X. de renunciatione.*

(*b*) *c.* 3. *X. de donationib. inter vir. et vx. L.* 1. *C. de ordine iudiciorum L.* 3 *C. de iudiciis.*

(*c*) *c.* 3. *X. h. t. c.* 5. *X. qui filii ſint legit.* Si de *poſſeſſione rei eccleſiaſticae* tantum in foro ſeculari *incidenter* agitur, de ea et *iudex ſecularis* cognoſcere poteſt (§. 241.). *Sam.* STRYK *de cauſa incidente c.* 2. §. 5. 6. 10.

(*d*) *Capitul. Caeſ. nouiſſ. art.* 14. *Concl. Iud. Imp. aul. d.* 28. *Febr.* 1726. in MOSERI *Staatsrecht tom. III. p.* 136. *es habe der Reſignatariae von Morſey keinesweges gebühret, in dieſer vor Ihro Kayſerl. Maj. als des teutſchen Adels allerhöchſtes Oberhaupt und einzigen Richter gehörigen cauſa ſtatus an deſſen Officialat* (zu Münſter) *zu recurriren, noch dieſem darinnen zu cognoſciren zugeſtanden.*

SECTIO

SECTIO II.

DE LITIGANTIBVS IVDICIVM CONSTITVENTIBVS.

TIT. I.
De POSTVLANDO.

(Lib. I. Tit. 36. *de Postulando.*)

ARGVMENTVM.

§. 705. *Litigantes principales.* 706. *Ius pro se postulandi.* 707. *Ius per aduocatos postulandi.* 708. *Vis eorum, quae per hos exponuntur.* 709. *Quibus interdicta sit aduocatio.*

§. 705. Litigantes, inter quos iudicium exercetur, sunt vel *principales*, si nomine proprio, vel *minus principales*, si nomine alieno litigant. Est inter illos ACTOR, *qui ius suum persequitur in iudicio*, REVS, *aduersus quem id alter persequitur*: et INTEVENIENS, *qui liti, inter alios motae, iure proprio se immiscet, vel* ad *assistendum* alterutri parti, *vel* ad *ius proprium* et praecipuum in eadem lite aduersus vtrumque litigantem *persequendum*. Principales litigantes *partes* dicuntur.

§. 706. *Poſtulare* idem eſt, ac *in iudicio exponere, quae ad diſceptationem cauſae litigioſae pertinent.* Poſtulant litigantes vel *pro ſe* vel *pro aliis. Pro ſe* poſtulare cuilibet permiſſum eſt, modo habeat *legitimam ſtandi in iudicio perſonam* (*a*), hoc eſt, vt vi liberae de iure ſuo diſponendi facultatis ius ſuum perſequi et tueri poſſit. *Minores* 1) *XIV. annum* egreſſi, in cauſis *beneficialibus* aliisque *ſpiritualibus* ad poſtulandum pro ſe admittuntur in foro eccleſiaſtico (*b*). Nec 2) *clerici* pro ſe poſtulare prohibentur (*c*).

(*a*) *L.* 1. 2. *C. Qui legitim. ſtandi in iud. perſon. hab.*
(*b*) *c.* 3. *de iudiciis in* 6.
(*c*) *c.* 1. 3. *X. h. t.*

§. 707. ADVOCATI ſunt *iurium periti, quibus per leges permiſſum eſt pro aliis poſtulare.* Liberum eſt vnicuique, *poſtulare per aduocatos*, niſi interueniant actus, ex iuſta cauſa *remotis illis* ſuſcipiendi (*a*). Ad officium iudicis ſpectat, *petentibus* dare, quem habere non poſſunt, aduocatum (*b*). Aduocati vero in praeſtando patrocinio ſubſunt *iudici* eius *fori*, coram quo poſtulant (*c*).

(*a*) *c.* 14. *X. de iudiciis c.* 1. *eod. in* 6.
(*b*) *c.* 1. *X. de officio iudicis.*
(*c*) *c.* 2. §. 1. *C.* 3. *qu.* 7. *L.* 1. *pr. D. h. t. L.* 9. §. 2. 4. 5. *D. de off. Proconſ.*

§. 708.

§. 708. Quidquid aduocatus *cliente* vel *praeſente* vel *ſubſcribente* ea, quae in ſcriptis exhibentur, nomine eius in iudicio exponit, perinde habetur, ac ſi ab ipſo cliente proferatur: niſi quod *errorem* aduocati, in facto commiſſum, intra *triduum* reuocare liceat (*a*).

(*a*) *c.* 20. *de Cenſibus c.* 61. *X. de appellat.* [*C. P.* Kopp *von den geiſtlichen und civil Gerichten in Heſſen. Th.* 1. §. 337.]

§. 709. Poſtulare *pro aliis* poſſunt omnes, quibus id ex *ſpeciali ratione* non eſt interdictum (*a*). Iure Canonico (ex ratione §. 106.) *pro aliis* poſtulare interdictum eſt 1) *Monachis et Canonicis regularibus*, niſi pro cauſa eccleſiae ſuae (*b*), 2) *clericis maiorum* ordinum, et *clericis minorum* ordinum, *beneficio* prouiſis, in *iudicio ſeculari*, niſi pro eccleſia, cui inſeruiunt, et pro coniunctis et miſerabilibus perſonis: *contra eccleſiam* poſtulantes, beneficio priuantur (*c*): 3) *haereticis*, et in Germania approbatae religioni haud addictis (*d*): 4) *excommunicatis* (*e*).

(*a*) *c.* 2. *C.* 3. *qu.* 7.

(*b*) *c.* 2. *X. h. t.*

(*c*) *c.* 1. 3. *X. h. t.* Carpzov. in *iur. eccl. lib. I.* 89. Brvnnemann. *Ius eccl. lib. I. c.* 6. *m.* 10. § 8.

(*d*) *c.* 11. *X. de haeretic. I. P. O. art. V.* §. 35.

(*e*) *c.* 8. *de ſentent. excommun. in* 6 *c.* 8. *X. eod.*

Tit. II.

DE PROCVRATORIBVS.

(Lib. I. Tit. 37. *de Procuratoribus.*)

ARGVMENTVM.

§. 710. *Procurator.* 711. *Ius partium constituendi procuratorem ad lites.* 712. *Quinam eos constituere, et* 713. *quinam constitui possint.* 714. *Quomodo plures constituantur.* 715. *In quibus caussis?* 716. *Constitutio per mandatum,* 717. *idque vel verum vel praesumtum.* 718. *Iura eorum et obligationes.* 719. *Eorum reuocatio.*

§. 710. Procvrator in sensu *generali* est, *qui negotium alienum per mandatum sibi commissum administrandum suscipit.* Est is I) vel *generalis*, cui genus negotiorum (*a*), vel *specialis*, cui determinatum negotium, nec non II) *iudicialis*, cui negotium iudiciale, vel *extraiudicialis*, cui negotium extraiudiciale committitur (§. 348. 364.).

(*a*) c. 11. *X. h. t. Christ. Gottfr.* Hofmanni diss. de *orig. et condit. Procuratorum iure Rom. et Canonico nec non eorum progressu in for. Germ.* [Dapp *Versuch über die Lehre von der Legitimation zum Procefs.* 1789.]

§. 711. Iure communi partibus liberum est, lites *per procuratores* exercere (*a*): nec in iudicio *in persona* comparere tenentur, nisi actus interueniat, cuius peragendi caussa partes

tes coram adesse interest (*b*). PROCVRATOR AD LITES est *procurator iudicialis*, *ad litem alienam agendam datus:* qui ex principiis *iuris Romani*, in *Iure Canonico* repetitis, vi *mandati* et accedente *litis contestatione*, pro *domino litis* habetur (*c*).

(*a*) *c*, 7. *X. h. t.*

(*b*) Sufficit *iusta causa*, arbitrio iudicis relicta: *c*. 1. *de iudiciis in* 6. quorsum pertinet causa *amicabilis compositionis*, maxime in causa *matrimoniali* in iudicio ecclesiastico tentandae. CARPZOV. *Iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 31. [*K.* GROLMANN *Theorie des gerichtlichen Verfahrens. Giess. u. Darmst.* 1800. §. 61.]

(*c*) *c*. 1. §. 1. *c*. 6. *pr. h. t. in* 6.

§. 712. Omnibus, qui *proprio nomine* litigant, *procuratorem dandi* facultas est. Vnde 1) iure *praelaturae* vel *beneficii* litem exercentes, procuratorem constituere possunt (*a*): 2) Nec procuratori post *litem contestatam* iure communi negatur facultas alium sibi substituendi (*).

(*a*) *Clem.* 4. *h. t.*

(*b*) *c*. 1. §. 1. *h. t. in* 6.

[(*) Dissentit GROLMAN l. c. §. 64. pag. 82.]

§. 713. Procuratores constitui possunt omnes: nisi ex *speciali ratione* iure prohibeantur (*a*). Iure Canonico a procuratione litium excluduntur 1) minores *XXV. annis* (*b*), 2) clerici in causis *secularibus* (§. 106.) (*c*), 3) excommunicati (*d*), 4) infantes (*e*).

(a) *c*. 1. §. 1. *h. t. in* 6.

 (*b*) *c*. 5.

(b) *c.* 5. §. 2. *h. t. in* 6. *Io. Dan.* GRVBERI diſſ. *de minore procuratore* §. 9. LEYSER *ſpec.* 51. *m.* 1.

(c) *c.* 2. 4. *X. ne clerici vel monachi ſecul. negot.* nec religioſi ſine permiſſu abbatis. *Clem.* 3. *h. t.* Non vero excluduntur *laici* in cauſis eccleſiaſticis *c.* 1. *h. t. in* 6.

(d) *c.* 9. *X. de probationibus.*

(e) *c.* 1. 2. *C.* 3. *qu.* 7.

§. 714. Poſſunt *plures* ad eandem cauſam conſtitui, ita quidem, vt vel I) omnibus eadem cauſa *ſimpliciter* et aequo iure committatur, quo caſu omnes eandem *coniunctim* gerere debent, nec alter absque altero procedere poteſt, niſi ſint in *ſolidum* conſtituti (*a*): vel II) vt vnus *principaliter*, ceteri in *ſubſidium* et *ſubordinate* per modum ſubſtitutionis conſtituantur (*b*).

(a) *c.* 6. *h. t. in* 6.

(b) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 100.

§. 715. Conſtitui poteſt procurator ad cauſas *ciuiles* omnes, praeſentes et futuras (*a*), ideoque etiam 1) ad *eccleſiaſticas* (*b*), 2) ad cauſas criminis, quatenus ex eis *ciuiliter* agitur, non vero quatenus ex eis agitur ad poenam (*d*).

(a) *c.* 68. *de regul. iur. in.* 6. *c.* 14. *X. h. t.*

(b) *c.* 1. *c.* 6. §. 2. *h. t.*

(c) *c.* 10. *X. h. t. c.* 10. *X. de reſtitut. Spoliat.*

(d) *c.* 5 *X. h. t.* B. Parens in diſſ. de *poteſtate procuratoris in cauſis criminalibus.*

§. 716. Conſtitutio procuratoris fit per *Mandatum ad litem*: quod vel *generale* eſt, quo tota lis,

vel

vel *ſpeciale*, quo certi actus in lite expediendi committuntur. Ad actus expediendos, ex quibus mandanti *praeiudicium* euenire poteſt, mandatum *ſpeciale* deſideratur, nec generale ſufficit, niſi 1) in hoc *libera* cauſae *adminiſtratio* ſit conceſſa, quod *mandatum cum libera* vocatur, vel 2) actus varii, *ſpeciale mandatum* deſiderantes, in eo ſint expreſſi, cum facultate *ſimiles* peragendi (*a*).

(*a*) *c.* 4. 5. *h. t. in.* 6. *Clem.* 2. *h. t.* B. Parens in *iur. eccl. lib. I. tit.* 38. §. 10.

§. 717. Mandatum *verum* eſt, quod interveniſſe *probatur*, et *praeſumtum*, quod interueniſſe ex iuſta cauſa *iure praeſumitur* (*a*). Probatur tum per *inſtrumentum*, quo continetur mandatum, tum per *declarationem mandantis apud acta* (*b*). *Falſus* eſt procurator, qui talem ſe gerit, licet nec *verum* nec *praeſumtum* mandatum habeat. Probata falſi procuratoris exceptione, quae in omni *litis parte* obiici poteſt, iudicium *nullum* eſt (*c*).

(*a*) *L.* 35. *D. h. t. L.* 2. *C. de litis conſortibus.* [*N. Th.* Gönner *Erörterungen über den gemeinen Proceſs. Bamberg* 1799. Nr. 12.]

(*b*) *c.* 1. *X.* et *Clem.* 1. *h. t. c.* 64. *X. de. appellat.*

(*c*) *c.* 4. *X. h. t. c.* 3. 8. *X. h. t. c.* 33. *X. de reſcript.*

§. 718. Iura et obligationes procuratoris *ante litis conteſtationem* ex natura *mandati*, *poſt*

eam ſimul ex *dominio litis* aeſtimantur. Ex *mandato* intelligitur, quod procurator 1) obligetur ad litem intra *fines mandati* diligenter et bona fide expediendam (*a*), quodque 2) ea, quae vi legitimi mandati agit, in iudicio *rata* ſint (*b*). Ex *dominio litis* colligitur, quod 1) *poſt L. C.* ſubſtituere (*c*), et 2) vnus ex pluribus, in ſolidum conſtitutis, litem occupans, ceteros excludere poſſit, niſi aliud in mandato contineatur (*d*), quod 3) ſententia *in procuratorem* ferri poſſit (*e*), quod 4) poſt L. C. *reuocari* nequeat, niſi ex iuſta cauſa (*f*); quod 5) morte conſtituentis non exſpiret, niſi iure officii et beneficii conſtitutus ſit (*g*).

(*a*) *c.* 22. *X. de reſcript c.* 3. *X. h. t.*
(*b*) *c.* 1. 14. *X. h. t.*
(*c*) *c.* 1. *h. t. in* 6.
(*d*) *c.* 6. *h. t. in* 6.
(*e*) *c.* 2. *de Capell. monach. c.* 6. *X. de relig. domib.*
(*f*) *c.* 2. *h. t. in* 6.
(*g*) *Clem.* 4. *h. t. Receſſ. imp. de a.* 1654. §. 99. De vſu forenſi harum doctrinarum vid. B. Parens *l. c.* §. 42. 57.

§. 719. Finitur procuratoris officium *reuocatione*, ad *acta* declarata (*a*): quae *tacite* interueniſſe *praeſumitur*, vel per conſtitutionem *noui procuratoris* (*b*), vel ſi ipſe conſtituens *litis tractandae* gratia ad cauſam veniat: nec tamen *de alia mente* ex *proteſtatione* vel ex *natura actus ſuſcepti* euidenter appareat (*c*). Quidquid a procura-

curatore, *legitime* reuocato, geritur, nullum eſt (*d*).

(*a*) c. 13. X. h. t. c. 2. h. t. in 6.

(*b*) c. 14. X. h. t.

(*c*) c. 3. 8. 13. X. h. t. c. 33. X. de reſcript.

(*d*) c. 8. h. t. in 6.

TIT. III.

DE SYNDICO.

(Lib. II. Tit. 39. *de ſyndico.*)

ARGVMENTVM.

§. 720. *Syndicus publicus et priuatus.* 721. *Vtriusque iura.* 722. *Ius et obligatio uniuerſitatis eum conſtituendi.*

§. 720. SYNDICVS eſt *procurator ad cauſas vniuerſitatis in iudicio agendas conſtitutus.* PVBLICVS eſt, qui *officio publico* fungitur in *adminiſtratione cauſarum iudicialium vniuerſitatis*, PRIVATVS eſt, qui officio publico non fungitur, et ſolo *mandato vniuerſitatis* conſtituitur (*a*); quod *ſyndicatum* vocatur.

(*a*) c. vn. h. t. c. 7. X. de Procurat.

§. 721. *Syndici priuati* et *procuratoris* eadem ſunt iura (*a*): vnde et plures ad eandem cau-

causam dati, hanc *coniunctim* tractate tenentur, nisi sint *in solidum* constituti (*b*). *Syndici publici* potestas in tractandis causis vniuersitatis est pars *muneris publici*, isque ideo speciali mandato non indiget.

(*a*) *c.* 7. *X. de Procurat. c.* 2. *X. de in int. restitut.* [*H. C.* WINTER (praes. HENNE) de different. inter procuratorem et syndicum. Erford. 1770.]

(*b*) B. Parens in *iur. eccl. lib. I. tit.* 39. §. 4.

§. 722. *Ecclesiae* et *cuiusque vniuersitatis ecclesiasticae* non modo *ius* est constituendi syndicum ad causas ipsius in iudicio agendas, sed et ad id *obligatur* (*a*): nisi tales sint causae, quas potest is, qui ecclesiae praeest, iure *beneficii* et *praelaturae* administrare (*b*).

(*a*) *c.* 7. *X. de Procuratoribus c. vn. X. h. t. c.* 2. *X. de integr. restitut.* ibi: *Iudices monachis iniunxerunt, vt Syndicum vel Procuratorem eligerent, qui in causis monasterii et consulte ageret et vtiliter responderet.*

(*b*) *c.* 9. *X. de Procurat. c.* 21. *X. de Rescript.* ibi: *cum ex officio suo teneantur congregationum suarum negotia procurare: nisi forte Abbatis et Conuentus negotia sint discreta.* Exempla sunt in *c.* 17. *X. de restitut. spoliat. c.* 15. *X. de praescript.*

TIT.

Tit. IV.

de
IVRAMENTO CALVMNIAE.

(Lib. II. Tit. 7. *De iuramento calumniae*).

ARGVMENTVM.

§. 723. *Iuramentum calumniae generale et speciale.* 724. *Generale a lege impositum.* 725. *Poena illud recusantis.* 726. *Ius exigendi speciale.* 727. *Modus vtrumque praestandi.*

§. 723. Ivramentvm calvmniae est, *quo litigans bona fit se litigaturum et ab omni fraude et frustratione se alienum esse asseuerat.* Generale est, quod *intuitu totius iudicii*, et speciale, quod intuitu *certi actus* in iudicio expediendi praestatur (*a*).

(*a*) Rochvs Frid. Comes Linariae *de iurisiurandi calumniae moralitate, historia, Principumque Imp. ab illo immunitate c.* 1. *Io. Ern.* Floercke *de iuramento calumniae.* [*I. G.* Bergold de iuram. calumniae tum generali tum speciali abolendo. Lips. 1783. *I. v.* Schmidt *gen.* Phiseldeck *üb. den Eid. Helmstaedt.* 1798 §. 4.]

§. 724. *Generale*, ad vitandam in iudicio calumniam, omnibus litigantibus *praeceptum* est, nullo habito vel status *personarum* (*a*) vel qualitatis *causarum* secularium et ecclesiasticarum (*b*), vel *iudicii* ordinarii et summarii discrimine (*c*). Vnde

Vnde *Iudex* illud in omni iudicii parte exigere poteſt (*d*); nec litigantibus facultas competit illud ſibi *expreſſe remittendi*, ſed remiſſio *inefficax* eſt (*e*). Eodem tamen neque a iudice neque a partibus exacto, iudicium ideo *nullum* non eſt (*f*).

(*a*) *c.* 4. 5. 7. *X. h. t.* *Ge. Henr.* AYRER de *neceſſitate officii a iuramento calumniae non liberante.* Goetting. 1747. §. 17.

(*b*) Olim in cauſis eccleſiaſticis exactum non eſt c. 2. *X. h. t.* quod tamen iure nouo mutatum eſt per *c.* 1. §. *vlt. h. t. in* 6.

(*c*) *Clem.* 2. *de verb. ſignif.*

(*d*) *c.* 1. *pr. h. t. in* 6.

(*e*) *L.* 2. §. 4. *C. de iureiur. propter calumn.*

(*f*) *c.* 1. §. 1. *h. t. in* 6. Vſus huius iuramenti *iure prouinciarum particulari* varie determinatur. In terris Brunſuico-Luneburgicis eius praeſtatio ad *ſpecialem probabilemque calumniae ſuſpicionem*, iudicis arbitrio aeſtimandam, adſtricta eſt in *Ord. Appell. trib. Cell. P. II. tit.* 7. §. 2. [*I. L. I.* DEDEKIND *Einleitung zum Proceſs der Herzogl. Braunſchweig-Wolfenbüttelſchen Gerichte. Braunſchw. u. Wolfenbüttel.* 1776. §. 191.]

§. 725. Poena illud ſibi per ſententiam iniunctum praeſtare *recuſantis* eſt, quod actor *actione* cadat, et *reus* pro *confeſſo* habeatur (*a*). Procuratores et Syndici, id recuſantes, *ad poſtulandum* non admittuntur.

(*a*) *c.* 7. §. 1. *X. h. t.*

§. 726. Iuramentum calumniae *ſpeciale* ſeu malitiae iure communi non ſimpliciter praeceptum

ptum eſt, ſed *partibus* datum *ius*, approbante iudice, illud *a ſe inuicem exigendi*, et *iudici* poteſtas, id illis iniungendi (*a*). Exigi poteſt tum 1) in actibus iudicii, *iure determinatis* (*b*), tum 2) in actibus, *iure non determinatis*, in quibus tamen probabilis emergit *calumniae ſuſpicio*, iudicis arbitrio aeſtimanda (*c*). Exactum et a iudice approbatum, *praeſtare recuſans*, commodo eius actus excidit, propter quem iurandum eſt.

(a) L. 34. §. 4. D. de iureiurando c. 2. §. 2. h. t. in 6. Receſſ. imp. de a. 1654. §. 43.

(*b*) Exempla ſunt in *c. 55. X. de teſtibus c. 4. X. de except. c. 6. X. Qui matrim. accuſar. poſſ.*

(*c*) *c. 2. §. 2. h. t. in 6.* ibi: *quoties* Iudex *viderit expedire.*

§. 727. Iuramentum calumniae generale et ſpeciale tam in perſona propria quam per *procuratorem*, ſpeciali mandato inſtructum, praeſtare, iure Canonico permiſſum eſt (*a*). Ab vniverſitate praeſtandum eſt per Syndicum, cauſae notitia non deſtitutum, quem in *animam propriam* iurare oportet (*b*).

(a) c. vlt. h. t. in 6.

(b) c. 3. X. h. t.

SECTIO

SECTIO III.

DE SINGVLIS ACTIBVS IN IVDICIO OBVENIENTIBVS.

Tit. I.

DE CITATIONE.

ARGVMENTVM.

§. 728. *Citatio.* 729. *Eius necessitas.* 730. *Facienda a iudice competente.* 731. *Directa est vel subsidiaria.* 732. *Eius obiectum.* 733. *et causa.* 734. *A modo denunciandi est vel priuata vel publica.* 735. *immediata et mediata.* 736. *Eius obligatio.*

§. 728. Singulis actibus in iudicio obeundis inseruiunt *citationes* et *dilationes*; quibus neglectis *contumacia* admittitur: de quibus prius est agendum. Citatio est *denunciatio iussu iudicis facta, vt quis actus in iudicio expediendi causa in foro compareat.* Inest ei *decretum iudicis*, de actu in iudicio obeundo. Quae ergo de citatione, eadem valent de decreto simplici, *quo actus in iudicio expediendus iniungitur, cuius intuitu in foro comparere necesse non est.*

§. 729. Cum naturali ratione nihil contra inauditum definiendum sit (*a*); citatio pertinet ad

ad ſubſtantiam *iudicii, ſingulorumque iudicii actuum.* Neceſſaria ergo eſt in omni, etiam *ſummario,* iudicio (*b*): nec actus iudicii, *iura* et *obligationes aliorum* concernens, valide ſuſcipi poteſt, quam *citatis* vel auditis his, quos concernit (*c*).

(*a*) Verba ſunt c. 1. *X. de cauſa poſſeſſ. et propriet.*
(*b*) *Clem. 2. de Verb. Signif.*
(*c*) *c. 8. X. de maioritate et obed.* ibi: *Ratio iuris poſtulat, vt in eorum praeiudicium nihil ordinemus de ipſis, cum nec citati ſint, nec conuicti, nec per contumaciam ſe abſentent.*

§. 730. Citatio I) efficaciter *decerni* non poteſt, niſi a iudice *competente* (*a*), ſiue is ſit *ordinarius* ſiue *delegatus*, ſuae *delegationis fidem* in prima citatione facturus (§. 265.) (*b*). Ab *incompetente* facta citatio prorſus nulla eſt, nec vim accipit niſi per *prorogationem*, quoad huic locus eſt (*c*) (§. 243.).

(*a*) *c. 29. X. de off. et poteſt. iudicis deleg.*
(*b*) *c. 2. X. de dilationibus.*
(*c*) *c. 16. X. de foro competente.*

§. 731. Citatio vel DIRECTA eſt, *quam iudex virtute iurisdictionis ſuae decernit,* vel SVBSIDIARIA, *cuius decernendae cauſa requirere debet alium iudicem, cui citandus ſubeſt.* In hac non iudex *requirens* ſed iudex *requiſitus* citat: eaque opus eſt, ſi citandus iurisdictioni iudicis in certa cauſa prorſus non eſt ſubiectus (*a*).

(*a*) *Nic. Chriſt.* L. B. DE LINCKER in *Comment. ad ius ciuil. p.* 253.

§. 732. Fit II. *ad actum in iudicio obeundum.* Hinc citatus 1) per citationem simul de *actu* in iudicio peragendo, quoad opus est, instruendus est (*a*); in eaque 2) *dies* ad comparendum congruus praefiniendus (*b*), 3) et *locus iudicii* indicandus, quem *tutum* esse oportet (*c*). Vt vero 3) citatus in *propria persona* compareat, ei iniungi nequit, nisi ad actum, qui personae praesentiam desiderat (§. 711.).

(a) Clem 2. Vt lite pendente c. 2. X. de dilationib.

(b) c. 1. X. eod. c. 6. X. de dolo et contum.

(c) c. 4. X. vt lite non contest. c. 47. X. de appellat.

§. 733. Decernenda est III. non temere, sed ex *iuxta causa.* Causa eius vel in *precibus partium*, quoad iuri non sunt aduersae (*a*), vel in causa, quae iudicem *ex officio* mouet, continetur. In iudicio *ciuili* ordinarie facienda est *ad instantiam* (*b*): nisi concernat causam, de qua iudex ex officio sollicitus esse debet.

(a) Rec. Imp. de a. 1654. § 105. B. Parens in diss. de *iudice proced. ex officio. c. III. §. 3.* f. et in *Iur. Eccl. lib. I. tit. 32. §. 30.*

(b) L. 68. D. de iudic. MEVIVS *P. VI. dec. 21.*

§. 734. Decreta citatio *citando* legitime *denuncianda* est: id quod fit per *insinuationem* et in subsidium per *denunciationem ex loco publico factam.* Est inde citatio vel PRIVATA, vel PVBLICA. ILLA insinuatur *ipsi citando*, et primario quidem *in faciem*,

ciem, vel ſi copiam ſui non faciat, *ad domum* (*a*). Si per citandum ſit, quo minus ad eius notitiam perueniat, *pro inſinuata* habetur (*b*). HAEC permiſſa eſt in ſubſidium, ſi *priuata effectum ſortiri nequit* (*c*): eique locus eſt, ſi 1) ignoretur, *quo loco* citandus verſetur, 2) vel ſi *citandi incerti* ſint, vel 3) ſi *iudex requiſitus* citationis inſinuationem deneget (*d*).

(*a*) *Clem. vn. de foro Competent. in pr.*

(*b*) *Clem. 2. Vt lite pendente nihil innouet.*

(*c*) *c. 11. X. de Clericis non reſident.* [*E. Gſ. Ch.* KLÜGEL de iudice edictaliter citante tractatio. Wittenberg. 1791.]

(*d*) *c. 5. §. 1. X. Vt lite non conteſt. Clem. 1. de iudic. Clem. vn. de foro compet.*

§. 735. Ratione iudicis, cuius auctoritate vel *inſinuatio* eius vel *publica denunciatio* peragenda eſt, citatio eſt vel IMMEDIATA vel MEDIATA, prout vel *virtute propriae iurisdictionis*, vel *requiſito iudice eius loci, vbi citandus degit*, peragitur. Vtramque *decernere* poteſt iudex competens (§. 730.). Sed *illa* fieri nequit, niſi et citandus ſimul *intra diſtrictum ipſius* verſetur: *hac* vero opus eſt, ſi is in *alterius iudicis diſtrictu* commoratur. Itaque *Conſiſtoria prouincialia* intra prouinciam (§. 182.), et iudex *delegatus* intra diſtrictum, qui *deleganti* ſubeſt, *immediate* citare poſſunt (§. 248.).

§. 736. Citationis legitime *decretae* et *inſinuatae* pel *publice denunciatae* vis eſt, quod cita-

 tus

tus ei parere obſtringatur (a). Prout vel *perfecte* vel *imperfecte obligat*, ARCTATORIA eſt vel MONITORIA (*). *Haec* vim moniti et conſilii habet, eaque ſignificatur, actum in iudicio geri, qui iura ipſius concernere poſſit (*b*). *Illa* vero coniuncta eſt cum *poenis*, v. c. *condemnatione in expenſas*, *praecluſione*, et id genus aliis.

(a) c. 4. 5. 24. X. de off. et pot. iud. deleg. c. 1. X. de dolo et cont.

[(*) GÖNNER *Handbuch des deutſchen gemeinen Proceſſes. Erlang.* 1801. 2*r Th.* nr. XXVIII.]

(b) c. 2. X. de Teſtibus.

TIT. II.

DE DILATIONIBVS.

(Lib. II. Tit. 8. *De dilationibus.*)

ARGVMENTVM.

§. 737. Dilatio. 738. Legalis et iudicialis. 739. Peremtoria et dilatoria. 740. Eius prorogatio.

§. 737. DILATIO *generatim* accepta, denotat *tempus actui in iudicio expediendo ſtatutum*: quod ſi *ſpatium temporis* continet, in ſenſu *ſpeciali* DILATIO, ſin *diem certum*, TERMINVS vocatur. *Legalis* eſt, quae lege, *iudicialis*, quae decreto iudi-

iudicis, et *conuentionalis*, quae conuentione partium conſtituitur (*a*).

(*a*) *c*. 28. *in f. X. de off. et pot. iud. deleg.* [L. 4. C. de dilat.]

§. 738. Dilatio *legalis* eſt vel 1) *abſolute talis*, quae *ipſa lege immediate praefigitur partibus*, quae ſi ſub iactura iuris praefinitur, praeciſe obſeruanda eſt (*a*), vel 2) *ſecundum quid talis*, *quae ideo tantum lege definitur, vt iudici normam praeſtet in eadem partibus praeſcribenda. Haec iudicis decreto* indiget, et ab eo praefinita, *inſtar iudicialis* habetur (*b*).

(*a*) *c*. 15. in med. *X. de ſentent. c. 4. X. de int. reſt.*
(*b*) *c*. 15. *X. de ſent. et re iud.*

§. 739. *Iudicialis* dilatio decreto iudicis conſtituitur; et tempus *congruum* pro cauſae, perſonae, et circumſtantiarum qualitate continere debet (*a*). Eſt vel *peremtoria*, ſi ea neglecta praeiudicium intuitu actus in iudicio expediendi decerni poteſt (*b*), vel *dilatoria*, ſi hoc decerni non poteſt. *Prima* et *ſecunda* dilatoria eſt; *tertia* vel *vna*, pro omnibus data, peremtoria (*c*). Eodem ſenſu et *citatio*, in qua dilatio praefigitur, vel *peremtoria* vel *dilatoria* appellatur.

(*a*) *c*. 1. *X. h. t. c. 24. X. de Off. et Poteſt. iud. deleg. c*. 5. *et* 54. *X. de appellat.*
(*b*) *c*. 3. 4 *X. de dolo et cont. c*. 24 *X. de off. et pot. iud. del.*
(*c*) *L*. 68. 69. 70. *D. de iudiciis.*

§. 740. PROROGATIO dilationis iudicialis fit, si *dilatio nondum elapsa in vlterius tempus profertur.* Huius dandae arbitrium penes *iudicem* est (*a*), nec ex *causa probabili* petita denegari potest (*b*): dummodo si *secunda vice* petatur, vel *impedimentum* manifestum sit, vel impetrans iuramentum *calumniae speciale* praestare paratus sit (*c*); cuius exactio iusto arbitrio iudicis subest (*d*).

(*a*) *c.* 24. *X. de off. et potest. iud. deleg. Car. Gottl.* KNORRE *de recto dilationum vsu.* [Halae, 1739.]

(*b*) *L.* 36. *D. de iudic. L.* 4. *C. de dilationib.*

(*c*) Vsu introducta est solennitas legalis, arg. *c. pen. X. de testib.* confirmata deinceps in *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 50.

(*d*) *c.* 2. *de iuram. calum. in* 6. *Henr.* BERGER in *elect. discept. forens. tit.* 20. *p.* 674. 677.

TIT. III.

DE CONTVMACIA.

(Lib. II. Tit. 14. *De dolo et contumacia*).

ARGVMENTVM.

§. 741. Contumacia. 742. dolosa et culposa, vera et praesumta. 743. Eius poena publica. 744. poena priuata generalis et specialis. 745. Eius purgatio. 746. Modus procedendi in poena priuata decernenda.

§. 741. CONTVMACIA est *neglectus eorum, quae quis in iudicio statuto tempore expedire obligatur.*

tur. Non intelligitur I) ſine *obligatione perfecta* ad actum in iudicio expediendum, quae deſcendit ex *citatione arctatoria* legitime decreta et inſinuata, aliisue decretis iudicis (§. 736. 728.) (*a*) II) committitur vel *non comparendo* in termino, vel *non expediendo*, quae in iudicio facere oportet (*b*).

(*a*) *c.* 2. 3. 6. *X. h. t. c.* 34. *pr. X. de Electione* ibi: *cum citatus non fuerit, et ideo non debuit contumax iudicari.*

(*b*) *c.* 2. *pr. c.* 5. §. 1. *X. Vt lite non conteſtata non proc. c.* 3. *X. h. t. c.* 7. *X. de appellat.* ibi: *ſi legitime citatus nec venit nec reſponſalem miſit, aut etiam alias parere contemnit.* [*F. A.* Schmelzer *Contumacialproceſs der höchſten Reichsgerichte. Götting.* 1792. S. 1. u. 2. Goenner *Handbuch.* T. I. N. XVIII. quem renuntiationi principales contumaciae effectus tribuentem optime refellit *C. R. T.* Martin in proluſione de indole contumaciae in cauſis ciuilibus contentioſis. Gött. 1802.]

§. 742. Eſt vel *doloſa* vel *culpoſa*, prout dolo vel culpa committitur. *Doloſa* iterum vel *vera* eſt, quam dolo commiſſam eſſe conſtat, vel *praeſumta*, quam dolo commiſſam eſſe praeſumitur tamdiu, donec dolus purgatus ſit (*a*).

(*a*) *c.* 7. §. 1. *de ſent. excomm. in* 6. Vocatur *quaſi contumacia* apud Pavlvm *recept. ſent. lib. V. tit.* 5. §. 7.

§. 743. Poena contumaciae vel *publica* eſt vel *priuata.* Pvblica eſt, *quam ſumendi ius penes iudicem eſt* ad tuendam ius dicentis auctoritatem: v. c. *mulcta* et olim maxime in foro eccleſiaſtico *poena excommunicationis* (*a*). In cauſa ciuili de-

cerni non poteſt niſi ex *ſpeciali cauſa* et in actibus, in quibus iudex *ex officio* procedere poteſt (*b*).

(a) c. 1. 3. X. Vt lite non conteſtata non proced. c. 19. X. de appellat. I. P. O. art. V. §. 48.

(b) c. 4. §. 1. et c. 5. X. de off. et pot. iud. del. c. 5. in f. X. h. t. [C. MARTIN *Lehrbuch des deutſchen gemeinen bürgerlichen Proceſſes. Götting.* 1800 § 232. f.]

§. 744. PRIVATA eſt, *quam perſequi in iudicio poteſt alter litigantium, cuius intereſt:* eaque iterum vel *generalis* eſt vel *ſpecialis*, prout vel in *expenſarum reſtitutione conſiſtit* (*b*), vel in *praeiudicio ratione actus, per contumaciam neglecti* (*b*). *Illa* ob *quamlibet contumaciam*, haec non niſi ob contumaciam, aduerſus *decretum peremtorium* commiſſam, decerni poteſt (*c*).

(a) c. 2. 5. 6. X. h. t. c. 1. eod. in 6.

(b) c. 3. 4. X. h. t. c. 24. X. de off. et pot. iud. del. c. vlt. X. de iuram. calumn. L. 53. D. de re iud. Wolfg. Ad. SCHÖPFII diſſ. *de proceſſu in contumaciam in cauſis eccleſ.*

(c) c. 1. h. t. in 6. c. 6. X. h. t.

§. 745. A poena contumaciae liberant *legitima impedimenta;* quae ſi ita comparata ſunt, *vt nihil ſit, quod imputetur,* ab omni poena liberant (*a*), ſin a *dolo* quidem excuſant non vero a *culpa*, culpoſe contumax *praeiudicium* quidem *ratione actus non expediti* imminens declinare poteſt (*b*), non vero *reſtitutionem expenſarum* (§. ant.).

(a) L. 2. § 8. D. Si quis caut. in iud. ſiſt. non obtemp. L. 53. D. de re iudic.

(b) c. 1.

(*b*) *c.* 1. *X. vt lite non contestat.* ibi: *si non purgaveris eandem. c.* 6. *X. h. t.* ibi: *nec per literas excusaverit moram suam c.* 18. *X. de Sent. et re iud. Io. Petr. de* LVDEWIG *de purgatione contumaciae.* [Hal. 1726.]

§. 746. Priuatae poenae cum ad iura partium pertineant (§. 744.), 1) non nisi ad *instantiam partium*, praeuia contumaciae accusatione, decernendae sunt (*a*), et 2) *sententiam* desiderant, in qua iudex *impedimentorum legitimorum* rationem habere, et *aequitatem* rigori praeferre tenetur (*b*).

(*a*) *L.* 13. §. 2. *C. de iudic.* MEVIVS *P. III. dec.* 390.

(*b*) *c.* 1. 6. *X. h. t. c.* 24. *X. de off. et potest. iud. deleg. L.* 1. §. 3. *D. Quae sent. sine appellat. rescind.*

TIT. IV.

DE OBLATIONE LIBELLI.

(Lib. II. Tit. 3. *De libelli oblatione*).

ARGVMENTVM.

§. 747. Libellus eiusque oblatio. 748. Eius contenta. 749. Per eum edenda est actio competens. 750. Vitiorum eius emendatio et mutatio.

§. 747. Actio in iudicio vel *viua voce* proponi potest, quod fieri sufficit in summario iudicio (*a*), vel in *scriptis*. LIBELLVS est *scriptura, qua proponitur actio in iudicio instituenda.* LIBEL-

li oblatio fit interueniente *imploratione iudicis de admittenda actione et de decernendis his, quae pertinent ad iudicium ordinandum.* Hanc vel *libello* inſerere licet, vel *ſeparato ſcripto* exhibere vna cum libello.

(a) *Clem. 2. de verb. ſignif.*

§. 748. Cum in libello proponatur actio: in eodem exponendum eſt tum I) *factum*, et quo actio naſcitur (*a*), tum II) *cauſa agendi proxima*, quae eſt in actione *perſonali* cauſa ſeu titulus obligationis (*b*), et in actione *reali* ſpecies iuris in re. Titulum iuris in re exprimere, neceſſe non eſt, exprimere tamen *praeſtat*, vt actori, in cauſa ſuccumbenti, ſalua ſuperſit ex *alio titulo* eandem rem petendi facultas (*c*). Addendum III) congruum *petitum* ex facto et cauſa agendi deſcendens, quod *certum* ſeu ita determinatum eſſe debet, vt *quid quantumque* ſibi deberi actor intendat, ex eo appareat (*d*); niſi ex natura *actionis generalis* id exprimi nequeat. Exponenda haec omnia in libello ſunt *ſuccincte*, *perſpicue*, et *continua oratione* (*e*).

(*a*) *c. 6. X. de iudiciis.*

(*b*) *c. 3. X. h. t.*

(*c*) *c. 3. de ſentent. et re iudic. in 6.*

(*d*) *c. 2. X. h. t.* [*G. E.* Oeltze *Anleitung zur gerichtlichen Praxis. Jena* 1800. §. 70.]

(*e*) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 34. 65.

§. 749.

§. 749. Per libellum edenda eſt actio, ad ius ſuum perſequendum *competens*. Incompetente actione per libellum propoſita, reus *ab inſtantia* abſoluendus eſt, actore in expenſas condemnato (§. 664.) (*a*). *Plures actiones*, aduerſus eundem competentes, non minus *eodem libello* complecti permiſſum eſt (*b*) (§. 685.).

(*a*) *c. 15. X. de iudiciis.*

(*b*) *c. 3. de reſcriptis in* 6. [Glück in comm. ad Pand. T. IV. §. 284.].

§. 750. Neglectis requiſitis libelli oriuntur *vitia libelli*, quae tolli poſſunt vel 1) *emendatione*, vsque ad ſententiam permiſſa, cum ſaluo libello fiat in eius accidentalibus (*a*), vel 2) *mutatione* libelli, mutata ſpecie inſtitutae actionis (*b*). Per quam cum reuera noua actio inſtituatur: poſt *litem conteſtatam* non admittitur, niſi nouo exhibito libello, refuſisque expenſis (*c*). Iudicis vero non minus cura eſſe debet in iniungenda *vitioſi libelli* mutatione (*d*), quam in *illo* ex iuſta cauſa *ſuſtinendo* (*e*).

(*a*) *c. 3. X. de dilationibus.*

(*b*) *L. 3. C. de edendo.* [Gönner *Handbuch. Th. I.* nro. XXIV.]

(*c*) *arg. c. 15. X. de iudiciis.*

(*d*) *c. 2. X. h. t.*

(*e*) *c. 6. X. de iudiciis.*

Tit.

TIT. V.

VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

(Lib. II. Tit. 16. *Vt lite pendente nihil innouetur.*)

ARGVMENTVM.

§. 751. Citatio prima ad actionem. 752. Litis pendentia. 753. Eius innovatio interdicta. 754. Effectus litis pendentis.

§. 751. *Citatio*, quae fit reo ad *iudicium cum actore suscipiendum*, *prima* et totius iudicii *primaria* est, non nisi causa cognita decernenda, et ita facienda, vt de specie *actionis institutae* reus instruatur (*a*); id quod fit *libello* cum reo communicato. Recepta est in quibusdam supremis tribunalibus *generalis* citatio, *quae fit ad totum iudicium, cum actore obeundum* (*b*): cum ex regula citatio sit *specialis*, *quae fit ad certum iudicii actum.*

(*a*) *Clem.* 2. *Vt lite pend. nihil innov.*

(*b*) *c. vlt. X. de dolo et contum. c.* 5. *in f. X. de in integr. restit.*

§. 752. Per *primam citationem*, a iudice competente decretam et rite insinuatam, fit initium iudicii, et lis in foro *pendere* incipit (*a*); *lis*

lis enim pendens eſt lis in iudicio coepta, ſed nondum finita. Hinc per eam 1) inducitur *praeventio* tum ratione *cauſarum concurrentis* et *mixti fori*, tum ratione *rei*, qui poſtmodum *iurisdictionis alterius* eſſe coepit (*b*): 2) per eam tam *actio*, in iudicio mota, quam *res*, quae ex dominio vel quaſi dominio petitur (*c*), nec non *poſſeſſio*, in iudicium poſſeſſorium deducta, fit *litigioſa* (*d*).

(*a*) *c.* 20. *X. de off. et poteſt. iud. deleg. c.* 10. *X. de off. legati Clem.* 2. *h. t.* [His textibus abrogata eſt ſententia Lucii III. papae qui c. 19. X. de off. et poteſt. iud. deleg. ſecundum iuris ciuilis principia a litis conteſtatione demum litis pendentiam induci ſtatuerat.]

(*b*) *c.* 19. *X. de foro compet. Io. Steph.* PVTTERI diſſ. de *praeuentione c.* 4. *in opuſc. p.* 70.

(*c*) *L.* 2. *C. de litigioſis. Auth. Litigioſa C. eod.*

(*d*) *Rob.* LANCELLOTVS *de attentatis et innouatis lite et appell. pendent. P. II. c.* 4. *in praef. n.* 493.

§. 753. Quidquid ſuſcipitur ad ſtatum *litis pendentis* et *rei* in litem deductae immutandum, *innouatio* et *attentatum* eſt; quod aeque a *iudice* quam a *partibus* admitti poteſt. Vt iuribus partium et victoris in lite proſpiceretur; conſtitutum eſt, *pendente lite nihil eſſe innouandum* (*a*), ſed revocatis attentatis omnia in eum ſtatum eſſe reducenda, in quo fuerant tempore litis motae (b).

(*a*) *c. vlt. C.* 11. *qu.* 1. *Clem.* 2. *h. t.*

(*b*) *c.* 1. 4. *X. h. t. c.* 1. *X. de ſequeſtr. poſſeſſ.*

§. 754.

§. 754. Itaque 1) pendente lite possessori saluum esse debet *commodum possessionis*, nec hoc per litem motam priuandus est (*a*): 2) *cessio* et *alienatio* actionis vel rei litigiosae pendente lite nulla est, exceptis casibus iure speciatim expressis (*b*), eaque facta potest pars aduersa, suspensa lite principali, prius de *reuocando attentato* et de *vitio litigiosi* queri (*c*); 3) *rescriptum* vel *privilegium*, in alterius *praeiudicium* pendente lite datum, vim nullam habet (*d*).

(*a*) c. 1. 2. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 3. 4. *X. h. t. c. vlt. C.* 11. *qu.* 1. *L. vlt. C. de Litigiosis.* [De vsu hodierno dubitat LEYSER Med. ad P. sp. 518. med. I. quem vero refutauit] *Io. Vlr. de* CRAMER *tom. I. obs.* 14. [et de CANNGIESSER in decision. S. T. Hasso-Cass. T. I. Obs. 40.]

(*c*) *c.* 3. *X. h. t. ne si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret, altero minime possidente.*

(*d*) *c.* 1. *et* 5. *h. t. c.* 19. *X. de testib.*

TIT.

TIT. VI.

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONIS ET FRVCTVVM.

(Lib. II. Tit. 17. *De sequestratione possessionis et fructuum.*)

ARGVMENTVM.

§. 755. Sequestratio iudicialis. 756. Quando licita. 757. Quomodo decernenda.

§. 755. *Iudicialis* seu *necessaria* SEQVESTRATIO est *actus, quo custodia rei litigiosae pendente lite alicui auctoritate iudicis committitur.* Res *litigiosa* hoc loco accipitur pro quolibet obiecto litis: indeque sequestratio cadere potest in res *mobiles, immobiles, iura*, etiam ecclesiastica, nec non in *personas*, potestati subiectas (*a*).

(*a*) *c.* 1. 2. *X. h. t. Clem. vn. h. t. c.* 8. *X. de restitut. Spoliat. Henr.* COCCEII *de Sequestro feminar. Io.* GÖDDAEVS in *Comment. ad tit. XVII. lib. II. decret. de sequestr. possess. et fruct.*

§. 756. Sequestratio cum sit species innovationis (§. 753): ex regula prohibita (*a*), nec permissa est, nisi ex causa speciali, iure approbata, si 1) est *vnicum remedium idoneum cautionis* prospiciendi *iuribus actoris* in casum victoriae,

riae, v. c. ob probabilem metum *alienationis*, ob *dissipationem bonorum* (*b*), ob graue *praeiudicium* ex saeuitiis vel iniusta coactione imminens (*c*); 2) si adhibetur vel in *remedium cogendi* reum, in se sistendo contumacem (*d*), vel 3) in *remedium securitatis publicae* ob metum armorum ex litigiosa possessione (*e*).

(*a*) *L. vn. C. de prohibita sequestrat.*

(*b*) *c. 1. 3. X. et Clem. vn. h. t. c. 7. X. de don. int. vir. et vx.*

(*c*) *c. 14. X. de spons. c. 8. 13. X. de restit. spoliat.* [*W. A. F.* Danz constitutionis imperii specialia super litigiosa possessione disquisitio. Stuttgard. 1789. §. 18.]

(*d*) *c. 2. X. de dolo et contum. vt taedio affecti stare iudicio cogantur.*

(*e*) *Ord. Camer. P. II. tit. 21. §. 3. Rec. Imp. de a. 1532. §. 12. Ludov. Adolph. de* Zech in diss. *de sequestro publico.*

§. 757. Cum itaque non nisi ex causa *iure determinata* admittatur: 1) decernenda non est nisi praeuia sufficiente *causae cognitione*; sine ea vero *solo arbitrio Iudicis* decreta, irrita est, reuocationi Superioris obnoxia (*a*); 2) declinari potest cautione idonea a reo oblata (*b*): 3) causa sequestrationis posthac cessante, *iudiciali auctoritate* iterum *relaxanda* est.

(*a*) Exemplum est in *c. 1. X. h. t.*

(*b*) *c. 7. X. de donat. int. Vir. et Vx. c. 8. 13. X. de restit. spol.*

Tit.

TIT. VII.

DE LITIS CONTESTATIONE.

(Lib. II. Tit. 5. *De litis conteſtatione*).

ARGVMENTVM.

§. 758. *Litis conteſtatio.* 759. *Eius ſubſtantialia et ſolennia,* 760. *affirmatiua et negatiua, generalis et ſpecialis.* 761. *Eius neceſſitas.* 762. *Poena contumaciae in lite non conteſtanda.* 763. *Eius effectus.*

§. 758. LITIS CONTESTATIO eſt *reſponſio rei ad factum, in actione propoſitum, animo iudicium cum actore ſuſcipiendi* (*a*). Actione *edita*, et lite *conteſtata*, *conſtituitur iudicium*: et ſimul determinatur, quid inter partes *controuerſum* ſit. Eſt itaque *fundamentum iudicii.*

(*a*) In *c. vn. X. h. t. c.* 54. §. 3. *X. de Election.* fieri dicitur *per petitionem in iure propoſitam et reſponſionem ſecutam.* Conferri meretur *Caroli Godofr. de* WINCKler diſſ. de *diſcrimine inter litis conteſtationem iure veteri ac hodierno et utriusque effectibus* Sect. I. et II. [In *eiusd.* opuſcul. minor. Dresd. 1792. vol. I. part. Nro. 5.]

§. 759. In litis conteſtatione ſufficit *reſponſionem* fieri *ad factum* in actione propoſitum, et *animo* iudicium cum altero ſuſcipiendi, qui praeſumitur ex ipſa *reſponſione*, quoad eam *alia mente* factam eſſe non apparet (*a*). Solennia eius va-

ria eſſe poſſunt, veluti quod fieri debeat *in ſcriptis* et *per reſponſionem ad libellum.* Eſt inde vel SOLENNIS, quae facienda eſt *ſecundum formam iure praeſcriptam*, vel MINVS SOLENNIS, quam ita fieri opus non eſt (*b*).

(*a*) *c.* 2. *h. t. in* 6. *c.* 63. *de R. I. in* 6.
(*b*) *c.* 2. *X. de offic. iud.*

§. 760. Litis conteſtatio eſt vel AFFIRMATIVA, *qua reus factum, in actione propoſitum, verum eſſe agnoſcit* (*a*), vel NEGATIVA, *qua id vel in totum vel ex parte verum eſſe negat.* Eſt porro vel GENERALIS, *qua reus ad totum factum, in actione propoſitum, ſimul reſpondet*, vel SPECIALIS, *qua ad ſingula eius capita ſigillatim reſpondet. Generalis* iure Canonico ſufficit; *ſpecialis*, vtpote ad formandum ſtatum controuerſiae magis accommodata, *legibus imperii* exigitur in iudicio ordinario (*b*).

(*a*) *c.* 62. *X. de appellat.*
(*b*) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 37.

§. 761. Litis conteſtatio, cum per eam conſtituatur iudicium, *neceſſaria* eſt in iudicio tam *ordinario*, quam *ſummario* (*a*); quamquam in hoc *minus ſolennem* interueniſſe ſufficiat (*b*). Ex commodo litigantium ſimul cautum eſt iure nouiori (*c*), vt reus mox in *primo termino*, et ſaltim *euentualiter* litem conteſtari teneatur.

(*a*) *c. vn.*

(a) *c. vn. h. t. c. 2. 4. 5. pr. X. Vt lite non contestata non procedatur ad test. recept.*

(b) *Clem. 2. de V. S.* iuncto *c. 2. X. de off. iud.*

(c) *Rec. Imp. de a. 1654. §. 37. et 40.*

§. 762. *Reus* in *lite* in primo termino *contestanda* contumax, in *expensas* non modo condemnari, sed et si *peremtorie* citatus in contumacia persistit, lis *pro negatiue contestata* haberi, et actor ad *probandam* intentionem suam admitti potest (*a*). Si *actor* ipse ad terminum, quo lis contestanda est, venire non curauit: reo *expensas* refundere, reus vero nouum iudicium cum eo suscipere non tenetur, quam praestita cautione *de lite prosequenda* (*b*).

(*a*) *c. 3 ¼. X. de testibus Ord. Cam. P. 3. tit. 43. §. 4. Rec. Imp. de a.* 1654. §. 36. Iure Canonico olim recepta fuit *missio in bona contumacis*, qua actor in *actione reali* in possessionem rei petitae, et in *actione personali* in bona rei pro mensura debiti, primum quidem *custodiae causa*, reo vero in contumacia perseuerante, post annum ita immittebatur, vt actori vera *possessio* adiudicaretur, *proprietatis quaestione* reo tantum seruata *c. 1. 2. 3. 4. X. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandae c. 4. X. de dolo et contumacia.* Sed hic modus coercendi contumaciam per *Recessum Imp. de a.* 1654. §. 36 sublatus est.

(*b*) *c. 1. X. de dolo et contumac. in 6.* WERNHER *obs. for. P. II. obs.* 437.

§. 763. Iudicio per L. C. suscepto, cum litigantes consentiant in causam a iudice decidendam, per eam inter illos *quasi contrahitur* (*a*), et *nouatio accessoria* fieri censetur; vi cuius actio

in litem deducta *perpetua* ſit, et in *heredes* transmittitur (*b*). Qui effectus, *iure ciuili* conſtituti, iuxta *analogiam iuris Canonici* quoque ſubſiſtunt.

(*a*) *L.* 3. §. 11. *D. de peculio.*

(*b*) *L. vlt. C. de praeſcript.* 30. *ann.* §. 1. *I. de temporal. act.*

TIT. VIII.

DE EXCEPTIONIBVS.

(Lib. II. Tit. 25. *de exceptionibus*).

ARGVMENTVM.

§. 764. *Exceptiones dilatoriae et peremtoriae.* 765. *Dilatoriae ante L. C. opponendae.* 766. *Peremtoriae litis ingreſſum impedientes, et ſtricte ſic dictae.* 767. *Earum effectus.*

§. 764. Reo, in iudicio conuento, integrum eſt ſe tueri EXCEPTIONIBVS (*a*), quae ſunt *allegationes rationum, quibus reus actionem aduerſus ſe motam impugnat.* DILATORIAE ſunt, *quibus impugnat iudicium, quo actio proponitur;* et PEREMTORIAE, *quibus impugnat ius ipſum, in iudicium deductum.* Ex dilatoriis aliae ſunt *fori declinatoriae,* quibus iudicium impugnatur ratione *fori;* aliae *dilatoriae in ſpecie* ſic dictae, quibus id *alia ratione* quam intuitu fori impugnatur, v. c. ratione litigan-

gantium, modi procedendi, libelli. Si fori declinatoriae ſunt *liquidae*, reus litem conteſtari non tenetur (*b*).

[(*a*) *C. W.* WEHRN *theoretiſch-practiſcher Grundriſs der Lehre von gerichtlichen Einwendungen in bürgerlichen Streitſachen. Leipzig.* 1790.]

(*b*) *Receſſ. Imp. de a.* 1654. §. 40.

§. 765. Dilatoriae proponendae ſunt *ante litem conteſtatam* (*a*): et ad *iudicis* curam olim pertinuit, praefigere tempus, intra quod *omnes ſimul* proponerentur (*b*). Id tempus iure noviori *lege* conſtitutum eſt (*c*), vt omnes in *primo termino* ante L. C. allegentur, non admittendae deinceps, niſi interueniente *iuſta* et *ſpeciali* ratione, veluti quod *de nouo* emergant, vel demum ad *notitiam rei* perueniant (*d*), vel quod integritatem *iudicii* reſpiciant (*e*).

(*a*) *c.* 20. *X. de ſent. et re iud.*

(*b*) *c.* 4. *X. h. t.*

(*c*) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 37.

(*d*) *c.* 4. *X. h. t. c.* 31. *X. de teſtibus.*

(*e*) *c.* 4. *in f. X. de procurat. c.* 12. *X. h. t.*

§. 766. Peremtoriae vel ſunt LITIS INGRESSVM IMPEDIENTES vel PEREMTORIAE *ſtricte ſic dictae*, prout *litis conteſtationem* vel *impediunt*, vel *non impediunt*. Ad ILLAS pertinent exceptiones, quibus *litem iam ſublatam eſſe*, oſtenditur, velut *rei iudicatae*, *transactionis*, *litis per iusiurandum finitae*;

nitae (*a*); quae ante litem conteſtatam tum *opponendae* ſunt, tum in *continenti probandae* (*b*). HAE litis conteſtationi *anneſtendae* ſunt: alioquin omiſſae, in progreſſu iudicii non admittuntur (*c*).

(*a*) *c.* 1. *et* 2. *de litis conteſt. in* 6. BERGERI *Elect. diſc. for. tit.* 39. §. 3. Vſu *fori* in earum numerum referuntur exceptiones, quibus actori *ius agendi non eſſe*, in *continenti* probari poteſt. B. Parens in *I. E. lib.* 2. *tit.* 25. §. 10. [GÖNNER *Handbuch*, Theil I. nro. VIII. u. Theil II. nro. XXX. §. VI.]

(*b*) Modus probandi iure communi non definitur, indeque probatio per *iurisiurandi delationem* non excluditur. BRVNNEMANNVS *ad L.* 38. *D. de rebus credit.* *Eſ.* PVFENDORFII *introd. ad Proc. II. c. V.* §. 16.

(*c*) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 40.

§. 767. Ex quibus intelligitur, 1) ex oppoſita exceptione peremtoria nec *confeſſionem intentionis* actoris recte inferri (a), nec *litis conteſtationem* (*b*) (§. 761.): 2) *probata* exceptione *litis ingreſſum impediente*, reum *ab actione* abſolvendum eſſe; eadem 3) *in continenti non probata*, reum ad litem conteſtandam obſtrictum manere, ſalua facultate exceptiones, nondum ſatis probatas, litis conteſtationi annectendi: indeque 4) ex commodo litigantium *iure nouo* conſtitutum esſe (*c*), vt reus *ſaluis exceptionibus omnibus*, litem in primo termino *euentualiter* conteſtetur (*d*), ſub poena *expenſarum termini* reſtituendarum, ſi ad litem conteſtandam deinceps obſtrictus fuerit iudicatus.

(*a*) *c.* 63.

(a) c. 63. *de regul. iur. in* 6. *c.* 6. *X. h. t.* [Gönner *Handbuch* B. I. N. XIX. Weber's *Beyträge zur Lehre von gerichtlichen Klagen und Einreden St.* 2. *u.* 3. n. 15.]
(b) c. 2. *de litis conteſt. in.* 6.
(c) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 37. 40.
[(d) Wehrn l. c. §. 25.].

Tit. IX.

DE PROBATIONIBVS ET PRAESVMTIONIBVS.

(Lib. I. Tit. 19. *De Probationibus.* Tit. 23. *de Praeſumtionibus*).

ARGVMENTVM.

§. 768. Probatio in genere. 769. Probatio iudicialis. 770. Ordinaria et ſummaria. 771. Plena et non plena. 772. Artificialis et inartificialis. 773. Praeſumtio.

§. 768. Probatio in genere eſt actus, *quo de veritate facti alicui fit fides* (*a*). *Media probandi* ſunt remedia, ad veritatem facti euincendam idonea. *Legitima* ſunt, in quibus ratio ſufficiens continetur veritatem facti inde adſtruendi (*b*): ſin ſecus, *ſpuria* ſunt, qualia olim ex ſuperſtitioſa obſeruatione fuerunt probationes per *ordalia*, et *purgationes vulgares* (*c*).

(a) Hoc ſenſu quoque accipitur in cauſis extraiudicialibus, veluti in *admiſſione ad ordines et ad beneficia, in probatione nobilitatis*, etc. [*v.* TEVENAR *Theorie der Beweiſe im Civilproceſs. Leipz.* 1780. *Chph.* MARTIN *u. G. F.* WALCH *Magazin für den gemeinen Teutſchen Proceſs. Götting.* 1802. I. B. 1. Heft. nro. 2. GÖNNER *Handbuch* Theil 2. nro. XXXII.]

(b) *c.* 27. *X. de teſtib. c.* 15. *X. de reſtit. Spoliat.*

(c) tot. tit. X. *de purgatione vulgari.* B. Parens in diſſ. *de probatione in criminal. ſpuria* tom. IV. *exercit. ad Pand. ex.* 64.

§. 769. *Probatio iudicialis* eſt, *quae ab altero litigantium* peragitur *in iudicio.* Ex fine iudici I) adſtricta eſt ad *facta*, inter partes *controverſa* (*a*), et quae deciſioni litis vel *directo* vel *per indirectum* inſeruire poſſunt (*b*): II) Subiecta eſt *directioni iudicis*, ad cuius officium ſpectat, tum *determinare*, quoad opus eſt, *quis* probare debeat, et *quid* probandum ſit, tum efficere, quae ad probationem *promouendam* eamque *faciliorem reddendam* pertinent (*c*).

(a) *c.* 44. *X. de appellat.*

(b) *c.* 8. *X. de exceptionib. c.* 32. §. 1. *X. de Simon.* [*F.* KROHN (*C. F.* ELSÄSSER) ſelecta capita de probationib. et reprobat. Erlang. 1782. §. 24.]

(c) *c.* 5. *pr. X. Vt lite non conteſtata. c.* 45. *X. de teſtib.*

§. 770. *Subſtantialia* probationis ſunt, quae ex *natura et eſſentia probationis* intelliguntur, et *ſolennia* eius ſunt, quae a *lege addita ſunt ad efficiendam exactiorem probationem.* Probatio ORDI-

NA-

NARIA eſt, *in qua obſeruanda ſunt tam ſubſtantialia quam ſolennia*, SVMMARIA eſt, *in qua ſubſtantialia obſeruare ſufficit* (*a*), DEMONSTRATIO dicta. Illa in *ordinario iudicio* exigitur; haec admittitur tum in *ſummario* iudicio, tum in cauſis, in ordinario iudicio *incidentibus*, merita cauſae non concernentibus.

(*a*) *Clem.* 2. *de Verb. ſignif.*

§ 771. Probatio PLENA eſt, *ſi ſit per tot media probandi, quot ſecundum leges ſufficiunt ad veritatem facti euincendam:* ſin ſecus, NON PLENA eſt (*a*). Haec iterum vel *ſemiplena* eſt, vel *plus* vel *minus* quam ſemiplena.

(*a*) *c.* 2. *X. de probat.*

§. 772. A *modo probandi* (*a*) diuiditur in INARTIFICIALEM, *qua factum ipſum, quod probandum eſt, directo probatur*, et in ARTIFICIALEM, *qua factum probandum iuſto ratiocinio infertur ex aliis factis vel probatis vel aliunde certis.*

(*a*) Non a *mediis probandi:* namque facta, ex quibus in *probatione artificiali* aliquid inducitur, *quolibet probandi medio* v. c. per teſtes et inſtrumenta euinci poſſunt, vt inductioni locus ſit.

§. 773. PRAESVMTIO eſt *aſſertio facti ex rationibus probabilibus inducta.* Diſtinguitur in *praeſumtionem hominis*, quae per rationes, ex facto determinato eiusque circumſtantiis deſumtas,

inducitur (*a*), et in *praesumtionem iuris*, quae non ex ipso facto determinato, sed ex rationibus iuris generalibus inducitur. Posterior *ab effectu* vocatur *praesumtio iuris*, *in specie* sic dicta, qua id, quod praesumitur, tamdiu pro vero habetur inter litigantes, donec contrarium probetur (*b*), et *praesumtio iuris et de iure*, qua id, quod praesumitur, ex legis dispositione pro vero ita habetur, vt probatio contrarii ex regula non admittatur (*c*).

(*a*) *c.* 10. *c.* 11. *X. de Praesumt. c.* 13. *X. de Prob.*

(*b*) *c.* 12. *c.* 16. *X. eod. c.* 3. *X. de presb. non bapt.*

(*c*) *c.* 15. *X. de sentent. et re iud. c.* 30. *X. de Sponsal. c.* 6. *X. de conditionib. appos. in desponsat. God. Iul.* Mencke in opusc. diss. XI. de *Praesumt. iuris et de iure probationem contrarii admittentibus.*

Tit. X.

DE

IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS PARTIVM IN PROBATIONE ET REPROBATIONE.

ARGVMENTVM.

§. 774. Probatio principalis et reprobatio. 775. Cui incumbat probatio, 776. pro diuersa ratione litis contestationis? 777. Suscipitur vel sponte vel ex iniunctione iudicis. 778. Terminus probatorius. 779. Reprobatio directa et indirecta.

§. 774.

§. 774. Probatio eorum, quae ad *caussam principalem* pertinent, in iudicio *ciuili* suscipi demum potest *post litem contestatam* (*a*). Agitur in eo de duplici probatione: altera est PROBATIO, *in specie* sic dicta, seu PRINCIPALIS, *ad quam suscipiendam alter litigantium obligatur*: altera est REPROBATIO, *quae est probatio, quae fit ad elidendam probationem ab aduersario susceptam.* Huius obeundae nulla est obligatio, sed tantum ius et facultas.

(*a*) *c.* 1. 2. 3. *X. Vt lite non contest. non proced.* [*Vom anticipirten Beweise.* vid. GOENNER *Handb.* T. II. N. 33.]

§. 775. *Obligatio ad probationem in iudicio suscipiendam* vocari solet ONVS PROBANDI. Ab onere probandi liberant *praesumtiones iuris* (§. 773.) Regula ergo est: onus probandi incumbere ei, qui allegat *factum, ex quo ius sibi competere intendit;* nisi pro eo *praesumtio iuris* militet (*a*).

(*a*) *L.* 2. *D. de Probat. c.* 2. *de restitut. spol. in* 6. [*Bernh.* SPECHT de insufficientia probandi regulae: Affirmanti incumbit probatio, deque alia in eius locum substituenda. Hal. 1787. *de* MEZGER de onere probandi et caussis, quae litigantem ab eo immunem reddunt. Altorf. 1800.]

§. 776. Lite itaque *negatiue* contestata, actor *fundamentum agendi, quoad* a reo *negatum* est (*a*), et lite *affirmatiue* contestata, reus *fundamentum excipiendi* probare tenetur (*b*). Nec inter-

intereſt, vtrum fundamentum agendi et excipiendi in facto *affirmatiuo* an in *negatiuo* conſiſtat. Hinc et *propoſitio negatiua* ab allegante probanda eſt, niſi pro ea praeſumtio iuris militet (*c*). *Neganti* vero *factum*, ab altero allegatum, per rei naturam probatio nulla incumbit (*d*), niſi in negatione virtualiter aſſertio *noui facti* contineatur, ad *exceptiones* pertinentis (*e*).

(*a*) *c.* 1. 2. *C.* 6. *qu.* 5. Hinc actore non probante, reus abſoluendus eſt *c.* 3. *X. de cauſ. poſſeſſ. et propriet. et c. vn. pr. X. Vt eccl. benef. ſine diminut. conf.*

(*b*) *c.* 3. *X. de probationib.*

(*c*) *c.* 14. *X. de fide inſtrument. L.* 25. *in f. D. de Probat. Franc.* HERCVLANVS *de probanda negatiua. Henr.* COCCEII *de directa probatione negatiuae.* [*E. C.* WESTPHAL *von dem rechtlichen Beweiſe einer Verneinung. Halle.* 1780.]

(*d*) *c.* 11. *X. de probat. c.* 23. *X. de elect.*

(*e*) *c.* 5. *in f. X. de renunciatione.*

§. 777. Liberum eſt ei, cui onus probandi incumbit, ſponte ſe accingere probationi: qua non ſufficienter peracta, *vlterior* et *melior probatio* ipſi a iudice iniungi poteſt (*a*). Probatione vero ſponte non ſuſcepta, ad *officium iudicis* pertinet, eam *iniungere* per ſententiam (*b*), in eaque determinare, *quis* probare debeat, *quid* probandum ſit, et *intra quod tempus* probatio facienda ſit. Obiectum probandum vel *generaliter* definiti poteſt, vel *ſpecialiter*, dum factum probandum in ſententia exprimitur.

(a) c. 9. *X. de fide instrument.* c. 15. 36. *X. de testib. Tob. Iac.* REINHARTH *obs. ad Christinaei decis. vol. III. obs.* 1. *Sam.* STRYK *de probationis probatione meliori.* [Vol. 2. diss. 16.]

(b) *Henr. Christ. de* SENCKENBERG in diss. *de probationis iniunctione in iudicio.*

§. 778. *Terminus* probationi iure communi praefixus non est, sed a iudice praescribendus (*a*): qui pro *peremtorio* tum demum haberi potest, si habet *qualitates termini peremtorii* (§. 739.). Currere incipit 1) a die, quo sententia, eum iniungens, in rem iudicatam transiit: 2) intra eum probatio *adeunda* est, id quod fit *mediis probandi coram iudice speciatim propositis.* Post terminum *perfici* et *absolui* potest intuitu eorum, quae pertinent ad *actualem vsum mediorum probandi.* 3) Termino peremtorio praeterlapso, nec *vlterior* nec *melior* probatio in causa *priuata* in foro *eiusdem instantiae* admittitur, nisi ope *restitutionis in integrum* (*b*), quae ex causa nouiter repertorum instrumentorum vel testium non immerito datur (*c*).

(a) *Rec. Imp. de a.* 1654. *§.* 50. [*I. C.* KOCH de initio termini probatorii. Giess. 1785. §. 4.]

(b) c. 3. *X. de in integr. restit.* Conf. c. 24. *X. de off. et potest. iud. delegat.* BRVNNEMANN in *iur. eccl. lib. III.* c. 4. §. 12. REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 2. *tit.* 19. §. 6. *n.* 168.]

(c) arg. c. 4. *X. de except.*

§. 779. REPROBATIO pertinet ad *ius* et ad defensionem partis aduersae, ideoque sententia iudi-

iudicis non quidem *iniungi* ſed *reſeruari*, et litis abbreuiandae cauſa *termino* circumſcribi poteſt: quamquam et *non reſeruata* competat. Duplex eſt vel DIRECTA, quae dirigitur ad probandum *directo contrarium* (*a*), vel INDIRECTA, quae dirigitur ad probanda facta, quibus *euerti per indirectum poteſt alterius probatio*, veluti ad *exceptiones peremtorias*, L. C. annexas. Poſteriori demum opus eſt, ſi actio ſit probata (*b*).

(*a*) *c.* 9. *X. de probat.*

(*b*) *L.* 8. 9. *C. de exceptionib. Ge. Andr.* IOACHIMI diſſ. de *differentiis reprobationis a probatione actionis et exceptionum peremtoriarum.* [Lipſ. 1730. GOENNER *Handb.* T. II. N. 34.]

TIT. XI.

DE
PRAESVMTIONE IVRIS EX CONFESSIONE ADVERSARII.

(Lib. II. Tit. 18. *de Confeſſis*).

ARGVMENTVM.

§. 780. *Confeſſio* 781. *et vis praeſumtionis.* 782. *Qualificata et ſimplex.* 783. *Poſitionum vſus.* 784. *Obligatio reſpondendi ad eas.*

§. 780. CONFESSIO eſt *declaratio, qua quis agnoſcit veritatem facti proprii*, hoc eſt, iura et obli-

obligationes ipſius concernentis. VERA eſt, *quae actu interuenit*, et FICTA, *quae iure fingitur interveniſſe, quamquam actu non interuenerit.* Haec *iuris diſpoſitione ex ſpecialis cauſa* pro *confeſſione* habetur v. c. in poenam contumaciae (*a*).

(*a*) *c. 2. h. t. in* 6. *c. 7. §. 1. de iur. calumn.*

§. 781. Confeſſio *directa* et *determinata*, quam quis *ſponte* et *ſciens intelligensque* edit (*a*), pro *veritate* accipitur aduerſus *confitentem*, non vero aduerſus *tertium* (*b*). Si facta eſt in *iudicio competente*, vim habet praeſumtionis *iuris et de iure* (*c*); nec impugnari poteſt, niſi vel probatis *eius vitiis*, veluti errore, vel *reſtitutione in integrum* ob errorem aduerſus confeſſionem *nociuam* impetrata (*d*). Confeſſio *extraiudicialis*, legitime probata, vim habet praeſumtionis iuris aduerſus *confitentem* in cauſa *ciuili*, donec probetur contrarium (*e*).

(*a*) *c.* 14. *X. de fide inſtr. c.* 16. *X. de off. et pot. iud. del.*

(*b*) *c.* 1. *X. h. t. c.* 10. *X. de prob. c.* 10. *X. de teſt.*

(*c*) *c.* 4. *X. de iudiciis c.* 6 *X. de exceſſ. praelat. c.* 10. *X. de cohabit. cler. et mulier. c.* 7. *X. de poenis.*

(*d*) *c.* 3. *X. h. t. c.* 2 *de reſtitut. in int. in* 6.

(*e*) *c.* 2. *X. h. t. c.* 14. *X. de fid. inſtrum. c.* 6. *X. de renunciat. c.* 10. *X. de transact. Dav. Ge.* STRVBEN *Rechtl. Bedenk. tom. I. N.* 159. [*I. C. E. v.* QVISTORP *rechtliche Bemerkungen aus allen Theilen der Rechtsgelahrtheit. Leipz.* 1793. Th. I. Nro. 76. §. 4.]

§. 782

§. 782. Confeſſio vel *qualificata* eſt, quae fit adiecta certa limitatione, vel *ſimplex*, quae ſine ea ſit ſimpliciter. Confeſſio qualificata, continens capita *connexa*, quae factum ratione exiſtentiae vel valoris concernunt, ab aduerſario vel tota eſt acceptanda, vel *tota* repudianda, *diuidi* autem nequit; niſi contra adiectam limitationem *praeſumtio iuris* militet. Sin continet capita *ſeparata*, quae *executionem* facti concernunt, *pro parte* acceptari poteſt, et *pro parte* negari (*a*).

(*a*) LAVTERBACH de *confeſſione* §. 55. 58. MEVIVS P. I. dec. 123. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 18. §. 2. REINHARTH *obſ. ad Chriſtinaei deciſ. Vol. IV. obſ.* 55. *Frid. a* GRAFFEN de *Confeſſione qualificata. Gött.* 1770.

§. 783. Ad eliciendam partis aduerſae *confeſſionem* introductus eſt vſus POSITIONVM (*a*), quae ſunt *propoſitiones, in quas factum litigioſum diſſoluitur*, et *quas pars altera veras eſſe aſſerit, alterique parti ad reſpondendum proponit.* Vti eisdem poteſt *actor* non minus quam *reus* ad efficiendam faciliorem *actionis* et *exceptionis* probationem (*b*). Ad euitandam calumniam in dandis poſitionibus et in reſponſione ad easdem, introductum eſt *iuramentum dandorum* et *reſpondendorum* (*c*), vtrumque iuramentum calumniae ſpeciale, etiam per procuratorem praeſtandum (*d*).

(*a*) *Vſu longaeuo* introductae eſſe dicuntur in *Clem.* 2. *de Verb. Signif. c. vn. X. de litis conteſt.*

(*b*) *c.* 1. *de Confeſſis in* 6. *Clem.* 2. *de V. S.*

(*c*) *c.* 2.

(c) *c. 2. de confeſſis in* 6. *c. 2. de teſtib. in* 6.

(d) *c. 2. cit. de teſtib. c.* 3. *de iur. calum. in* 6. [Rec. Imp. de a. 1654. §. 43.]

§. 784. Poſitionibus exhibitis, et *iuramento dandorum* confirmatis, alter tum ad *reſpondendum* ad easdem, tum ad praeſtandum *iuramentum reſpondendorum* iudicis decreto obſtringitur (*a*). Reſpondere iuſſus, et ſine probabili cauſa recuſans et contumax, *pro confeſſo* habetur (*b*).

(a) *c. 2. de teſtibus in* 6.

(b) *c. 2. de confeſſis in* 6. Supereſt poſitionum vſus, vbi *iure particulari* non eſt ſublatus, *Ord. Camer. P. III. tit.* 15. *Rec. Imp. de a.* 1654. *§.* 34. 37. 41. *Ge.* ENGELBRECHT *de vſu for. articulorum poſitionalium eorumque abuſu praeſcindendo.* [Hal. 1712.]

TIT. XII.

DE

PROBATIONE PER TESTES.

(Lib. II. Tit. 20. *de Teſtibus et atteſtationibus*).

ARGVMENTVM.

§. 785. *Teſtes habiles, et inhabiles.* 786. *Horum exempla.* 787. *Obligatio ad ferendum teſtimonium.* 788. *Probatio per teſtes.* 789. *Quando adeunda?* 790. *Intra quod tempus?* 791. *Ius aduerſae partis circa eam.* 792. *Teſtium productio.* 793. *Eorum iuramenti praeſtatio.* 794. *Eorum examen.* 795. *Examen teſtium alieni fori.* 796. *Rotulus eiusque publicatio.* 797. *Huius effectus.*

§. 785. TESTES ſunt *perſonae*, *ad veritatem facti dictis ſuis euincendam idoneae.* Teſtes *habiles*, ſeu ad fidem faciendam idonei ſunt, 1) inſtructi ſufficiente *facti* cognitione, tali videlicet, quae obtinetur per eum *corporis ſenſum*, cui res certa ſubiicitur, et 2) qui *velle* praeſumuntur *veritatem dicere.* Quorum ſi nihil deeſt in teſte, omni exceptione maior dicitur. Ex alterutro defectu redduntur *inhabiles* (*a*); vel ſaltem *ſuſpecti*, qui admitti poſſunt ſalua exceptione, maxime ſi praeſumtio *generalis* in *caſu obuio* elidi poteſt per *ſpeciales* praeſumtiones (*b*); in quibus aeſtimandis arbitrium iudicis verſatur (*c*).

(*a*) *c.* I. *C.* 3. *qu.* 3. Aduerſus receptionem teſtium abſolute inhabilium datur appellatio in *c.* 7. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 3. *X. de probat. c.* 24. *X. h. t.*

(*c*) *c.* 5. X. *de teſtib. cogend.*

§. 786. Veritatem dicere velle, *iure* non *praeſumuntur* 1) *infames*, eiusue *delicti rei*, ex quo *infamia* contrahitur (*a*); hinc teſti *exceptio criminis* opponi et hoc fine probari poteſt, vt *a teſtimonio* repellatur (*b*), ſaluo iudicis arbitrio, ſi ad emendatam vitam redierit (*c*); 2) *periuri* (*d*); 3) *corrupti* (*e*); 4) *Iudaei* pro Iudaeo contra Chriſtianum (*f*), 5) *haeretici* contra othodoxos, quod applicatione caret inter approbatae religioni addictos (*g*); 6) *laici* contra clericos in cauſa criminis (*h*); 7) teſtes in *cauſa* quodammodo

modo *propria*, v. c. in cauſa vniuerſitatis, vel in cauſa beneficii, quoad ex ea commodum vel incommodum ad eos redundat (*i*); 8) *clerici* in cauſa eccleſiae, cui inſeruiunt, niſi *iusiurandum* illis *relaxetur* (*k*); 9) teſtes de *familia*, niſi in cauſis, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, veluti in cauſis *matrimonialibus*, *domeſticis*, *legitimorum natalium* (*l*); 10) *Procuratores* et *mediatores* in cauſa per illos geſta (*m*).

(*a*) *c.* 7. *c.* 13. *c.* 54. 56. *X. h. t. Frid. Eſ.* PVFENDORF *obſ. iur. vniv. tom. II. obſ.* 18.

(*b*) *c.* 1. *X. de Except. c.* 2. *in f. X. de Ord. Cognit.*

(*c*) *c.* 54. *X. h. t.*

(*d*) *c.* 9. *X. h. t.*

(*e*) *c.* 1. 9. *X. h. t. c.* 10. *X. de praeſumt.*

(*f*) *c.* 21. *X. h. t. L.* 21. *C. de haeret.* PVFENDORF *tom. I. obſ.* 109.

(*g*) *c.* 1. *X. de haereticis I. P. O. art. V.* §. 35.

(*h*) *c.* 14. *X. h. t.*

(*i*) *c.* 20. *X. h. t. c.* 12. *X. eod.* ibi: *niſi alia rationabilis cauſa impediat*: alioquin et clerici in negotiis eccleſiae admittuntur *c.* 6. 39. *X. h. t. c.* 26. *X. de iureiur.* [L. 1. §. 11. D. quando appelland. ſit. *F. v.* BÜLOW und *T.* HAGEMANN *practiſche Erörterung. Hannov.* 1798. Th. I. Nro. 47. §. 1. *F. W. A.* LAYRITZ de teſte ſua in cauſa. Bayreuth. 1795.]

(*k*) *c.* 38. *X. h. t.* De vſu relaxationis iuramenti in cauſis ſimilibus vid. LEYSER *ſpec.* 283. *m.* 16.

(*l*) *c.* 5. 22. 24. *X. h. t. c.* 3. *X. qui matrim. accuſar. c.* 10. *X. de Prob.* PVFENDORF *t. I. obſ.* 15. 16.

(*m*) *c.* 1. *et* 3. *h. t. in* 6. *c.* 6. *X. h. t.* [L. f. D. h. t.]

§. 787. Ad teſtimonium ferendum, ex *aequitate*, iure agnita, quilibet *perfecte* obligatur,

 et

et inuitus *cogi* a iudice poteſt mulcta et cenſuris (*a*); nec vlla eſt vis *pacti* et *iurisiurandi de non ferendo teſtimonio* (*b*). Ab eo excuſatur nemo, niſi ex *ſpeciali cauſa*, *legibus* probata; qualis eſt, ſi praeſtatio teſtimonii pugnat cum *obligatione publica* ad *ſecreta ſeruanda* (§. 318.) (*c*) vel cum *vinculo neceſſitudinis naturalis*, quo quis alteri parti obſtrictus eſt (*d*).

(*a*) *c.* 2. 5. 9. *X. de teſt. cogend. c.* 33. *c.* 37. *c.* 45. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 18. *c.* 46. *X. h. t. c.* 4. 11. *X. de teſt. cogend.*

(*c*) *c.* 12. *X. de poenit.*

(*d*) *c. vlt. C.* 4. *qu.* 2. *L.* 4. 5. *D. de teſtib.* niſi ſit cauſa, de qua veritas [§. 786. nro. 9.] aliter haberi non poteſt *c.* 6. *X. de teſtib. cogend.*

§. 788. Vt *probatio plena* per teſtes habeatur, duo ſaltem habiles requiruntur, de *facto ipſo* idem deponentes ex ſufficienti ſcientia (*a*). Hinc PLENA PROBATIO non fit 1) per *Teſtes ſingulares*, quorum ſinguli de diuerſis facti circumſtantiis teſtantur (*b*), nec 2) per teſtes *de auditu*, niſi qualitate cauſae aliud exigente (*c*), nec 3) per *vnum teſtem* (*d*). Poteſt tamen in his omnibus defectus probationis ex *aliis idoneis probandi mediis* ſuppleri. Pari ratione nec PLENA DEMONSTRATIO fit per *vnum teſtem*; niſi ex cauſa, *ſpeciatim* probata, fides habeatur *teſtimonio vnius*, velvti 1) pro *conſcientiae* ſecuritate (*e*), 2) in cauſa *incidente*, merita cauſae non concernente, 3) in teſti-

teſtimonio *perſonae publicae* de his, quae ad officium ipſius pertinent (*f*).

(*a*) *c.* 5. *c.* 10. *c.* 23. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 33. *X. h. t. c.* 23. 32. *X. de elect. c.* 9. *X. de probat.*

(*c*) *c.* 5. *c.* 47. *X. h. t. c.* 13. *X. de probat.*

(*d*) *c.* 23. 28. 47. *X. h. t. c.* 27. *X. eod.* [STRVBEN *Rechtl. Bedenk.* tom. V. N. 71.]

(*e*) *c.* 22. 47. *X. h. t. c.* 12. *c.* 27. *X. de ſponſal.*

(*f*) *c.* 6. *X. de renunciat.*

§. 789. Probatio per teſtes facienda eſt ſecundum *formam*, iure definitam: in qua alia pertinent et eam *adeundam*, alia ad eam *abſoluendam* (§. 778.). *Adeunda* eſt exhibitis *articulis probatorialibus*, iuncta ſpeciali *teſtium denominatione*, et *directorio ſuper quibus articulis* ſinguli examinandi ſint, interueniente *imploratione iudicis* de *probatione recipienda*, et de *decernendis* his, quae ad teſtium productionem pertinent (*a*).

(*a*) *c.* 2. *h. t. in* 6. [GROLMAN *Theorie des gerichtl. Verfahr.* §. 189.]

§. 790. Quidquid pertinet ad probationem per teſtes *adeundam*, intra *tempus*, probationi praefixum, in iudicio offerendum eſt (§. 778.). *Intra hoc tempus* nouos articulos ſeu *additionales* exhibere, et *nouos teſtes* ad XL. vsque denominare integrum eſt (*a*), modo, ſi id *quarta* vice fiat, *iuramentum calumniae ſpeciale* praeſtetur (*b*).

 (*a*) *c.* 37

(*a*) *c.* 37. *X. h. t.*
(*b*) *c.* 15. *c.* 55. *X. h. t.*

§. 791. Ad probationem *abſoluendam*, pertinet I) *productio teſtium in foro, ferendi teſtimonii cauſa*, moderante iudice a producente facienda (*a*). Eſt vero iudicis, primo *decernere* de *admittenda* probatione, tum *productioni teſtium* praefigere *terminum*, *teſtibus*, foro ipſius ſubiectis, *producente* et *parte aduerſa* ad eundem citatis (*b*); oblatosque *articulos probatoriales* communicare cum *parte aduerſa*.

(*a*) *c.* 37. *X. h. t.*
(*b*) *c.* 7. *c.* 41. *X. h. t.*

§. 792. Ius *partis aduerſae* eſt, tum 1) *excipiendi* contra *articulos* et contra *teſtes* (*a*), ſaluo arbitrio conſentiendi in teſtium productionem, *reſeruatis* ſibi *exceptionibus* omnibus, tum 2) exhibendi INTERROGATORIA (*b*), ſeu *quaeſtiones, ad teſtes directas, de eis, quae ad veritatem facti eo rectius exquirendam pertinent.* Sunt haec vel *ſpecialia*, ad ſingulos articulos directa, vel *generalia* ad eosdem non directa, *cauſam* in genere vel *perſonam teſtium* inprimis concernentia.

(*a*) *c.* 2. *X. h. t.*
(*b*) *c.* 2. *h. t. in* 6.

§. 793. II) In *termino ipſo* teſtium productio peragenda eſt, a *producente*, *abſentium* vero *teſtium*

teſtium arctior citatio petenda. Producti teſtes, a iudice partibus praeſentibus obſtringendi ſunt *iureiurando* (*a*); niſi hoc illis vtriusque partis conſenſu *remittatur* (*b*).

(*a*) *c.* 5. *c.* 51. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 39. *X. h. t.* [*M. L.* TENGWALL de iniurat. teſtium mortuor. fide 191.]

§. 794. III) *Examen teſtium* ad officium iudicis pertinet, *prudenter* ita inſtituendum, vt *perſpicua* et *categorica* teſtium depoſitio obtineatur (*a*). Examinandi ſunt teſtes, et quidem *ſinguli* ſigillatim (*b*) remotisque partibus tum ad *articulos* tum ad *interrogatoria* (*c*); qualia et ipſe iudex ſupplere, et in circumſtantias facti *ex officio* inquirere poteſt (*d*).

(*a*) *c.* 37. 41. 53. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 52. *X. h. t.*

(*c*) *c.* 2. *h. t. in* 6.

(*d*) *c.* 37. *X. h. t.*

§. 795. Si teſtes *alieni fori* ſunt, iudex cauſae implorandus eſt de *ſubſidiario* eorum examine a *iudice competente* requirendo (§. 731.): id quod a iudice requiſito non minus *ſeruato iuris ordine* obeundum eſt (*a*). Hinc *clericorum*, in teſtes productorum, examen in foro *eccleſiaſtico* requirendum eſt (*b*).

(*a*) *c.* 3. *X. de fideiuſſorib.*

 (*b*) Ob

(b) Ob difficultates et ambages fubfidiarii examinis in *Electoratu Brunfuico-Luneburgico* cautum eft, vt clerici a iudice caufae feculari, fub quo commorantur, teftimonii ferendi caufa *immediate* citari poffint, hi vero *coram eo* fe fiftere teneantur. Vid. *Refcriptum Electorale de a.* 1712. *et de a.* 1717. in *tom. I. Corp. Conftit. Calemb. p.* 846. et *tom. II. p.* 584. [SCHLEGEL *Churhannöverfches Kirchenrecht* T. I. p. 159.]

§. 796. IV) Peracto examine, 1) depofitiones teftium *iudicis auctoritate* redigendae funt in ROTVLVM (*a*), qui eft *inftrumentum publicum, in quo teftium depofitiones fingulis articulis et interrogatoriis fubiectae exhibentur:* tum 2) ad inftantiam producentis facienda eft ROTVLI PVBLICATIO (*b*), qua is *auctoritate iudiciali* ad *vtriusque partis notitiam* deducitur in *termino*, hoc fine praefixo.

(a) *c.* 41. *c.* 42. *X. h. t.*

(b) *c.* 30. *X. h. t.*

§. 797. V) Rotulo publicato, partibus *integrum* eft, de vi *probationis* et *reprobationis* in fcriptis inuicem *difputare* (*a*). Ob metum vero fubornationis teftium, permiffum non eft, *novos teftes* vel fuper *iisdem* vel fuper *contrariis* articulis producere (*b*); quamquam eorum productio fuper *nouis articulis* falua fit (*c*). Hinc *reprobatio directo contraria* per teftes non nifi *ante publicationem rotuli* inftituenda eft, nec poft eam nifi *ex iufta caufa* admittitur (*d*).

(a) *c.* 15. *c.* 31. *X. h. t.*

(b) *Clem.*

(b) *Clem.* 2. *h. t.* PVFENDORF *tom. III. obſ.* 109. *de* CRAMER *tom. III. obſ.* 880. [*v.* BÜLOW et HAGEMANN *Erörterungen* B. II. N. 22.] Inſtrumentorum productio adhuc ſalua eſt *c.* 9. *X. de fide inſtr.*

(c) *c.* 17. *c.* 19. *c.* 25. *c.* 35. *X. h. t.* [GÖNNER *Erörterungen* Nro. XXXVI. *G.* WERNSDORFF de teſtibus nouis, ſuper nouis etiam articulis probatorialibus examinandis. Wittenberg. 1791.]

(d) *c.* 35. *in f. X. h. t.*

TIT. XIII.

VT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDATVR AD TESTIVM RECEPTIONEM VEL AD SENTENTIAM DEFINITIVAM.

(Lib. II. Tit. 6.)

ARGVMENTVM.

§. 798. *Probationi per teſtes quatenus locus ante L. C.* 799. *Examen teſtium extraordinarium.* 800. *Modus illud inſtituendi.*

§. 798. Cum probatio cauſae principalis demum poſt *litem conteſtatam* admittatur (§. 774.): oritur inde regula: *ante litem conteſtatam in cauſa ciuili principali non procedendum eſſe ad teſtium receptionem* (*a*). In cauſa *incidente* ergo vel in cauſis, in quibus iudex *ex officio* procedit, probationi per teſtes etiam *ante L. C.* locus eſſe poteſt (*b*).

 (a) c. 1.

(a) *c. 1. 2. X. h. t.*
(b) *c. 5. §. 1. X. h. t.* [*Ch. H. Gli.* KÖCHY de probatione ad perpetuam rei memoriam. Helmst. 1794.]

§. 799. Ob *periculum amittendae probationis* admittitur EXAMEN TESTIVM EXTRAORDINARIVM (*), quod prius, quam eo opus est in lite, *futurae probationis conseruandae* causa instituitur. *Reo* quidem omni tempore permittitur pro conseruanda *exceptionis* probatione (*b*), *actori* vero non aliter, quam si *in agendo* impeditur, vel reus, actione iam mota, litis contestationem remoratur (*c*).

[(*) *C. H.* ECKHARDI hermeneutica iuris rec. C. F. *Walchius.* Lips. 1779. §. 337.]
(a) *c. 5. pr. h. t. c. 4. X. de confirmatione vtili.*
(b) *c. 41. X. de testibus.*
(c) *c. 5. pr. h. t.*

§. 800. Instituendum est *seruato iuris ordine* (*a*): nisi ista causa, veluti *periculum in mora*, hunc seruari non patiatur (*b*). Quo sine solenni iuris forma peracto, actor *intra annum* vel id reo *denunciare* vel *actionem* mouere tenetur, vt et reus suae defensionis rationem habere possit: alioquin *vim omnem* amittit (*c*). *Reus* vero illud actori denunciare non tenetur.

(a) *c. 41. X. de testibus.*
(b) *c. 4. X. de confirmat. vtili.*
(c) *c. 5. pr. h. t. Ge.* ENGELBRECHT *de examine testium ad perpetuam rei memoriam* et *Io.* WERLHOF *de exam. testium extraord.*

TIT.

TIT. XIV.

DE

PROBATIONE PER INSTRVMENTA.

(Lib. II. Tit. 22. *De fide instrumentorum.*)

ARGVMENTVM.

§. 801. *Instrumenta, publica et priuata.* 802. *Fides publicorum* 803. *et priuatorum.* 804. *Requisita probationis, vt sint vera* 805. *et authentica.* 806. *Quaenam pertineant ad probationem adeundam,* 807. *et ad eam absoluendam.*

§. 801. INSTRVMENTA sunt *scripturae, ad fidem de veritate facti faciendam idoneae.* PVBLICA sunt, *quae conficiuntur a personis publicis vi potestatis publicae, qua sunt instructae* (*a*). PRIVATA sunt, quae a priuatis scripta vel subscripta sunt: eaque *quasi publica* dicuntur, si subscripta sunt a tribus testibus, quorum testimonio veritas instrumenti probari possit (*b*).

(*a*) *c.* 2. *X. h. t.* Exempla occurrunt *in c.* 11. *X. de Probat. c.* 2. *de Off. Ordin. in* 6. *c.* 15. *X. h. t.* ad eaque pertinent *libri parochiales,* de actibus parochialibus conscripti. *Conc. Trid. de ref. matrim. sess.* 24. *c.* 1. CARPZOV. I. E. lib. 1. *def.* 142. *Lud.* MENCKE in *Proc. iur. Com. et Sax.* [Lips. 1723.] *lib.* 24. §. 2. *Aug. de* BALTHASAR *de libris seu matriculis ecclesiasticis.* [Gryph. 1747.]

(*b*) *c.* 2. *X. h. t.*

§. 802.

§. 802. Ratio fidei *instrumenti publici* continetur in *praesumtione iuris*, quae ob auctoritatem publicam, qua conficitur, militat pro *veritate contentorum* (*a*). Hinc *plene* probat (*b*): nisi probari euidenter possit, aliter rem consignatam esse, ac quidem gesta est (*c*). Si confectum est de negotio inter *priuatos* gesto, *inter hos* plene probat, non vero contra *tertium* (*d*): sin conditum est de negotio, *causam* et *vtilitatem publicam* concernente, probat contra quoscunque.

(a) *Tob. Iac.* REINHARTH in *obs. ad Christinaei decis. Vol. III. obs.* 6.

(b) *c. 2. X. h. t. c. 18. X. de praescript. c. 11. X. de praesumt. c. 7. X. de probat.*

(c) *c. 10. X. h. t.* REINHARTH *l. c.*

(d) Ex natura negotii priuati: *L. 1. 2. C. Inter alios acta vel iud. aliis non nocere.*

§. 803. Ratio *fidei* instrumenti *priuati* in *scriptione* vel *subscriptione* eius, cuius obligationes concernit, vel in *testimonio testium adhibitorum* continetur: ideoque si *causam debendi* adiectam habet, *contra scribentem* plene probat (*a*), non vero *pro scribente*, nisi ex *antiquitate temporis*, vel ex *qualitate personarum* (*b*), vel ex *speciali lege* vel *consuetudine* vis quaedam probandi ei accedat (*c*).

(a) *c. 14. X. h. t.*

(b) *c. 13. X. de probat. c. 13. X. de praescript.*

(c) *c. 9. X. h. t.* [Ita libris mercatorum vis probandi accedit. Vid. RVNDE *teutsches Priv. Recht.* §. 458. sq.]

§. 804.

§. 804. Vt probatio fiat per inſtrumentum, conſtare neceſſe eſt, I) illud *verum* eſſe. Pro *veritate inſtrumenti publici* militat *praeſumtio iuris*, modo rite confectum, et *manu publica* ſubſcriptum, vel *ſigillo publico genuino* et *congruo* munitum ſit (*a*). Veritas *priuati* inſtrumenti adſtruenda eſt vel *recognitione* eius, aduerſus quem producitur, vel *aliunde* veluti per teſtimonium *teſtium adhibitorum* (*b*). Ad *praeſumtiones* pro *veritate* vtriusque generis inſtrumentorum pertinet, ſi translata ſunt in *archiuum publicum* (*c*). Probata *falſitate* inſtrumenti, vis eius prorſus euertitur (*d*): eaque ex *raſura* in loco ſuſpecto (*e*), ex *ſigillo minus congruo*, ex *chartae* et *ſcripturae* genere aliisue indiciis induci poteſt (*f*).

(*a*) c. 2. c. 6. *X. h. t.*

(*b*) *cit.* c. 2. *et* 6. *X. h. t.*

(*c*) c. 13. *X. de praeſcript.* Ex fide *archiui publici* oritur tantum praeſumtio pro *veritate inſtrumenti: fides* documenti *aliunde* dependet. Scripta de fide archiui exhibet *Iac.* Wencker in *collectis archiui et Cancellariae iuribus.* [Arg. 1715. Layritz de auctoritate diplomatum ex archiuo deſumtorum. Altorf. 1796.]

(*d*) c. 4. c. 10. *X. h. t.*

(*e*) c. 3. 11. *X. h. t.* c. 9. *X. de crim. falſi* c. 14. *X. de priuileg.* c. 7. *X. de domib. relig.*

(*f*) Exemplum eſt in c. 6. *X. h. t.*

§. 805. II) Inſtrumentum ex *authentico*, ſeu ex ſcriptura primigenia, ex qua originem ducit, producendum eſt. *Exemplum*, ex illo tantum

tum deſcriptum, non probat (*a*). Exemplum vero praeuia cognitione de *integritate authentici* ex eodem auctoritate iudicis deſcriptum, *vim authentici* habet (*b*).

(*a*) *c.* 1. 2. *X. h. t.*

(*b*) *c. vlt. X. h. t. c.* 4. *X. de confirmat. vtili.*

§. 806. Probatio *per inſtrumenta* adeunda eſt intra tempus probationi praefixum, quod, termino probatorio non praefinito, patet vsque ad ſententiam definitiuam (*a*): poſt concluſionem in cauſa non admittitur, niſi ob inſtrumenta nouiter reperta (*b*). Peragitur 1) vel *exhibitis* in iudicio inſtrumentorum *exemplis*, ſaltem quoad *clauſulam concernentem* (*c*), vel 2) ſi quis inſtrumentum non poſſideat, *petita* eius *editione*. Et *actor* quidem *omnia documenta* reo, *reus* vero non niſi *communia* et *actoris propria* edere (*d*), *ipſius propria* vero actori ad *probandam actionem* edere non tenetur (*e*).

(*a*) *c.* 9. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 4. *X. de exceptionib.*

(*c*) *c.* 4. 5. *X. h. t.*

(*d*) *c.* 12. *X. h. t. c.* 4. *X. de teſtib. cogend.* [*C. I.* MANSO D. Reus ab editione inſtrumentor. non immunis ſed perinde ac actor ad eam obligatus eſt. Ienae. 1788. *F. W.* KOSSEL de cauſis obligationis ad edenda inſtrumenta in genere annexis vindiciis immunitatis rei ab editionis onere. Goett. 1796.]

(*e*) *c.* 1. *c.* 5. *X. de probationib.* Eccleſiae agenti *arg. L.* 2. §. 2. *D. de iure fiſci* vſu fori tribuitur ius exigendi a

reo

reo omnium documentorum editionem REIFFENSTVEL h. t. n. 251. MEVIVS *P. V. dec.* 317. WERNHER *P. II. obſ.* 496. [*I. H.* BÖHMER in iure eccleſ. Prot. Lib. 2. Tit. 22. §. 14. optimo iure de hoc priuilegio eccleſiarum dubitat.] De editione exigenda in cauſis matrimonialibus vid. BERGERVS in *elect. Proc. matrim.* §. 38.

§. 807. Ad *abſoluendam* probationem pertinet 1) *productio authenticorum* inſtrumentorum in *termino*, a iudice praefixo; 2) *recognitio* productorum, ſi inſtrumenta ſunt *priuata* (*a*); quae *ſaluis exceptionibus* recognoſcere pars aduerſa tenetur, niſi ea *diffiteri*, hoc eſt, veritatem eorum praeſtito iureiurando negare poſſit: quam diffesſionem tamen producens *declinare* poteſt, veritate inſtrumentorum aliunde probata (§. 804.) (*b*). 3) *Deductio probandorum* ex inſtrumentis, eorumue impugnatio per *oppoſitas exceptiones.*

(*a*) *Ge.* ENGELBRECHT de *recognitione inſtrumentorum* §. 131. *Chriſt.* WILDVOGEL *de document. recognit.* [Ien. 1699.] *c. IV.*

(*b*) *Io. Frid.* WAHL de *recognitione inſtrumentorum per teſtes et comparationem literarum.* [Goetting. 1743.] §. 17. *ſ. Io. Henr.* BERGER de *modis declinandi recognit. et diffeſſionem inſtrum. iuratam.* [Vitemb. 1701.] inter ſelecta eius opuſc. p. 1381. [De probatione per documenta in genere diſputat GÖNNER *Handb.* T. 2. N. 36.]

TIT.

TIT. XV.

DE

VSV IVRISIVRANDI IN PROBATIONE.

(Lib. II. Tit. 24. *De iureiurando.* Lib. V. Tit. 34. *De purgatione canonica.*)

ARGVMENTVM.

§. 808. *Iuramentum delatum.* 809. *A quo, et* 810. *cui deferri possit?* 811. *In qua causa?* 812. *Intra quod tempus?* 813. *Vis delationis.* 814. *Facultas illud referendi.* 815. *Iuramentum necessarium, purgatorium et suppletorium.* 816. *Quando alterutri locus sit.*

§. 808. Iusiurandum in remedium expediendarum litium adhiberi potest vel *ex pactione ipsorum litigatorum* vel *ex auctoritate iudicis* (a), indeque est vel *voluntarium* vel *necessarium.* Iusiurandum *voluntarium iudiciale*, DELATVM vocatur, *quod litis finiendae causa pars a parte aduersa de veritate facti praestari desiderat in iudicio, accedente iudicis auctoritate.* Est remedium *expediendi lites*, et *loco probationis* habetur, cum quod ex eo iuratum est, ciuiliter pro vero simpliciter habeatur inter litigantes; ac proinde *praesumtionem iuris et de iure* constituat (§. 773.).

(a) *L. 1. L. 34. §. vlt. D. de iureiur.* Diss. mea *de auctoritate iudicis circa iusiur. delatum §. 2. et* 13. [Vberrime

me doctrinam de iureiurando exposuit *Iul. Fr.* MALBLANC in libro doctrina de iureiurando. 1781.]

§. 809. I) Datur *vnicuique parti* licentia, *loco probationis*, et *litis finiendae* causa iuramentum deferendi suo aduersario (*a*), modo liberam de causa controuersa habeat *transigendi potestatem*, nec id faciat *ex calumnia:* quo nomine ab eo *iuramentum calumniae* speciale exigi potest (*b*). *Procurator*, non nisi speciali mandato instructus, id deferre potest (*c*).

(*a*) *L.* 25. §. 2. *D. de probat.*

(*b*) *L.* 34. §. 4. *de iureiur.* [*A.* GERSTÄCKER de iureiurando calumniae. Lips. 1795.]

(*c*) *c.* 4. *de Procurat. in* 6.

§. 810. II) Deferri potest *parti aduersae cuicunque* (*a*), ideoque etiam *clericis* vel *vniuersitati*, cum qua iudicium exercetur (*b*), non vero *extraneo*, qui non est in lite.

(*a*) *c. vlt.* §. 1. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 26. *X. h. t.* PVFENDORF l. c. *tom. I. obs.* 179. *et tom. II. obs.* 124.

§. 811. III) Delationi locus est in qualibet *causa ciuili*, partium dispositioni obnoxia: modo in causis, in quibus grauari potest iurantis opinio, ex probabili causa fiat (*a*) Deferri ergo potest in causis *ecclesiasticis*, iura priuatorum concernentibus; non vero in illis, de quibus transigere non licet (*b*), ideoque nec in causis *dissolutionem ma-*

 trimo-

trimonii concernentibus (*); quamuis quo minus contra ſponſalia admittatur, ratio iuris non impediat (*c*). Aduerſus id vero, quod ab aduerſa parte iam *plene probatum* eſt, non admittitur (*d*).

(*a*) Mevivs *P. VI. dec.* 405. Cothmannvs *Vol. II. reſp.* 82. Reinharth in *obſ. ad Chriſtinaei deciſ. vol. III. obſ.* 3.

(*b*) *c.* 10. *X. de transact.*

[(*) Vid. tamen Meister *Practiſche Bemerkungen* T. II. N. 1.]

(*c*) *c.* 7. *X. de ſent. et re iud.* Carpzov. *iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 46. *nr.* 14. Brvnnemann in *iur. eccl. lib.* 3. *c.* 5. §. 6. 7. Stryk *de diſſ. ſponſ. Sect.* 3. §. 3. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 24. §. 60. 65. Pvfendorf *l. c. tom. I. obſ.* 73.

(*d*) *c.* 2. *X. de Prob.* Pvfendorf *l. c. obſ.* 64. §. 7.

§. 812. IV) Deferri poteſt iure Rom. in *qualibet litis parte*, tamquam remedium lites finiendi (*a*): nec id mutatum eſt iure Canonico. Hinc elapſo etiam termino probatorio ex iuris communis rationibus admittenda eſt iuramenti delatio (*), maxime ſi pars ex cauſa, quod *probationes adhibitae* parum idoneae et ſufficientes ſint, ad eam venit (*b*).

(*a*) *L.* 12. *de rebus credit.*

[(*) Secus hac de quaeſtione multo iure iudicant Emminghavs in notis ad Cocceii ius controv. L. XII. T. 2. p. 25. nota x. *v.* Bülow u. Hagemann *Erörterungen* T. I. N. 57.]

(*b*) Pvfendorf *l. c. tom. I. obſ.* 154.

§. 813. Delatum iuramentum et a iudice approbatum pars aduerſa vel *acceptare*, vel *referre*

re tenetur, nisi probationem pro *exoneranda conscientia* suscipere velit; quod ipsi licet ex iuris communis rationibus (*a*). In hac tamen *succumbens*, iuramentum adhuc vel *acceptare*, vel *referre*, iure communi non prohibetur (*b*).

(*a*) *c. 2. X. de probat.* Stryk de *Caut. iur. P. III. Sect. 2. c. 3.* [*I. Chr.* Koch de probatione pro exoneranda conscientia in foro Romano ignota. Giess. 1783.]

(*b*) *Sam. de* Cocceii in *iur. controv. lib. 12. tit. 2. qu. 29.* Mevius *P. VI. dec. 168. Ord. trib. Appellat. Cellens. P. II. tit. 8. §. 1.* [Admittitur contra hanc probationem reprobatio. Goenner *Erörterungen* N. 29. dubitat Claproth in *der Einleitung zum bürgerl. Procefs. Th. 2. §. 327.* Pufendorf introd. ad Proc. Brunsuico-Luneb. III. V. 24.]

§. 814. Facultas *referendi* iusiurandum delatum ex lege competit, modo deferens eius *facti*, de quo delatum est, *notitiam* habere praesumatur. Vnde iuramentum, *super dolo* delatum, referri nequit (*a*). Ceterum relatum *simpliciter* acceptandum et praestandum est: nec a *referente* exigi potest iuramentum calumniae (*b*).

(*a*) *c. vlt. X. h. t.* ibi: *quamuis quod in iudicio a parte parti defertur, recusari possit licite, ac referri. Nec liceat conuento famosa actione referre huiusmodi iusiurandum.*

(*b*) *L. 34. §. 7 8. 9.* D. h. t.

§. 815. Ivramentvm necessarivm est, *quod deficiente probatione, ad causam decidendam sufficiente, alterutri parti a iudice iniungitur.* Est illud vel svppletorivm, *quod iniungitur ad perficiendam imperfectam probationem*, veluti si sit semi-

miplena vel ſemiplena maior; vel PVRGATORIVM, *quod iniungitur ad elidendas praeſumtiones, ex probatione alterius partis emergentes* (*a*). *Purgatio*, quae per hoc fit ad amoliendam criminis ſuſpicionem, *canonica* dicitur (*b*).

(a) c. vlt. X. h. t.

(b) c. 8. 10. *X. de purgatione canonica.*

§. 816. Vtrum ſuppletorio vel purgatorio locus ſit, de eo iudex decernere debet *perſpectis* tum *perſonarum* tum *cauſae circumſtantiis* (*a*). *Suppletorium* in cauſis *criminalibus* et *contra matrimonium* non admittitur. Nec *pro matrimonio contrahendo* admitti poteſt, niſi ex probatione ſemiplena maiore (*b*): quamquam in his cauſis *purgatorio* locus ſit (*c*). Alterutro ex iudicis decreto *praeſtito*, ſecundum illud lis dirimitur; eodem vero per contumaciam *recuſato*, *contra contumacem* pro vero habetur id, intuitu cuius iurandum erat (*d*).

(a) c. vlt. X. h. t. [*I. C. E. v.* QVISTORP *rechtliche Bemerkungen. Leipz.* 1793. *Th. I. Bemerk.* 30.]

(b) arg. c. vlt. de Procurat. in 6. WERNHER *obſ. for. P. III. obſ.* 90. *P. V. obſ.* 151. *n.* 640. *ſ.* STRVVIVS in *Synt. iur. ciuil. ex* 17 *th.* 43 *lit. k.*

(c) c. 34. *X. h. t.* in quo cap. ſermo eſt de *purgatorio c.* 1. 4. 8. 10. 16 *X. de purgat. Canon.* [*I. F.* MALBLANCK conſpectus rei iudic. romano-german. Norimb. 1797. §. XLVI.]

(d) c. 7. 15. *X. de purgat. Can.*

TIT.

TIT. XVI.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

(Lib. II. Tit. 27. *De sententia et re iudicata.*)

ARGVMENTVM.

§. 817. *Sententia definitiua et interlocutoria.* 818. *Interlocutio mera vel mixta.* 819. *A quo sententia,* 820. *et quomodo sit ferenda?* 821. *Decisionis per illam faciendae ratio.* 822. *Eius publicatio.* 823. *Res iudicata.* 824. *Quatenus in causa criminali et matrimoniali obtineat?* 825. *Exulat in sententiis nullis.* 826. *Eius Executio.* 827. *Principalis et subsidiaria.*

§. 817. *Disceptatione causae* ordine iuris peracta, quam finitam esse, *ipsa conclusione in causa* partes declarant, res transit ad iudicis *cognitionem* et *decisionem.* SENTENTIA est *pronunciatio iudicis, quae causae litigiosae, in iudicio disceptatae, decisionem continet:* vnde omnis sententia *causa cognita* ferenda est (*b*). DEFINITIVA est, *quae causae principalis, in iudicium deductae,* et INTERLOCVTORIA, *quae causae incidentis in iudicio motae decisionem continet* (*c*).

(*a*) c. 11. C. 30. qu. 5. *Auth. Iubemus C. de iudiciis c.* 3. *h. t. in* 6. *inf.*

(*b*) *Clem.* 2. *de Verb. signif. c.* 18. *X. h. t.*

(*c*) *c.* 5. *h. t. in* 6. *c.* 12. *X. de appellat. in* 6.

§. 818. Interlocvtio eſt *pronunciatio iudicis, qua determinantur ea, quae pertinent ad iudicium* (§. 659.), hoc eſt, ad iudicialem cauſae diſceptationem. Eſt haec vel mixta, *quae cauſa cognita in forma ſententiae fertur*, vel mera, *quae non fertur in forma ſententiae.* Haec mutari et corrigi poteſt ab eodem iudice (*a*).

(*a*) c. 60. *de appellat. L.* 14. *D. de re iudic.*

§. 819. I) Sententia ferenda eſt a *iudice cauſae*, eoque *competente* (§. 663.): a iudice *non ſuo* lata non tenet (*a*), niſi vi *prorogatae* iurisdictionis. Inter *plures* iudices fertur ſecundum *maiora ſuffragia.* Si *paria* ſunt iudicum *ordinariorum* ſuffragia, praeualet ſententia pro *reo* lata, niſi aliud ſuadeat *fauor cauſae;* ſi *delegatorum*, valet ſententia, a *delegante* approbata (*b*).

(*a*) c. 4. *X. de iudiciis* c. 3. *X. de conſuet.* c. 29. *X. de off. et pot. iud. deleg.*
(*b*) c. *vlt. X. h. t.* [*v.* Bülow und Hagemann *Erörterungen Theil II. N.* 20.]

§. 820. II) Cum per eam *decidenda* ſit cauſa in iudicio diſceptata: ſententia *iuri* et *actis probatisque* conformis eſſe debet. Contra *ius expreſſum* lata, *nulla* eſt (*a*): actis probatisque aduerſa, ſeu contra ius litigatoris lata, *iniqua* eſt, et ſtricto iure ſubſiſtit, ſaluis eandem *impugnandi remediis* (*b*).

(a) *c.* 1. *c.* 13. *X. h. t. c.* 64. *de reg. iur. in.* 6.
(b) *c.* 13. *X. h. t.*

§. 821. III) Sententia ex natura *decifionis certa* et *determinata* effe debet. Definitiua fententia itaque vel per *abfolutionem* vel per *condemnationem* ferenda eft (*a*): fiue verbis *expreffis* fiue *aequipollentibus* exprimatur (*b*). Quae *rationem* in fe continent factae *decifionis*, funt *rationes fententiae*; quas iudex fententiae inferere non tenetur (*c*), nifi id iufta caufa fuadeat (*d*).

(a) *c.* 18. *X. de praefcript. c.* 2. *X. de capell. monach. c.* 3. *X. de accufat.*

(b) *c.* 15. *X. de verb. Signif.*

(c) *c.* 16. *X. h. t.*

(d) vt in exemplis *c.* 18. *X. h. t. c.* 10. *de fide inftr. c.* 14 *X. de priuileg.*

§. 822. Concipienda eft fententia in *fcriptis* (*a*), partibusque legitime publicanda. *Publicatio* eius *auctoritate iudicis* et in *confeffu iudicii* facienda eft *partibus* per *recitationem fententiae ex fcripto* (*b*); ad eamque *praefixo termino* partes *citandae* funt (*c*). Sententiam fcriptam partibus *infinuari*, non fufficit in *ordinario* proceffu (*d*): quamquam hoc *vim publicationis* habeat in *fummario.*

(a) *c. vlt. h. t. in* 6.

(b) *cit. c. vlt. h. t. in* 6.

(c) *Clem.* 2. *de verb. fignif.*

(d) *c. vlt. h. t. in* 6.

§. 823. RES IVDICATA eſt *lis, ſententia iudicis ita deciſa, vt inter partes vim iuris obtineat.* Haec obtinet non ex ſola *ius dicentis* auctoritate, ſed maxime ex *partium conſenſu*, eoque vel *vero*, quo in ſententia acquieſcunt, vel *ficto*, cum intra tempus, quo licet, ſententiam non impugnant, *cum per hoc videantur per interpretationem iuris latae ſententiae paruiſſe* (*a*). Inter alios ergo ſententia vim iuris non habet (*b*), niſi ex *ſpeciali ratione*, vel quod eorum conſenſu lis acta ſit (*c*), vel quod cauſam habeant ab alterutra parte (*d*).

(*a*) Verba ſunt *c.* 15. *X. h. t. c.* 13. *X. h. t.* [b. AVCTORIS *Rechtsfälle* I. B. II. T. N. 89.]

(*b*) *c.* 25. *X. h. t. c.* 25. *in. f. X. de praebend.*

(*c*) *c.* 25. *X. h. t. L.* 63. *D. de re iudicat.*

(*d*) *c.* 25. *X. h. t.*

§. 824. Itaque ſententia etiam *iniqua*, et contra ius litigatoris lata, in rem iudicatam abit (*a*), modo reſpiciat cauſam, in qua *partes* poſſint iniquae deciſioni *ſuo* ſe *conſenſu* ſubmittere. In rem iudicatam ergo non tranſit 1) ſententia iniqua *condemnatoria* in criminalibus, bene tamen abſolutoria: nec 2) ſententia, qua matrimonium vel ex errore falſae cauſae *dirimitur*, vel *abſolute prohibitum*, ex errore facti *pro valido* declaratur (*b*): quamquam ſententia iniqua in cete-

ceteris caufis matrimo nialibus, quae a confenfu partium pendent, iudicata fiat (*c*).

(*a*) *c.* 13. *X. h t.*

(*b*) *c.* 7. 10. 11. *X. h. t. c.* 5. 6. *X. de frigidis et maleficiatis.* GONZALEZ TELLEZ in *Comm. ad Decret. h. t. c.* 7. *Henr.* BERGERVS *in elect. Proc. matrimonial. th.* 45-47.

(*c*) REIFFENSTVEL in *Iur. Can. lib.* 2. *tit.* 27. *n.* 121. 122.

§. 825. Vt vero fententia, inter legitimum tempus haud impugnata, *in rem iudicatam* abeat, requiritur, vt ordine iuris lata et *publicata* fit. Hinc in rem iudicatam non tranfit fententia *nulla*, veluti ab *incompetente* iudice (§. 819.), contra *ius expreffum* (§. 820.), contra rem iudicatam (*a*), et ex *falfis inftrumentis* lata (*b*): vel quae lata non eft feruato *iuris ordine* (*c*): nifi defectus fit in folennibus, in *fauorem partium* conftitutis (*d*). Interlocutio mera, veluti mandatum, decretum, nequidem rationem fententiae habet (§. 818.), ideoque nec vim rei iudicatae (*e*).

(*a*) *c.* 20. *X. h. t.* [De nullitate imprimis egerunt PÜTTER in opufc. rem iud. imp. illuftr. N. VIII. SCHNAUBERT *von heilbaren und unheilbaren Nullitäten. Gieffen* 1780. et nouiffime GÖNNER in *Handbuch.* T. III. N. 42.]

(*b*) *c.* 6. *X. de except. c.* 22. *X. h. t. c.* 9. *X. de teft.*

(*c*) *c.* 19. *X. h. t. c.* 2. *X. Vt lite non conteftata.*

(*d*) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 122. 123.

(*e*) *c.* 60. *X. de appell.* B. Parens *l. c.* §. 8. 11. *f.*

§. 826. Execvtio rei iudicatae eſt *actus, quo res iudicata, cui parere condemnatus non vult, iudicis auctoritate per remedia coactiua in actum deducitur.* Executio I) non intelligitur, niſi poſita *re iudicata;* II) peragenda eſt *iudicis* auctoritate; et iudicis *ordinarii* quidem eſt, ſententiam *a ſe latam* executioni dare (*a*), iudex *delegatus* vero eam facere nequit, niſi vi *delegationis*, et *delegantis* auctoritate (*b*); III) decernenda eſt ad *inſtantiam victoris*, praefixo *congruo termino* (*c*), ſaluo tamen ſemper iure *tertii*, cui eſt ius in executione *interueniendi* (*d*).

(*a*) *c.* 1. §. 3. *de foro compet. in* 6. *L.* 15. *pr. D. de re iud.*

(*b*) *c.* 7. 9. 26. 28. *X. de off. et. pot. iud. deleg.*

(*c*) *c.* 15. *X. h. t.*

(*d*) *c.* 17. *X. h. t.*

§. 827. *Executio* eſt vel principalis, quam *iudex vi propriae iurisdictionis peragit*, ſiue eam *immediate*, ſiue *mediate* peragat per executorem delegatum (*a*), qua delegandi facultate *iudicia ſuperiora* vtuntur: vel eſt svbsidiaria, *quam iudex peragit requiſito alio iudice*, cui condemnatus vel bona eius ſubſunt: quae denegari non poteſt in *ſubſidium iuſtitiae* exercendae (*b*). Cum iudex requiſitus eam vi requiſitionis ſuſcipiat: *fines requiſitionis* egredi, et de exceptionibus *adverſus ſententiam* iudicare nequit, quamuis de exceptio-

ceptionibus, *executioni* oppositis, cognoscere possit (*c*). Species subsidiariae est *imploratio brachii secularis*, qua iudicis secularis auxilium requirit iudex ecclesiasticus (*d*).

(*a*) *Merus executor* vocatur, cui solus actus executionis delegatur; qui destitutus facultate cognoscendi, exceptiones oppositas ad delegantem referre debet. *c.* 5. *X. h. t.*

(*b*) *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 160.

(*c*) *c.* 28. §. 3. *X. de off. et potest. iud. deleg.* BRVNNEMANN in *iur. eccl. lib. III. tit.* 11. §. 4.

(*d*) *c.* 1. 14. *X. de offic. iud. ord. c.* 10. *X. de iudic. Ge. Ad.* STRVVIVS *de brachio seculari.* [Ien. 1691.] *th.* 7. *Fr.* MOLINA *de brachio secul. ecclesiae praestando et mutuis iudicum auxiliis.* [Barcin. 1607.] *de* CRAMER *tom. IV. obs.* 1162.

TIT. XVII.

DE APPELLATIONIBVS.

(Lib. II. Tit. 28.)

ARGVMENTVM.

§. 828. Appellatio. 829. Remedium est deuolutiuum et suspensiuum. 830. Iudicialis et extraiudicialis in specie sic dicta. 831. Ius appellandi ob grauamen, 832. et in omni causa, praeterquam excepta. 833. Dirigenda est ad iudicem superiorem. 834. Interpositio appellationis, 835. in specie extraiudicialis. 836. Apostolorum requisitio. 837. Introductio appellationis. 838. Cognitio iudicis de ea recipienda. 839. Recepta, fit commune beneficium. 840. Iustificatio. 841. Sententia in iudicio appellationis. 842. Desertio

tio et renunciatio appellationis. 843. Attentatum. 844. Appellatio extraiudicialis improprie ſic dicta.

§. 828. Per ſententiam non minus quam per decretum et per quemlibet modum procedendi a iudice inferri poteſt *grauamen*, quoad *aduerſus ius alterius* quidquam ab eo agitur. Grauaminis tollendi cauſa datur APPELLATIO, quae eſt *remedium iuris, quo iudex ſuperior imploratur, de grauamine, a iudice inferiori illato, tollendo* (*).

[(*) *K. A. Ch.* Vlich *von Appellationen und Läuterungen auch andern rechtlichen Mitteln, ſich wider ein gravirendes Urtheil zu ſchützen. Wittenb. u. Zerbſt.* 1788. *F. A.* Mehlen *über die Appellation und andere Impugnativ-Mittel gegen richterliche Erkenntniſſe. Berl.* 1791. Gönners *Handbuch* T. 3. N. 38.]

§. 829. Per appellationem 1) cognitio de grauamine ad Superiorem iudicem defertur, ideoque eſt *remedium deuolutiuum:* per eandem 2) vis ſententiae vel decreti tamdiu ſuſpenditur, donec Superior de grauamine cognouerit, eoque ſenſu eſt *remedium ſuſpenſiuum* (*).

[(*) De effectibus appellationis egit Goenner *Handbuch.* T. 3. N. 39.]

§. 830. Appellatio ex principiis iuris Canonici vel IVDICIALIS eſt, *quae datur ob grauamen per ſententiam illatum,* ſiue haec ſit *definitiua* ſiue *interlocutoria;* vel EXTRAIVDICIALIS PROPRIE SIC DICTA, *quae datur ob grauamen alia ratione quam per ſententiam a iudice inferiori illatum;* veluti ad-

ver-

verſus *ſimplices interlocutiones*, decreta et mandata iudicis, vel ob non ſeruatum *in procedendo* vel *exequendo* ordinem iuris (*a*).

(*a*) *c.* 1. 2. *X. h. t. c.* 1. *et* 3. *h. t. in* 6. *Clem.* 5. *X. h. t.* Extraiudicialis, iure Canonico introducta, abuſum appellandi continet, indeque tum *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 20. *de reform.* tum paſſim inter Proteſtantes iure *particulari* reſtricta eſt, vt non admittatur ab interlocutione ſimplici, niſi *grauamen irreparabile contineat. Io. Tob.* REINHARTH in *obſ. ad Chriſtinaei deciſ. Vol. I. obſ.* 18. *et obſ.* 22. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 28. §. 9.

§. 831. I) Grauamen probabili ſaltim ratione a iudice illatum, eſt *cauſa appellationis* (*a*). Datur ergo appellatio 1) *cuilibet grauato*, etiam *tertio* (*), niſi ex ſpeciali ratione ceſſet, veluti ex renunciatione appellationis (*b*). Datur 2) tum ob grauamen *praeſens* tum ob *futurum* in certa cauſa probabiliter imminens (*c*), non vero ſi grauamen *fundamento* palam deſtituitur (*d*), vel ſi hoc ex *praeſumtione iuris* abeſt, veluti ob tres *conformes ſententias* (*e*). *Grauamine* ergo *ſublato*, ipſa appellatio tollitur (*f*).

(*a*) *c.* 38. *c.* 70. *pr. X. h. t.*
[(*) b. AVCTORIS *Rechtsfälle* B. I. Th. 2. N. 82. n. 40.]
(*b*) *c.* 21. *X. h. t.*
(*c*) *c.* 18. *X. h. t. Io. Tob.* CARRACH de *emendanda litium protract. circa appellationes euentuales.* [Hal. 1752.] §. 7. [MARTIN *Proceſs.* §. 200. notat.]
(*d*) *c.* 14. *c.* 28. *c.* 61. *X. h. t. c.* 5. *h. t. in* 6.
(*e*) *c.* 65. *X. h. t. L. vn. C. ne liceat in vna eademque cauſa.* REINHARTH *l. c. vol. I. obſ.* 12.
(*f*) *c.* 60. *X. h. t. c.* 19. *X. de Elect.*

§. 832

§. 832. Admittitur appellatio 3) in *omni causa*, feculari et ecclesiastica, in qua quis se *grauatum* esse conqueri potest (*a*), modo non obstet *rei iudicatae* auctoritas (*b*), nec facultas appellandi ex *causa speciali* vel restricta vel sublata sit. Sic 1) *restricta* est in causis moram non ferentibus, vt tantum admittatur quoad *effectum deuolutiuum* (*c*): 2) ex iusta causa tum in certa lite *per rescriptum* (*d*), tum in certis causis *lege* tolli vel circumscribi potest, quorsum pertinent causae, quae non ascendunt ad *summam appellabilem*, vel causae ad iurisdictionem correctiuam seu disciplinarem pertinentes, nisi in his modus excedatur (*e*).

(*a*) *c.* 11. *X. h. t.*

(*b*) *c.* 15. *X. de sent. et re iud. c.* 43. *X. h. t.*

(*c*) *c.* 15. *X. de restit. spoliat. Clem. vn. de causa propriet. et poss.* B. Parens in diss. de *executione pendente appellat. facienda.* [Hal. 1734.] Pufendorf in *intr. ad Proc. P. V. Sect. I. c.* 1. *p.* 575. [Goenner *Handbuch* T. 3. N. 40.]

(*d*) *c.* 71. *X. h. t. c.* 53. *eod. Iac.* Brvnnemann *de appellatione principis rescripto remota.* [Hal. 1702.]

(*e*) *c.* 3 26. 32. *X. h. t.* [Mehlen l. c. §. 51. seqq.]

§. 833. II) Appellatio dirigenda est ad *iudicem superiorem*, *cui iudex a quo immediate* in causa appellationis *subiectus est* (*a*). Hinc in causis, *iurisdictioni ecclesiasticae* subiectis (§. 240.), neque inter Catholicos neque inter Protestantes appel-

appellari poteſt ad *ſuprema imperii tribunalia* (*b*): nec viciſſim 2) in cauſis, *iurisdictioni ſeculari* obnoxiis, etiamſi in officialatibus tractentur, appellatio datur ad iudicia ſuperiora eccleſiaſtica (§. 127. 135. 145) (*c*).

(*a*) *Per ſaltum* ergo fieri nequit ad iudicem *remote* ſuperiorem: facta tamen ad iudicem intermedium remittenda eſt *c.* 66. *X. h. t. L.* 21. §. 1. *D. h. t.*

(*b*) *Concluſ. Viſit. Cam. d.* 19. *Dec.* 1713. FABRI *Staats-Canzl. T.* 26. *p.* 121. *tom.* 27. *p.* 134. SCHAVROTH *concl. corp. Euang. tom. I. p.* 286. PFEFFING. in *Vitr. illuſtr. tom. III. p.* 288. [*Gottfr. Dan.* HOFFMANN praeſ.] *Io. Iac.* HELFERICH *de independentia iuris circa ſacra ſtatuum Imp. Euangelicorum intuitu Imperat. et Imp.* [Tübing. 1740.] §. 19. *Io. Steph.* PÜTTERI *epit. Proceſſ. Imp. Tribunal. ſuprem.* §. 544. 545.

(*c*) *c.* 7. §. 1. *X. h. t.*

§. 834. Ad modum exercendi appellationem pertinent I) eius INTERPOSITIO, quae fit per *legitimam declarationem, quod quis appellatione ad Superiorem vſurus ſit. Ratione modi* fieri poteſt vel *in iudicio*, vel *extra iudicium* coram Notario et teſtibus (*a*). Illud inprimis fit coram *iudice a quo* (*b*), et quidem vel *in continenti* et immediate poſt pronunciationem ſententiae per *declarationem ad acta*, vel ex *interuallo* per *ſchedulam appellationis. Ratione temporis* adſtricta eſt ad decendium, quod *litiganti* a momento *publicatae ſententiae* vel *inſinuati* decreti, et tertio a tempore *ſcientiae* currit (c).

(*a*) *Ord. Cam. P. II. tit.* 29. §. 5.

(*b*) *c.* 9.

(*b*) *c.* 9. *h. t. in* 6. *L.* 14. *C. h. t.* Non inutilis tamen censetur coram *Superiore* iudice interposita, *c.* 9. *c.* 34. *X. h. t.* Conf. REINHARTH *l. c. vol. I. obs.* 19. *n.* 2.

(*c.*) *c.* 15. *X. de sent. et re iud. c.* 8. *h. t. in* 6. REINHARTH *l. c. Vol. I. obs.* 20. *et* 21. [*I. Ch. K.* IAN. de prorogat. et coarctatione conuentionali fatalis interponendae appellationis. Giess. 1787.]

§. 835. Appellatio iudicialis quolibet *legitimo* modo (§. ant.) interponi potest: *extraiudicialis* vero coram iudice a quo interponenda est *in scriptis*, *grauaminibus* simul speciatim expositis (*a*); vt videlicet iudex a quo de grauamine extraiudiciali *reuocando* ipse statuere possit (*b*).

(*a*) *c.* 1. *h. t. in* 6. *c.* 50. *X. h. t.* Inde desumta constitutio in *ordinat. Camer. P. II. tit.* 29. §. 4. *Io. Steph.* PÜTTER *l. c.* §. 329.

(*b*) *c.* 60. *X. h. t. c.* 10. *h. t. in* 6.

§. 836. Appellatione interposita, appellans intra *XXX. dies instanter et saepius* petere tenetur *apostolos*, quibus iudici Superiori de *appellatione rite interposita* fides facienda est (*a*), vel *loco apostolorum*, vbi id fert *vsus iuris nouioris*, iudicem a quo de *actis ad iudicem Superiorem transmittendis requirere* (*b*). Deserta est appellatio, si vel *neglecta* sit apostolorum petitio, vel appellans in termino, quem iudex ad eos recipiendos praefigit, non comparuerit (*c*). *Iudice a quo* eosdem iniuste denegante, saluum est ius appellationem prosequendi (*d*).

(*a*) *c.* 1.

(a) *c.* 1. *h. t. in* 6. *Clem.* 2. *h. t.*

(b) *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 20. *Rec. Imp. de anno* 1654. §. 61. PVFENDORF *introd. ad Proc. Part. IV. c.* 1. *Sect. III.*

(c) *c.* 1. *h. t. in* 6. *Clem.* 2. *h. t.*

(d) *c.* 4. *h. t. in* 6. *Clem.* 2. *ſ.* 1. *h. t.*

§. 837. II) INTRODVCTIO APPELLATIONIS eſt *ipſa imploratio ad iudicem ſuperiorem directa de recipienda appellatione.* Peragitur exhibita *ſupplica pro recipienda appellatione*, vna cum *libello grauaminum. Fatale introducendae appellationis* non quidem iure Canonico (*a*), ſed tamen fere vbique *iure particulari* definitum eſt: in cuius defectu a *iudice a quo* definiendum eſt (*b*).

(a) *Annus*, cuius mentio fit in *Clem.* 3. *h. t.* praefixus eſt proſequendae et finiendae appellationi.

(b) *c.* 5. *c.* 33. *c.* 44. *c.* 61. *X. h. t.* [PVFENDORF introd. ad Proc. Part. IV. c. I. Sect. IV. §. 2. ſeqq.]

§. 838. *Iudicis appellationis* eſt, de *recipienda* appellatione decernere: in qua cognitione verſantur tum *formalia* appellationis tum *materialia*, ſeu releuantia grauaminum (*a*). Recipitur, 1) decreta aduerſae partis *citatione*, 2) decretisque tum *compulſorialibus* tum 3) *inhibitorialibus*, quibus iudici a quo tum transmiſſio actorum prioris inſtantiae iniungitur, tum ne vlterius in cauſa procedat, inhibetur. His tribus momentis conſtant *proceſſus appellatorii plenarii*; qui *nonplenarii*

 ſunt,

ſunt, ſi quid eorum ex iuſta cauſa non decernitur (*b*).

(*a*) *c.* 38. *X. h. t.* Magni momenti eſt examen et ſententia de releuantia grauaminum, qua ſiſti poteſt appellationum abuſus. De eius eximio vſu in Iudiciis Brunſuico Electoralibus vid. REINHARTH l. c. *vol. I. obſ.* 19. *n.* 11.

[(*b*) *G. H. v.* BERG *Grundriſs der reichsgerichtl. Verfaſſung u. Verfahrungsart. Götting.* 1797. §. 284. ſeqq.]

§. 839. Appellatione recepta, 1) cauſa in his momentis, *in quibus appellatum eſt* (*a*), in iudicio appellationis *pendere* incipit: et 2) appellatio fit commune *vtriusque partis* beneficium (*b*), modo interpoſita ſit aduerſus *totam ſententiam.* Sin appellatum eſt aduerſus *certa capita* ſententiae, *appellatus* quoad reliqua *capita* non fruitur commodo appellationis, niſi huic intra decendium *adhaereat* (*c*).

(*a*) *Clem* 5. *h. t.*

(*b*) *L.* 39. *C. de appellationib. Sam.* STRYK de *communione appellationis.* [Francof. 1687.]

(*c*) *Io. Vlr. de* CRAMER *obſ.* 257. *I. Wolfg.* TEXTOR de *beneficio adhaerendi appellationi.* [Argent 1679.] *ſ.* 21. *Adhaeſionis* mentio iniicitur in *c.* 4. *de electione in* 6.

§. 850. III) IVSTIFICATIO receptae appellationis fit tum probatione rite obſeruatorum *formalium*, tum *deductione grauaminum.* Diſceptatio de his coram iudice appellationis inſtituta; eſt *iudicium appellationis* (§. 659.), in quo ſeruatur principium: *cauſam principalem:* ſi de ex appellatum

tum eſt, *ad ſtatum litis conteſtatae reduci* (*). Hinc in appellatione *iudiciali*, (non vero in appellatione *extraiudiciali ſtricte ſic dicta*) (*a*), vtrique parti, praeſtito prius *iureiurando calumniae ſpeciali* (*b*), datur beneficium *non probata probandi, et non deducta deducendi* (*c*): praeterquam quod *noua probatio per teſtes* ſuper *eisdem* vel *contrariis* articulis non admittatur, niſi ex ſpeciali et iuſta cauſa (§. 797) (*d*). Obſeruandum tamen eſt, beneficium nouae probationis excludi per terminum *probatorium peremtorium*, *lege prouinciali* praefixum: id quod tamen de termino probatorio, a *iudice primae inſtantiae* praefinito, dici nequit, qui tantum ad *inſtantiam* pertinet.

[(*) Vid. tamen Grolmann *Theorie des gerichtl. Verfahrens* §. 214.]

(*a*) *Clem. 5 h. t.*

(*b*) Quod exigitur per *Rec. Imp. de a.* 1654. §. 73.

(*c*) *L. 4. C. de temporib. appellat. Clem. 5. h. t.*

(*d*) *Clem. 2 de teſtibus.* *Eſaias* Feischel *de beneficio probandi ſecundae inſtantiae.* [Baſ. 1672.] *p.* 50. *Sam.* Stryk *de probat. meliori.* [Hal. 1705.] *cap. III.* *Frid. Eſ.* Pufendorf *l. c. tom. I. obſ* 157 [*v.* Bülow et Hagemann *Erörterungen.* B. 2. N. 22.]

§. 841. Finito appellationis iudicio, iudicis ad quem eſt, cauſam appellationis *ſententia* dirimere. Quae ſi *confirmatoria* eſt, cauſa ad iudicem primae inſtantiae, vel executionis vel vlterioris cognitionis cauſa, eſt *remittenda*: ſin *re-*

formatoria eſt, *iudex ad quem*, eius executionem decernere, vel ſi a cauſa incidente appellatum eſt, totius *cauſae principalis* cognitionem ſuſcipere poteſt (*a*): cum videlicet quilibet iudex latam a ſe ſententiam exequatur (§. 827.). In *illa* temere prouocans in *expenſas condemnatur*, in *hac* expenſae *compenſantur* (*b*).

(*a*) *c.* 59. *et c.* 61. *X. h. t.* Idem obtinet, ſi iudex a quo appellationi *ſimpliciter* detulerit *c.* 5. *h. t. in* 6.

(*b*) cit. c. 59. X. h. t.

§. 842. *Deſertione* vel *renunciatione appellationis*, tam interpoſitae quam introductae, finitur et tollitur appellatio, et ſententia *iudicis a quo* vim rei iudicatae conſequitur (*a*), ſaluo tamen iure *appellati* ex communione et adhaeſione appellationis acquiſito (§. 839.) (*b*). Sublata itaque per renunciationem appellatione, *iudex ad quem* nec de *grauamine*, quippe ſublato, nec de *reliqua cauſa*, quippe non deuoluta, cognoſcere poteſt, cauſam ad *iudicem a quo* remittere obſtrictus (*c*).

(*a*) *Clem.* 6. *h. t.*

(*b*) MEVIVS *P. I. dec.* 59. *P. V. dec.* 86. *Herm. Henr. ab* ENGELBRECHT *ſelect. obſ. for. ſpec. I. obſ.* 36. [Vid. tamen GROLMANN l. c. §. 210.

(*c*) *c.* 60. *X. h. t. Gabr.* SCHWEDER de *renunciat. appell.* [Tüb. 1703. In *Eius* Diſſ. T. I. pg. 879-921.] §. 29. Exceptio ex *iure ſingulari* eſt in appellatione ad Pontificem in *c.* 1. *h. t. in* 6. de cuius ratione et incongrua applicatione egi in diſſ. de *appellationis interpoſitae renunciatione.* [Goett. 1755.] §. 26. 27.

§. 843

§. 843. Attentatvm eſt, *quidquid poſt interpoſitam appellationem in praeiudicium litis, ad iudicis ſuperioris cognitionem pertinentis, ſuſcipitur.* Vt attentatum committatur, 1) requiritur, vt appellatio *legitime interpoſita* et iudici a quo *intimata* ſit (*a*): vbi *illicite* appellatum eſt, non fit attentatum (*b*): 2) vt per eam iurisdictio iudicis a quo *ſuſpenſa* ſit, quod *ipſo iure* fit per appellationem *iudicialem*, in extraiudiciali vero non prius, quam per *inhibitionem* iudicis ſuperioris (*c*): 3) attentatum fit tum per ea, quae *poſt appellationem iudicialem interpoſitam*, tum quae *medio tempore* inter ſententiam et appellationem innouata ſunt (*d*). 4) Attentatum ad *preces appellantis* mox *reuocandam* eſt per iudicem appellationis (*e*).

(*a*) Clem. 1. h. t.

(*b*) c. 7. h. t. in 6.

(*c*) c. 7. h. t. in 6. c. 3. §. 4. 5. eod. L. 3. C. h. t.

(*d*) *c.* 7. *h. t. in* 6. *c.* 31. *C.* 2. *qu.* 6. *c.* 19. *pr. X. de Elect.*

(*e*) *c.* 54. 62. *X. h. t. c.* 19. *X. de iudic. c.* 12. *X. de reſcript.*

§. 844. Appellatio extraiudicialis improprie sic dicta eſt *imploratio iudicis ordinarii de grauamine extra iudicium illato remouendo, ſub forma appellationis propoſita.* I) Rationem habet *implorationis officii iudicis* (§. 670.) (*a*), ideoque coram iudice, cui ſubeſt is, a quo gra-

vamen illatum, proponenda eſt (*b*). II) Admittitur a *quolibet grauamine*, extra iudicium in negotio tam *ſeculari* quam *eccleſiaſtico* illato (*c*). III) Proponitur in *forma appellationis*; ideoque intra *decendium* a die *notitiae* interponenda eſt, et interpoſita vim appellationis conſequitur, vt actus *ſuſpendatur*, isque pendente appellatione perfici nequeat ſub poena *attentati* (*e*).

(*a*) *c.* 5. *X. h. t.* ibi: *non ſolent huiusmodi dici appellationes ſed prouocationes ad cauſam.* De eius origine vid B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit* 24. §. 2. Lyncker de *grauamine extraiudiciali.* [Gieſſ. 1672. rec. Ien. 1737.] *c.* 1. *S. I.*

(*b*) *c.* 11. *h t. in* 6.

(*c*) *c.* 8. *h. t. in* 6. Exempla ſunt in *c.* 35. 46. 57. *X. h. t.*

(*d*) *c.* 8. *h. t. in* 6.

(*e*) *c.* 51. *X. h. t. c.* 10. *pr. c.* 16. *X. de Elect.*

SECTIO

SECTIO IV.

DE

COMPOSITIONE LITIVM EXTRAIVDICIALI.

TIT. I.

DE TRANSACTIONIBVS.

(Lib. I. Tit 35. 36.)

ARGVMENTVM.

§. 845. Amicabilis compositio in sensu generali. 846. Transactio et amicabilis compositio in sensu speciali. 847. De rebus transactioni obnoxiis. 848. Vis transactionis et compositionis. 849. Officium iudicis in ea promouenda.

§. 845. Lites, *extra iudicium* non minus *conuentione litigantium* quam per *assumtos arbitros* finiri possunt. CONVENTIONALIS COMPOSITIO in sensu *generali* est *conuentio litigantium, qua inter ipsos definitur modus, litem inter eosdem obuiam finiendi* (*a*).

(*a*) Sic ei locus est inter *patronos,* in nominatione candidati dissentientes, vel inter *membra Collegii:* inter quae *compositio causae per amicabilem compositionem* distinguitur a compositione, quae fit *votorum pluralitate,* vt in *Inst. Pac. Osn. art. V. §. 52.* PACIS nomine venit *conuentio belligerantium,* qua lis, cuius intuitu bello decertatum est, componitur. De *pace* et *treuga* est specialis titulus iuris Canonici, qui pertinet *ad bella priuata,* olim vsitata. TREVGA

nihil

nihil aliud eſt, quam ſtatus, quo hoſtilia per tempus determinatum inter *belligerantes priuatos* ſuſpenduntur: quae vel *lege eccleſiaſtica* vel *conuentione belligerantium* conſtitui ſolebat. c. 1. X. *de Pace et treuga. Ian. a.* COSTA in *Comment. ad Decret. p.* 217.

§. 846. Eſt illa vel *oneroſa*, quae TRANSACTIO dicitur, et dato aliquo vel retento vel promiſſo initur, vel *gratuita*, in ſenſu *ſpeciali* AMICABILIS COMPOSITIO dicta, qua lis finitur gratis, nec quidquam hoc fine datur vel promittitur, vt alter a lite diſcedat. De rebus, quarum intuitu nihil licite *dari* vel promitti poteſt, nec *transactio* licita et valida eſt; quamquam nihil impediat, quo minus lis de illis *amicabili compoſitione* finiatur (*a*); veluti de diſſidiis, *doctrinas religionis* reſpicientibus (*b*).

(*a*) *c.* 7. 9. *X. h. t.* REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib. I. tit.* 36. §. 3. *n.* 37. 38.

(*b*) *Inſtr. Pac. Osn. art. V.* §. 14. 25. 31. 48. 50.

§. 847. Transactio initi non poteſt niſi de rebus *litigantium diſpoſitioni* obnoxiis; et quatenus *alienationem* continet, ad eandem formam, qua haec, adſtricta eſt. Hinc non valet 1) de rebus eccleſiaſticis *immobilibus* vel *pretioſis*, niſi interueniente alienationis ſolennitate (§. 621.) (*a*), 2) nec de *beneficio eccleſiaſtico*, niſi ex auctoritate ſuperioris, cui ſubeſt (*b*), vel ſaltem interueniente reſignatione in fauorem tranſigentis (§. 567.), nec 3) de *diſſoluendo matrimonio* (*c*),

nec

nec 4) de *reconciliando matrimonio illegitimo*, cui ineſt impedimentum dirimens publicum (§. 386), niſi hoc caſu ſuperioris diſpenſatio interuenerit: e contra 5) de *conſeruando matrimonio*, vel de *impedimento* eius *dirimente* priuato (§. 384.), nec non de *ſponſalibus*, etiam dirimendis, valet transactio (§. 372.) (*d*).

(*a*) *c.* 2. 3. 8. *X. h. t. c.* 5. *X. de reb. eccl. alienand.*

(*b*) *c.* 4. *c.* 7. *X. h. t.*

(*c*) *c. vlt. X. h. t.*

(*d*) *Henr.* BERGER *elect. proc. matrim. th.* 42. *Fr. Eſ.* PVFENDORF *obſ. iur. tom. I. obſ.* 76. [et tom. III. obſ. 45.]

§. 848. Ex transactione vel amicabili compoſitione rite inita *ius* et *obligatio* oritur inter paciſcentes, non vero *inter alios* (*a*). Ratione litis ſublatae, *vim deciſionis* habet et rei iudicatae (*b*): ex eaque oritur 1) exceptio *peremtoria*, *litis ingreſſum impediens* (*c*); 2) lis priſtina inſtaurari nequit ſub praetextu nouorum documentorum (*d*), niſi vi *reſtitutionis in integrum* (*e*).

(*a*) *c.* 8. *X. h. t. c.* 5. *h. t.*

(*b*) Hoc ſenſu *deciſio* vocatur, in c. 1. X. h. t. quamquam proprie *vim deciſionis* tantum habeat. LYNCKER in *comm. iur. civ.* lib. 2. tit. 14. §. 2. *Ge. Frid. de* PLOENNIES *tr. de transact.* [Wetzl. 1754.] §. 1.

(*c*) *c.* 1. *de litis conteſtatione in* 6.

(*d*) *c.* 1. *X. h. t. c.* 20. *X. de ſent. et re iud.*

(*e*) *L.* 1. 2. *C. ſi aduerſus transact. c.* 3. *X. de reſtit. in int.* [*K. G.* KNOCHE de transactionib. ob timorem litis initis ad L. 2. C. de transactionib. Helmſt. 1796.]

§. 849. *Iudicis* eſt, partes ſuas interponere in *concilianda* inter litigantes transactione vel amicabili compoſitione (*a*). Cum vero *arbitrii litigantium* ſit, vtrum *cedere*, an *iure experiri* malint: penes iudicem non eſt, inuitos ad tranſigendum cogere (*b*). Hoc non eſt *iurisdictionis*, ſed *imperii* ex *ſalutis publicae* ratione (*c*).

(*a*) *c. vlt. X. h. t. c.* 1. *X.* de *mutuis petitionibus.*

(*b*) De *actione iniuriarum* aduerſus iudicem, partes ad tranſigendum *cogentem*, *vid.* Wernher, *obſ. for. P. I. obſ.* 225. *et* Ploennies *l. c.* §. 110 *Ioh. Heinr.* Bartels an transact. partib. inuitis imperari poſſit. Goetting. 1790]

(*c*) Huc pertinent argumenta, quae habet mevius *P. I. dec.* 225.

Tit. II.

DE ARBITRIS.

(Lib. I. Tit. 43. *De arbitris.*

ARGVMENTVM.

§. 850. Arbitrorum et arbitratorum conſtitutio. 851. Arbitri vel voluntarii vel neceſſarii. 852. Ius compromittendi. 853. Quinam arbitri eſſe poſſint. 854. Eorum iudicandi poteſtas. 855. Sententia arbitri et ſuperarbitri. 856. Eius vis inter compromittentes.

§. 850. Arbiter eſt, *cui a litigantibus litis inter eosdem obuiae deciſio committitur:* arbitrator vero, *cui ab his, qui in ineundo negotio diſſentiunt,*

tiunt, negotii compoſitio committitur. In vtroque conſtituendo interuenit tum COMPROMISSVM, quod hi, quorum intereſt, inter ſe ineunt, de deciſione litis vel compoſitione negotii tertio committenda (*a*), tum RECEPTVM, quo compromittentes arbitro vel arbitratori deciſionem litis vel compoſitionem negotii actu committunt: Compromiſſum rationem *conuentionalis compoſitionis* (*b*), receptum naturam *mandati* habet (*c*): vtrumque non minus *poena conuentionali*, quam *iureiurando* confirmari poteſt (*d*).

(*a*) Exemplo electionis per compromiſſum (§. 488.).

(*b*) *c.* 13. *X. h. t.*

(*c*) *c.* 30. *X. de Electione.*

(*d*) *c.* 9. 13. *X. h. t. c.* 14. *X. de praeſumtionib.*

§. 851. Arbitrii litigantium eſt, litis deciſionem ad arbitros deferre; nec ad id obligantur, niſi ex *ſpeciali* obligandi cauſa, ex lege, ſtatuto, pacto vel teſtamento deſcendente. Itaque arbitri vel *voluntarii* ſunt, vel *neceſſarii.* Inter neceſſarios referuntur *arbitri iuris*, ex *obligatione legis* aſſumti, *iudicibus delegatis* aequiparati (*a*).

(*a*) *c.* 11. *de offic. iud. del. in* 6. *c.* 39. *X. eod. c.* 61. *X. de appellat. Wolffg. Ad.* SCHOEPFII diſſ. de *arbitris neceſſariis inprimis auſtraegis conuentionalibus ac teſtamentariis* [Tub. 1724.], quae extſtat in *I. I.* MOSERI *ſynt. diſſertat. ſelect.* [n. 25.] *p.* 773.

§. 852. Quae valent de transactione et amicabili compoſitione, eadem obtinent de compro-

promiſſo. Valet ergo compromiſſum de rebus eccleſiaſticis, quoad pertinent ad *iura ſingulorum* horumque *arbitrio* ſubſunt (*b*), non vero de his, quae non ſunt priuati arbitrii (*c*) (§. 847).

(*a*) *c.* 1. 9. 13. *X. h. t.*
(*b*) *c.* 2. *X. h. t. c.* 21. *X. de praebend. c.* 50. *X. de teſtib.*
(*c*) *c.* 5. *h. t.*

§. 853. Cum compromiſſa ad ſimilitudinem *iudiciorum* redacta ſint (*a*): *arbiter* valide eligi non poteſt, *niſi qui et poteſt eſſe iudex.* Compromittere ergo licet, 1) in iudicem tam *ordinarium*, quam *delegatum*, in eadem cauſa datum (*b*), 2) in *feminam*, iurisdictione *ordinaria* inſtructam (*c*), non vero 3) in *laicos* in cauſa *eccleſiaſtica publica*, niſi interueniente iudicis eccleſiaſtici conſenſu, et clerico ſimul in arbitrum aſſumto (*d*). 5) In vnum vel plures, *pari* vel *impari* numero compromittere, integrum eſt (*e*).

(*a*) *L.* 1. *D. de recept. et qui arbitr. rec.*
(*b*) *c.* 5. 7. 13. *X. h. t. c.* 21. *X. de Praebend.*
(*c*) *c.* 4. *X. h. t.* [*O. L. ab* EICHMANN *rechtl. Anmerkungen von Frauensperſonen, welche die Stelle eines Schiedsrichters vertreten, bey Gelegenh. des* C. 4. X. de arbitr. *legitur in Duisb. gelehrt. Anzeigen. Eiusd.* pr. de diſſenſu iur. Rom. et Canon. circa arbitr. feminarum. Hal. 1770.]
(*d*) *c.* 8 9. *X. h. t.*
(*e*) *c.* 1. 3. 12. *X. h. t.*

§. 854. Poteſtas decidendi, mutuo litigantium conſenſu arbitris delata, 1) adſtricta eſt ad

cau-

causam controuersam, et per consequens pertinet ad *causam* in eadem lite *incidentem*, etiamsi restitutio in integrum inciderit (*a*), non vero ad causas, de quibus non est compromissum, ideoque nec ad reconuentionem (*b*); II) exercenda est iuxta *normam praescriptam*, vel hac non praescripta, secundum *iuris ordinem* (*c*). Itaque ex pluribus arbitris *indefinite* constitutis, alter absque altero procedere non potest (*d*), nisi alter *absentia malitiosa* litem remorari studeat (*e*).

(a) *c. 9. X. de in integr. restitut.*

(b) *c. 6. X. h. t.*

(c) *c. 2. X. h. t. c. 7. X. de confirmat. vtili.*

(d) Adeo vt vno ex arbitris *mortuo*, compromissum exspiret. *c. 10. X. h. t. c. 50. X. de Testib. c. 24. X. de off. et. pot. iud. del.*

(e) *c. 2. h. t. in 6.*

§. 855. Sententia arbitri in iure Can. *arbitrium* vocatur (*a*). Inter plures arbitros sententia valet ex *maiori parte*: in *pari* suffragiorum numero neutra vim habet (*b*). Tum vero locus esse potest iudicio *superarbitri*, qui in euentum, si arbitri in decidendo in paria suffragia iuerint, constituitur. Constitui is potest 1) a *litigantibus*, eodem vel in compromisso *designato* (*c*), vel etiam ex post in ipso dissensus arbitrorum euentu electo; 2) ab *arbitris*, qui, litigantibus id vrgentibus, ad superarbitrum assumendum cogi a iudice possunt (*d*).

(a) c. 2. 3. 4. 5. 7. 9. 11. 13. *X. h. t.*

(b) c. 26. *X. de sentent. et re iud.*

(c) *L. 17. §. 5. D. de recept. qui arbitr.* Singulare est, quod compromissum de *persona incerta*, in superarbitrum assumenda, *non temere* dicatur in *c. 12. X. h. t.* de quo egi in diss. *de Superarbitris cap. I. §. 12. cap. II. §. 5. cap. III. §. 9.* [In Elect. Iur. civil. Tom. II. nro. 14.]

(d) *c. 61. X. de appellat. c. 39. X. de off. iud. deleg.*

§. 856. Sententiam ex forma compromissi et legitime latam (§. 854), litigantes seruare obligantur (*a*), tum vi *compromissi*, tum ex eorum consensu in *latam sententiam* expresso vel tacito, si intra decem dies non est impugnata (*b*). Quamquam aduersus eam non competat *appellationis* remedium (*c*): eam tamen intra decem dies impugnare, et causam *ob grauamen* ad iudicem ordinarium deducere, vsu fori permittitur: id quod conuenit principiis *appellationis extraiudicialis* (§. 844). (*d*).

(a) *c. 9. c. 13. X. h. t.* Si lata est per *sortes*, vel contra *formam compromissi*, vel contra *iura* vel *rem iudicatam*, non obligat, *c. 2. 5. 6. 11. X. h. t. c. 7. X. de confirmat. vtil.*

(b) *L. 4. §. vlt. L. 5. C. de receptis. Sam. de* Coccen in *iur. controv. lib. 4. tit. 8. qu. 5.*

(c) *c. 33. 34. C. 2. qu. 6.* [Eckhardi hermeneut. iur. §. 315.] *Ian. a* Costa *h. t. p. 205.*

(d) Vid. tamen Glück in comm. ad Pand. § 482.]

PARS

PARS II.

DE

IVDICIO CAVSARVM ECCLESIASTICARVM CRIMINALIVM.

TIT. I.

DE IVDICIO CRIMINALI.

(Lib. V. Tit. 1. *De accusationibus*).

ARGVMENTVM.

§. 857. Iurisdictio ecclesiastica. 858. Delicta ecclesiastica et secularia. 859. Iudicium criminale. 860. Iudicium accusatorium et inquisitorium. 861. Inquisitio generalis et specialis. 862. Eius vis et effectus.

§. 857. Ecclesiae, qua tali, ius est, legum ecclesiasticarum obseruantiam *poena* sanciendi (§. 8.), idque intra terminos iuris collegialis stetit in *ecclesia primitiua.* Potestate ecclesiastica a *Superioribus* occupata, hoc ius indulgentia *principum* exerceri coepit sub *forma iurisdictionis coercitiuae* (*a*) (§. 112. 237.).

(*a*) Diuidi solet in iurisdictionem *fori interni* et *externi* (§. 110.). Sed *interna* iurisdictio, quae consistere creditur in decernendis poenitentiis ad peccata expianda (§. 314.), pertinet ad ius ecclesiasticum *internum*, cuius nullus est

eſt inter proteſtantes vſus (§. 72.). [WIESE *Handbuch des gemeinen in Teutſchl. übl. Kirchenrechts. Th. II.* § 143.]

§. 858. *Delicta eccleſiaſtica* ſunt facta aduerſus leges eccleſiaſticas poenales commiſſa: ſicut *ſecularia* ſunt, quibus violantur leges ſeculares, poena publica munitae. Ita differunt ratione *indolis*. Poſtquam vero iurisdictio *eccleſiaſtica* iam inde a *ſec. XI.* ad crimina *ſecularia* non ſine *violatione iurisdictionis ſecularis* producta eſt: *diſcrimen delictorum* aeſtimari coepit a *iurisdictione*, vi cuius coërcentur. Alia inde dicta ſunt *mere eccleſiaſtica*, alia *mere ſecularia*, alia *mixta*, prout ius animadvertendi in illa vel iure ſolius iurisdictionis *eccleſiaſticae*, vel *ſecularis*, vel iure *vtriusque* competit (*a*).

(*a*) *Ant.* MATTHAEI *de Criminib. in proleg. c. IV. §. 6.*

§. 859. *Iudicium criminale eccleſiaſticum* eſt, in quo cauſa *criminis* aduerſus *eiusdem reos* coram iudice *eccleſiaſtico* tractatur *poenae* ſumendae cauſa.

§. 860. Eſt illud vel *accuſatorium*, quo quis poenam eccleſiaſticam aduerſus criminis reum coram iudice eccleſiaſtico perſequitur, vel *inquiſitorium*, in quo ipſe iudex eam ex officio perſequitur, eoque nomine de veritate criminis eruenda ipſe laborat. Modus procedendi in *accuſatorio*, ad normam iuris Romani definitus eſt (*a*).

In-

Inquiſitorium, ab *Innocentio III. in ſubſidium* introductum (*b*), vere *principale* effectum eſt, et *ad analogiam* accuſatorii vſu forenſi cultum et determinatum.

(*a*) c. 5. 6. 8. C. 3. *qu.* 9. c. 16. 22. X. *de accuſat.*
(*b*) c. 24. X. *eod.* B. Parens in *I. E. lib.* 5. *tit.* 1. §. 81. 86.

§. 861. Inquiſitorium conſtat tam *inquiſitione generali* in veritatem criminis commiſſi, quam *ſpeciali* contra certam perſonam, quae eius rea arguitur, inſtituta. Ad ſpecialem deſcendere non oportet, niſi ex *iuſta* et *probabili cauſa* (*a*).

(*a*) c. 24. X. *de accuſat.* c. 21. X. *eod.*

§. 862. *Poena eccleſiaſtica* ob delictum nemo afficiendus eſt, niſi in *iudicio eccleſiaſtico* de eo *confeſſus* vel *conuictus* (*a*). Ob veriſimilem criminis ſuſpicionem locus eſt *purgationi* per iusiurandum: quo recuſato, reus pro confeſſo habetur (*b*).

(*a*) c. 1. C. 2. *qu.* 1. c. 18. C. 2. *qu.* 1.
(*b*) c. 7. 15. X. *de purgatione Canonica.*

TIT. II.

DE POENIS ECCLESIASTICIS.

(Lib. V. Tit. 37. *De poenis* et Tit. 39. *de ſententia excommunicationis*).

ARGVMENTVM.

§. 863. *Poenae eccleſiaſticae.* 864. *Cenſurae et poenae in ſpecie ſic dictae.* 865. *Excommunicatio.* 866. *Poenitentia publica.* 867. *Interdictum.*

§. 863. *Poena eccleſiaſticae* ſunt, *quae ſtatuuntur vi poteſtatis eccleſiaſticae*, in remedium tum *emendationis* obtinendae tum *ſalutis eccleſiae* promouendae. Eccleſiae ius non eſt alias poenas decernendi, niſi quae continent *malum*, poteſtati *eccleſiaſticae* obnoxium. Vltima poena eſt excommunicatio, *vltra quam eccleſia non habet, quid faciat* (*a*).

(*a*) c. 10. X. *de iudiciis.* [SCHLEGEL *Churhannöverſches Kirchenrecht. Th. I. B. 4. Abth.* 2.]

§. 864. Poenae eccleſiaſticae vel decernuntur ob *delictum*, vel ob *contumaciam in non parendo praeceptis eccleſiaſticis.* Illae *poenae ſtricte ſic dictae* (*a*), hae ſpeciatim *cenſurae* vocantur (*b*). *Cenſurarum* tres ſpecies praecipuae habentur, *excommunicatio*, *interdictum* et *ſuſpenſio*, adhibitae

ſimul-

ſimul in *remedium imperii hierarchici* et *dominationis.*

(*a*) c. 5. c. 6. c. vlt. X. de poenit. c. 3. eod. in 6.
(*b*) c. 20. 23. X. de V. S. c. 25. X. de appellat. [*Ioh.* Babor *über den Urſprung, Fortgang und Schickſale der Excommunication und des Interdicts unter den Chriſten. Wien.* 1791.]

§. 865. *Excommunicatio maior* eſt, qua quis a tota eccleſia, cuius *membrum* eſt, excluditur: de *minori* ſupra actum (§. 296.). Ius eam ſtatuendi eſt poteſtatis eccleſiaſticae (*a*), indeque vel *immediate* vi legis, vel *mediate* per ſententiam inferri poteſt. Per eam tollitur communio iurium in *eccleſia externa* (*b*); eaque ideo vi ſua non priuat communione *iurium* in *republica*; quae vis ei addita eſt ex conſenſu imperantium (*c*). Subordinata eſt *iuri maieſtatico circa ſacra* (§. 20.) (*d*), indeque *iniuſta* eſt opinio, *imperantes* excommunicari poſſe (*e*). Rarior eius vſus eſt inter Proteſtantes, nec decerni poteſt niſi auctoritate conſiſtorii et ex principis conſenſu (*f*).

(*a*) c. 3. 16. X. *de offic. iud. ord.* c. 21. X. *de ſentent. excommunicat.* c. 5. *eod. in* 6. *Io.* d'Avezan tr. de *excommunicat.* in Meermanni *theſ. iur. tom. IV. p.* 239.

(*b*) c. 4. C. 24. *qu.* 3.

(*c*) *Du* Pin *de diſcipl. eccleſ. diſſ.* 3. c. 3.

(*d*) *Nov.* 123. c. 11. B. Parens l. c. *lib.* 5. *tit.* 39. §. 44.

(*e*) Declaratio eccleſiae Gallicanae de a. 1682. eiusque defenſio a *Ben.* Bossvetto conſcripta. *Du* Pin l. c. diſſ. VII. *Pragmat. Geſchichte der Bulle in Coena Domini* p. 2. p. 7. et 155.

(*f*) *I. Ge.* PERTSCH tr. *vom Recht des Kirchenbanns.* [Wolfenb. 1738.] *c.* 12. 13. [SCHLEGEL l. c. p. 314.]

§. 866. In remedium obtinendi *reconciliationem excommunicati* cum *ecclesia* olim adhibita est *poenitentia publica* per *deprecationem publice* in ecclesia factam. Sed tota eius ratio deinceps prorsus inuersa, eaque *per errorem* translata est ad expianda *peccata* (§. 314.). Quatenus seruata est passim inter Protestantes, non nisi *consistorii auctoritate* decerni potest (*a*); sanioribus monentibus, in ea adhibenda *moderandam* esse iurisdictionem.

(*a*) CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* 3. *tit.* 7. B. Parens l. c. *lib.* 5. *tit.* 38. §. 67. 68. *Christ.* WILDVOGEL [*I. I.* PERTSCH] *de deprecatione publica ecclesiastica.* [Ien. 170] *Versuch einer Geschichte der Entstehung und Ausbildung der Kirchenbusse von einem Katholiken* in *Ch. W.* FLÜGGE *Beyträge zur Geschichte der Relig. und Theolog. 2ter Band. Hannov.* 1798. p. 1 - 248. *Ueber den Werth der Kirchenbuse* in *F. P. C.* HENCKE *Archiv für die neueste Kirchengeschichte. 2tes Quart. Weimar* 1794. EIVSD. *Eusebia. Band III. St.* 3. *Helmst.* 1800. n. 15. SCHLEGEL *l. c. p.* 321.]

§. 867. *Interdictum* est censura, qua vsus rerum diuinarum vel certis ecclesiae membris vel per certum ecclesiae districtum prohibetur (*a*). Poena ante sec. X. inaudita, ob *iniustitiam* saepius impugnata, rariorem inter *Catholicos* vsum fert, et nullum inter *Protestantes.*

(*a*) *c.* 16 *c.* 14 *de sentent. excomm. in* 6. *Io.* D'AVEZAN *de interdicto l. c p.* 280. [*Fr.*] *Pauli* SARPII tr. sub titulo *les droits des Souverains defendus contre les excommunica-*

nications et les interdicts des Papes. [II. Volum. à la Haye. 1721. rec. Amst. 1743. *Ioh.* BABOR l. c. *L. T.* SPITTLER *Grundriſs der Geſchichte der chriſtlichen Kirche.* Götting. 1785. p. 305.

TIT. III.

DE
DELICTIS ECCLESIASTICIS.

(Lib. V. Tit. 7. *De haereticis.* Tit. 3. *de Simonia.* Tit. 6. *de Iudaeis.* Tit. 8. *de Schismaticis.* Tit. 9. *de Apoſtatis.*)

ARGVMENTVM.

§. 868. Haereſis in ſenſu latiori, 869. in ſenſu ſtricto. 870. Eius vindicta. 871. Schisma. 872. Iudaismus. 873. Apoſtaſia. 874. Simonia. 875. Iura circa eam.

§. 868. Sequuntur delicta eccleſiaſtica. HAERESIS, *late* accepta, eſt *diſſenſus Chriſtiani a formula fidei eccleſiae publice receptae.* Hoc ſenſu non cadit in diſſentientes a religione in republica *publice approbata.* Hinc in Germania inter *Catholicos* et inter *Auguſtanae Confeſſioni addictos* nulla de *haereſi* eiusque *effectibus* quaeſtio moueri poteſt (*a*): quin potius IN HAERETIFICII crimen, ſomitem turbarum in republica, incidunt, qui diuerſae religionis approbatae conſortes haereſeos inſimulant.

(a) *I. P. O. art. V.* §. 35. *Car. Otto* RECHENBERG de *crimine haeretificii.* [Lipſ. 1727.] §. 17. *ſ.* [SCHLEGEL l. c. p. 238.

§. 869. Haereſis, *ſtricte accepta*, eſt *diſſenſus a formula fidei eius eccleſiae, cui quis addictus eſt, in detrimentum eccleſiae publice propoſitus.* I) Diſſenſus vel error in articulo fidei, qui intra fines *cogitationum* vel *priuatae opinionis* ſtat, rationem delicti non habet, nec quidquam a *ratione* et *a vera religione* tam alienum eſt, quam *errorem*, qua talem, in poenam reuocare (*a*): II) rationem *dilicti eccleſiaſtici* habere incipit, vbi in *detrimentum eccleſiae* publice proponitur, eundem publice tradendo, propagando, verbis blasphemis vel iniurioſis exponendo, ſtudia in religione ſeditionesue excitando (*b*). III) Hoc ſenſu haereſis tandum cadit in membra *eius eccleſiae*, a cuius formula fidei quis diſſenſum tuetur, non in *alterius eccleſiae* membra.

(a) *Chriſt.* THOMASIVS in *diſſ. an haereſis ſit crimen.* [Hal. 1691.] *Henr.* COCCEII *de iure circa haereticos.* [Francf. 1699.]

(b) WERNHER *obſ. for. Part. IV. obſ.* 4. *n.* 41. *ſ.* LEYSER *ſpec.* 566 *m.* 31. [*Gall. Al.* KLEINSCHROD *Entwurf eines peinl. Geſetzbuches für die Kurpfalzbaieriſchen Staaten. München.* 1802. §. 1419-1425.]

§. 870. Iure Canonico non modo omni cenſurae eccleſiaſticae ſubiecti ſunt haeretici, ſed et *imperantes excitati* ad varii generis ſupplicia de iisdem ſumenda (*a*). Inter Proteſtantes probanban-

bantur iuſta remedia ad *vnionem fidei* in eccleſia tuendam (§. 268.), et ad cauenda et impedienda *damna*, quae *ex haereſi* eccleſiae imminent: quibus non ſufficientibus, gradibusque admonitionum fruſtra adhibitis, cauſa ad *principis* aeſtimationem redit, vtrum eccleſia et respublica malis hominibus ſit purganda (*b*).

(*a*) *c.* 9. §. *vlt.* 13. X. *de haeretic. c.* 11. *eod. in* 6. *Phil. a* LIMBORCH in *hiſtoria inquiſitionis.* [Hispan. Amſt. 1692.] *lib.* 3. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 5. *tit.* 7.

(*b*) WERNHER *P. IV. obſ.* 4. *n.* 45. Conf. mandata in *Corp. Conſtit. Calemb. P. II. Sect.* 15. propoſita.

§. 871. SCHISMA eſt *temeraria diſſolutio vnionis, per regimen eccleſiaſticum in eccleſia conſtitutae.* Diſcidium enim, quod ab eccleſia fit ex *iuſta cauſa*, et auctoritate eorum, qui *iure circa Sacra* pollent, iuſtum eſt (§. 35.) (*a*).

[(*a*) WIESE l. c. Tom. II. pag. 103.]

§. 872. *Iudaismus* non niſi in regnis, in quibus lege publica abſolute prohibitus eſt, pro crimine eccleſiaſtico habetur (*a*). Ceterum *Poteſtatis ſecularis* ius eſt, de *Iudaeorum* tolerantia in republica ſtatuendi, eosque recipiendi: idque in Germania eſt pars *ſuperioritatis territorialis* (*b*). Recepti 1) non niſi *incolarum* iure fruuntur, et iuribus circa religionis ſuae cultum *ſpeciatim* conceſſis (*c*), 2) ideoque et legibus *publicis prohibitiuis* obſtringuntur (*d*).

(a) B. Parens de *cauta Iudaeorum tolerantia.* [Hal. 1708.] et in *iure Eccl. lib. V. tit.* 6. §. 73.
(b) *Frid. Ef.* PVFENDORF *obf. iur. tom. II. obf.* 1.
(c) *c.* 3. 7. *X. de Iudaeis.*
(d) *L.* 7. *C. de Iudaeis.*

§ 873. APOSTASIA eft *temeraria defertio ftatus ecclefiaftici;* et prout quis vel penitus a *fide Chriftiana*, quam amplexus eft, vel ab *inftituto regulari*, vel a *ftatu clericali* recedit, apoftafia *fidei*, *monachatus*, et *ordinis* vocatur (*a*). Prior fit per tranfitum ad *Iudaismum* et *paganismum* (*b*): tranfitus ad aliam religionem Chriftianam *approbatam* pertinet ad iura circa libertatem religionis et confcientiae, in Germania conftituta (§ 49.).

(a) *c.* 1. 4. 6. *X. de apoftatis. Chrift.* THOMASIVS de *defertione ordinis ecclefiaftici* [Hal 1707.]
(b) *c.* 13. *X. de haeretic. in* 6. *L.* 3. 4. *C. de apoftatis.*

§. 874. SIMONIA committi dicitur, dum *quis dat temporale, vt acquirat fpirituale vel fpirituali annexum:* id quod cum facto Simonis, vnde nomen ducit, incongrue contenditur (*a*). Primaria eius fpecies eft *nundinatio officiorum facrorum actuumque facrorum*, quae rationem perpetuam habet, quod faluti ecclefiae nihil adeo adverfetur, quam *acquifitioni pro pretio* permittere officia (*b*). *Redemtio beneficiorum fimplicium et canonicatuum* non quidem ex eadem ratione, fed vel ex ea, quod non fint in commercio *priuatorum*,

iure

iure communi inualida, et *obligatione externa* deſtituta eſt (*c*), niſi quoad *titulo conſuetudinis* toleratur (*d*).

(*a*) *Io. Vlr. de* Cramer de *diuerſitate criminis Simoniae et Simonis magi.* [Marb. 1734.] *tom. II. opuſc. p.* 637.
(*b*) *L* 31. *C. de epiſcop. et Clericis. Casp.* Ziegler de *Clerico renitente* [Viteb. 1684] et in tr. de *Epiſcopis lib.* 2. *cap. V.* Leyser in *med. ad Pand. ſpec.* 613.
(*c*) *c.* 12. 34. *X. de Simonia. c.* 2. *Extrav. Com. eod.* Carpzov. *iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 312. Canonicis in *Capitulis* et *conuentibus* terrarum electoralium Brunſuicentium ſpeciatim interdicta eſt.
(*d*) Wernher *obſ. for. P.* I. *obſ.* 21. *n.* 278. De vi conſuetudinis in *honorariis* clericorum, vid. *c.* 42. *X. de Simonia.*

§. 875. Ad impediendam Simoniam 1) introductum eſt *iuramentum ſimoniae* (*a*). 2) *Conventio*, per ſimoniam facta, inualida eſt, et datum committitur (*b*). 3) Quaelibet *prouiſio pretio muneribusque redemta* nulla et irrita eſt (*c*), etiamſi *Superioris* conſenſus accedat, vel *ei* ſolutio fiat; cum deficiat Superioris poteſtas innovandi ea, quae in eccleſiae ſalutem conſtituta ſunt (*d*). 4) Simoniace prouiſi officio *remoueri* poſſunt (*e*), ſalua diſpenſatione, maxime ſi ipſis ignorantibus ab aliis ſit commiſſa (*f*).

(*a*) Formula eius habetur in *Corp. Conſtit. Calemb. tom. I. p.* 806. *Reinh. Frid.* Sahme de *iuramento ſimoniae a Candidatis miniſterii in conſiſtoriis regni Pruſſiae praeſtando.* [Regiom. 1719.]
(*b*) *c.* 8 *X. de pactis. c.* 9. *X. de transact.*
(*c*) *c.* 27. *X. de ſimonia c.* 2. *Extrav. Comm. eod.* [Kleinschrod. l. c. §. 621. 622.]

 (*d*) Ex

(*d*) Ex hoc principio ſententiam dixit Ordo noſter Jurid. in caſu, quo *ſucceſſor in Principatu* ſimoniacas promotiones, Anteceſſoris auctoritate fa tas, vindicauit. Simile occurrit in *Simonia curiae Romanae*, de qua ſcripſit *Io. Wolfg.* IAEGER et *Io.* LAVNOIVS de *traditione eccleſiae circa Simoniam.*

(*e*) *c.* 6. 11. *X. eod. c.* 2. *X. de confeſſis.* Speciale edictum contra Simoniacos extat in *Corp. Conſt. Calemb. tom. I. p.* 925.

(*f*) *c.* 22 *X. de Simonia.* [b. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. II. P. I. N. 97.]

TIT. IV.

DE DELICTIS SECVLARIBVS IVRISDICTIONI ECCLESIASTICAE SVBIECTIS.

ARGVMENTVM.

§. 876. *Delicta ſecularia foro eccleſiaſtico ſubiecta ſunt 1) ratione poenitentiae,* 877. *2) ratione ſatisfactionis.* 878. *Satisfactio ex cauſa ſtupri.* 879. *Opinatum vitium vſurarum.* 880. *Quatenus licitae?* 881. *Verum crimen vſurariae prauitatis.*

§. 876. Delicta *laicorum ſecularia* tum *ratione poenitentiae publicae*, quam ſubire oportuit reum in delictis *manifeſtis* et *notoriis* (*a*), tum ratione *Satisfactionis priuatae* reuocata ſunt ſub *forum eccleſiaſticum.* Illius non niſi quaedam reliquiae paſſim ſuperſunt (§ 866.) (*b*); eoque pertinent *mulctae ſtuprorum* ad *poenitentiam redimendam* in iudiciis Synodalibus decretae, *die Send- und Hu-*

ren-

ren-Brüche vel Bussen. Vti ius eas decernendi fuit *iurisdictionis ecclesiasticae:* ita hoc ius *dominis iurisdictionalibus* passim non nisi vi *specialis tituli* competit; vel ex principis concessione vel vi immemorialis praescriptionis (*c*).

(*a*) c. 1. 2. 7. *X. de poenitentiis.* c. 3. *X. poenis.*
(*b*) CARPZOV. in *iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 84. 86. 88.
(*c*) Exposui earum origines et ius illas decernendi in diss. de *mulctis stuprorum.* [Goett. 1749.] In Saxonia sub initio superioris seculi abrogatae sunt. Vid. CARPZOV. in *iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 74. 75. et in *iurispr. for. P.* 4. *Const.* 27. *def.* 9.

§. 877. Ratione *satisfactionis priuatae* ex delicto praestandae I) generatim cautum est, delinquentis a *peccato liberandi* causa, eiusdem *heredes* ex delicto *pro viribus haereditatis* teneri ad satisfactionem (*a*): idque cum et *aliam* eamque *naturalem* rationem habeat, in foro seculari adoptatum est contra ius ciuile (*b*).

(*a*) c. 5. *X. de Raptoribus* c. *vlt. X. de Sepultur.* c. 9. *X. de vsuris* c. 3. *X. de pignorib.* c. 3. C. 6. *qu.* 6. MEVIVS *P. V. dec.* 39. *n.* 4.
(*b*) B. Parens in *iur. eccl. lib. V. tit.* 17. §. 137. REINHARTH in *obs. ad Christinaei decis. Vol. III. obs.* 11.

§. 878. Deinde II) *specialis* satisfactio definita est *in stupro*, vi cuius puellae honestae, cum seducta praesumatur, ius agendi datur aduersus stupratorem, ad *ducendum* vel in subsidium ad *satisfactionem pecuniariam*, iusto iudicis arbitrio definiendam (*a*). Vtraque obligatio vsu fori est *al-*

ter-

ternatiua; vt adeo, si priori locus esse non possit, de sola posteriori ius agendi detur; ideoque et a marito exigi queat dotatio (*b*). Si puella simul ad *ducendum* agit, in *foro ecclesiastico* agere tenetur.

(*a*) *c.* 1. *et c.* 2 *X. de Adulteriis et Stupro.*

(*b*) *Burc.* BARDILI de *satisfactione stupratae.* [Tubing. 1685.] *I. P. de* LVDEWIG de *stupro sub matrimonii spe.* [Hal. 1730.] B. Parens in *iur. eccl. lib.* 5. *tit.* 17. §. 6. *Fr. Es.* PVFENDORF *obs. iur. tom. I. obs.* 44. 46 [*I. I.* SCHMID de exceptionib. stupratam ad satisfactionem priuatam contra stupratorem agentem repellentib. Altdorf. 1794.]

§. 879. Est et negotium *lege ciuili publica* approbatum, videlicet *vsurarum* etiam *moderatarum perceptio*, delicti ad instar sub censuras quascunque in foro ecclesiastico reuocatum. Inualuit nempe opinio, vsuras, quatenus *lucrum ex sola causa mutui descendens* continent, iure naturali et diuino damnatas esse (*a*); error saepius iam confutatus (*b*).

(*a*) *c.* 1. *C.* 14. *qu.* 3. *c.* 1. 4. 6. 10. *X.* de vsuris.

(*b*) *Car.* MOLINAEVS de *commerciis et vsuris* [ed. VI. Lugd. 1675.] *Claud.* SALMASIVS *de vsuris et de modo vsurarum.* [Lugd. Bat. 1638 et 1639.] *Ger.* NOODT *de foenore et vsuris.* [Lugd. 1698. et in *Eiusd.* Oper. T. I.] B. Parens *de fundamento pecuniae mutuatitiae.* [Hal. 1728. et in *Eiusd.* Exercit. ad Pand. T. IV. p. 87.]

§. 880. Cum ratio *opinati* vsurarum *vitii* in eo ponatur, quod lucrum ex sola *causa mutui* percipiatur; 1) vsurae pro *permissis* habentur, quae *alio titulo* quam ex causa mutui, ratione *damni emergentis* et *lucri cessantis*, vel ratione *peri-*

culi

culi amittendae ſortis, vel ratione *morae* praeſtantur (*a*); nec 2) in notam incidit *contractus cenſualis*, quo ius certos reditus annuos percipiendi emitur et venditur, ſiue ſint reditus reales, ſiue perſonales (*b*); nec 3) notantur *montes pietatis*, qui nihil aliud ſunt quam *aeraria publica, eo fine conſtituta, vt indigentes mutuam pecuniam ſub pignore idoneo accipere queant;* etiamſi et annua vſura pro conſeruatione montis praeſtanda ſit (*c*).

(*a*) *c.* 9. *X. de arbitris, c.* 48. *X. de ſent. excommunicat. c. vlt. X. de vſur.* REIFFENSTVEL in *iur. Can. lib.* 5. *tit* 19. §. 4. *et.* 5.

(*b*) *c.* 1. 2. *Extrav. Comm. de Emt. vendit.* REIFFENSTVEL *l. c.* §. 8. *Io. Iac.* SORBER *de cenſu conſtitutiuo ſeu mutuo palliato.* [Ien. 1746.]

(*c*) Montes pietatis *Peruſiae* primum erecti ſunt anno 1450. vid. *Doroth.* ASCIANI *montes pietatis Romanenſes.* [Lipſ. 1670.] *Paul. Iac.* MARBERGERI *Montes pietatis.* [Lipſ. 1715.]

§. 881. In Germania iſtius *opinati* vſurarum *vitii* prohibitionisque canonicae in foro externo ratio nulla habetur (*a*). Lege imperii publica probantur vſurae, intra *determinatum* modum etiam ex mutuo perceptae. Nec aliud agnoſcitur *vſurariae prauitatis* crimen, quam quod perceptione vſurarum, *lege ciuili* prohibitarum, committitur (*b*); quodque *foro ſeculari* merito vindicatur.

(*a*) REIFFENSTVEL *l. c.* §. 3. *n.* 57.

(*b*) *Rec. Imp.* de a. 1600 §. 152. et. de a. 1654 §. 174. [*Ioh. Arn.* GÜNTHER *Verſuch einer vollſtändigen Unterſuchung über Wucher und Wuchergeſetze. Hamb.* 1790.]

TIT

TIT. V.

DE DELICTIS ET EXCESSIBVS CLERICORVM.

(Lib. V. Tit. 31. *de excessibus praelatorum et subditorum.*)

ARGVMENTVM.

§. 882. *Forum clericorum ratione delicti.* 883. *Excessus clericorum.* 884. *Eorum coercitio.* 885. *Remotio et degradatio.* 886. *Suspensio.*

§. 882. Clerici ratione delictorum fruuntur *priuilegio fori*, et exemtionis a *iudicum secularium* iurisdictione, idque *beneficio imperantium* (*a*), iure Canonico confirmato. Hoc vero 1) non tribuit *exemtionem* ab *imperio ciuili imperantis*: idque ideo 2) pro salute reipublicae circumscribi potest, et in variis regnis circumscriptum est, introducta distinctione inter delicta clericorum *communia*, quae secundum ius commune ad forum ecclesiasticum, et inter delicta *priuilegiata*, quae iure regni speciali ad cognitionem iudicis regii pertinent, qualia in Gallia sunt omnia delicta poenam capitalem vel grauiorem corporis afflictiuam merentia (*b*). Idem 3) obtinet inter Protestantes, vt penes consistorium tantum sit iurisdictio in puniendis delictis eorum leuioribus, quorum extrema poena in remotione consistere potest, grauiora vero delicta ad superiora principis tribunalia criminalia vel ad commissarios principis deferantur, ita tamen, vt *generalis* criminis *inquisitio* consistorio permittatur (*c*).

(*a*)

(a) Iure Romano adhuc agnoscitur iurisdictio magistratuum secularium in clericos facinorosos. Nov. 83. et 123. c. 21. Priuilegium fori illis asseritur constitutione FRIDERICI I. in *Auth. statuimus C. de Episc. et Clericis.* Conf. *c. 1. 2. X. de foro competente.* ESPEN in *iur. eccl. P.* 3. *tit.* 3. *c.* 1. *tom. II. p.* 203.

(b) ESPEN. *l. c. cap. II. p.* 287. FLEVRY *institut. iur. eccl. Part.* 3. *c.* 14.

(c) CARPZOV. *iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 5. WERNHER *obs. for. tom. III. P. I. obs.* 162. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 2. *tit.* 2. §. 65. [SCHLEGEL l. c. T. I. p. 231. sqq.]

§. 883. A delictis differunt *excessus clericorum*, qui nihil aliud sunt, quam *facta illicita in officio ecclesiastico commissa.* Excessuum rei fiunt clerici, dum 1) *limites iuris,* sibi per officium competentis, egrediuntur in aliorum iniuriam (*a*); vel dum 2) facta committunt, quae vel *officiis clericorum communibus* (§. 104. 105. 106.) vel *specialibus singulorum officiis* aduersantur (*b*).

(a) *c.* 7. 12. 15. 16. *X. de excessibus praelatorum c.* 3. 7. 10. *X. de privileg. et excessibus priuilegiatorum.*

(b) *c.* 4. 7. 9. 13. 15. *et c. vlt. X. de excess. praelat. c.* 1. *X. de maledicis c.* 1. 2. *X. de clerico venatore c.* 1. *X. de clerico percussore. Tob. Iac.* REINHARTH *de clerico per abusum officii pastoralis leges imp. et tranquillitatem publ. violante eiusque coercitione.* [Erf. 1724]

§. 884. Coercitio excessuum est *potestatis ecclesiasticae*, pertinetque ad disciplinam ecclesiasticam: qua inter Protestantes defunguntur *consistoria.* In ea *per gradus* et *correctionis* causa decernenda, multum relictum est *arbitrio* iudicis ecclesiastici (*a*).

(a) *c.* 19. *C.* 11. *qu.* 1. CARPZOV. *iur. eccl. lib.* 3. *tit.* 10. *def.* 112. B. Parens in *iur. eccl. lib.* 5. *tit.* 31. §. 16. *et* 31. *Sam. Frid.* WILLENBERGII *tr. de excessibus et poenis clericorum.* [Ienae 1740. b. AVCTORIS *Rechtsfälle.* T. III. P. I. N. 221.]

§. 885. *Remotio ab officio eccleſiaſtico* continet *eius priuationem*, in poenam decretam. Cum poenam contineat, ei 1) locus non eſt, niſi ob *delictum* vel ob *exceſſum grauem*, cui corrigendo adhibitae leuiores poenae non ſufficiunt: 2) vi *iurisdictionis eccleſiaſticae* et non niſi *cauſa cognita* decernenda eſt (*a*). Remotione non amittitur *ſtatus eccleſiaſticus*. Huius priuatio eſt *degradatio*, ad quam in honorem ſtatus eccleſiaſtici deuenire ſolet, ſi poena capitalis in clericum eſt ſtatuenda (*b*).

(*a*) CARPZOV. *l. c. lib.* 3. *tit.* 10. *def.* 109. *ſ. I. Vlr. de* CRAMER *de different. inter remotionem ab officio et dimiſſionem tom. IV. opuſc. p.* 477. B. Parens *l. c. lib.* 5. *tit.* 37. §. 101. *ſ.*

b) *c.* 2. *de Poenis in* 6. *c.* 27. *X. de verb. ſignif.* B. Parens *l. c.* §. 118 124.

§. 886. *Suſpenſio ab officio eccleſiaſtico* fit, ſi adminiſtratio officii et exercitium iurium beneficii alicui ad tempus interdicitur. Decerni poteſt 1) tamquam *cenſura* (§. 866.), cui locus non eſt niſi ob *exceſſus* graues vel ob *delicta leuiora* (*a*); et 2) tamquam *remedium proſpiciendi eccleſiae*, pendente *inquiſitione ſpeciali*, aduerſus beneficiatum mota: cui locus non eſt, niſi ob crimen, *remotione* dignum, et interuenientibus *ſpecialibus criminis iudiciis*, ex quibus poteſt inquiſitio *ſpecialis* decerni (*b*)

(*a*) *c.* 26. *X. de appellat. c.* 1. *de ſent. excomm. in* 6. *Io.* D'AVEZAN *tr. de depoſitione, degradatione et ſuſpenſione* in MEERMANNI *theſ. iur. tom. IV. p.* 63.

(*b*) *Sam.* STRYK *de ſuſpenſione ab officio c. IV.* WERNHER *obſ. for. tom. III. P. I. obſ.* 148. [D. AVCTORIS *Rechtsfälle* T. I. P. I. N. 25.]

INDEX

INDEX I.

TITVLORVM.

PARS GENERALIS.

PARS SPECIALIS.

Liber I. *De ministerii potestate, seu de ordine et inde dependente statu ecclesiastico.*

LIBER II. *De regimine ecclefiaftico.*

Sectio I. *De regimine ecclefiaftico in ecclefia Romana.*

Sectio II. *De regimine ecclefiaftico ecclefiae Euangelicae.*

Sectio III. *De partibus regiminis ecclefiaftici generalibus.*

Liber III. *De iure circa cultum publicum.*

Sectio I. *De iuribus circa actus sacros eorumque celebrationem*

Sectio II. *De iuribus circa matrimonium.*

Sectio III. *De congregationibus ecclesiasticis religionis caussa institutis.*

Sectio IV. *De officiis et beneficiis ecclesiasticis.*

Sectio V. *De iure circa res sacras religiosas et ecclesiasticas.*

Tit.

Liber IV. *De iudicio causarum ecclesiasticarum.*

Pars I. *De iudicio causarum ecclesiasticarum ciuilium.*

Sectio I. *De iudicio in genere et de remediis iuris in iudicium deducendis.*

Sectio II. *De litigantibus iudicium constituentibus.*

Sectio III. *De singulis actibus in iudicio obuenientibus.*

Sectio IV. *De compoſitione litium extraiudiciali.*

Pars II. *De iudicio cauſarum eccleſiaſticarum criminalium.*

INDEX II.
RERVM ET VERBORVM.

Numerus paragraphum designat, litera singularis notam subiectam.

A.

Asyli

Com-

Electio

Fidei

Ius-

L.

PRAEFATIO LIBRARII.

En ſeptimam Boehmerii *inſtitutionum iuris canonici editionem. Proditura iam erat nundinis, quae anni nuper elapſi vere Lipſiae ſunt habitae; ſed tardata eſt editoris morbo praematuraque morte, quam, qui literis bene cupiunt, omnes mecum lugebunt. Librum vsque ad paragraphum DCII animaduerſionibus ſuis auxerat, quibus ad finem perductis nonnulla, quae vberius tractanda ipſi videbantur, epimetris erat additurus; verum haec quidem, quum literis nondum eſſent mandata, obitu ipſius interciderunt. Quae in ſchedis beati* Schoenemann *continuando operi inſeruientia inueniebantur, ea amicorum eius cura nouae editioni ſunt addita, ſimulque recentiorum librorum tituli, qui deſiderari forte potuiſſent, ſuppleti. Praeterea index iuſta diligentia eſt recognitus plurimisque, quibus ſcatebat, vitiis purgatus ita, vt nunc quidem, quod forte quaeratur, ea, quae laudata eſt, paragrapho vere inueniatur. Neque plura quis iure a me deſideret, inprimis, quum editor tunc primum humanis rebus eriperetur, quum opus vsque ad quartum fere librum typis eſſet exſcriptum, qui ſerioribus, quas ipſe auctor curauerat,*

*** *editio-*

editionibus ne minimum quidem auctus nec mutatus recentiorum modo, qui ad eum pertinerent, librorum notatione indigere videbatur. Gratias potius lectores mihi habebunt, quod de noua operis editione cum Eo egi, cuius animaduersiones viris doctis exoptatissimas fore confidebam, neque idcirco, quod nonnullae fato interciderunt, eas, quae adsunt, minoris facient. Quaecunque autem siue monenda seu textui notisue auctoris addenda censuit beatus editor, ea vncinis iisque angulatis, inclusa sua auctoritate sola niti, neque sine indicio delere vel immutare quid voluit, nisi nullus dubitationi relictus esset locus v. c. in singulis verbis vel numeris, vbi error forte non auctoris sed typographi fuerat, factaeue mutationis notatio gloriolam captare videri poterat. Scr. Idibus Ianuariis a. MDCCCIII.

PARS

Pro-

Re-

Sta-

